5. 6. 438

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

XENOPHONTIS
OPERA

GRAECE ET LATINE

EX RECENSIONE

EDVARDI WELLS

ACCEDVNT

DISSERTATIONES ET NOTAE

VIRORVM DOCTORVM

CVRA

CAROLI AVG. THIEME

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

VOLVMEN SECVNDVM

LIPSIAE

EX OFFICINA LIBRARIA GLEDITSCHIANA

CIↃ IↃCC LXIII.

CATALOGVS
OPERVM XENOPHONTEORVM
TOMI SECVNDI.

Thomae Hutchinſoni Diſſertatio de Auctore ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ, et de Graecorum itinere.

Series Regum Perſicorum ad Xenophontis hiſtoriam accommodata.

De Cyri minoris Expeditione libri VII. p. 1

De Ageſilao Rege p. 465

De Lacedaemoniorum Republica p. 525

De Athenienſium Republica p. 569

Rationes Redituum, ſiue de Prouentibus p. 593

DISSERTATIO,

IN QVA

I. *Agitur de* ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ *auctore:* II. *de toto, quod Graeci confecerunt, itinere.*

I. Pauca quaedam de huius Operis auctore iam olim [1]adtuli: adlata, loco citato, si breuiter adstrinxeris, huc tandem redeunt — — Veterum vtique, si non omnium, at longe plurimorum tamen, [2]auctorum consensu, ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΙΝ in numerum librorum, quos scripsit Xenophon, esse relatam.

Quod si quis a testibus, idoneis quidem illis et locupletibus, ad scripturae genus, quo vsus est auctor, animum traduxerit; id vero esse tale certissimis indiciis comperiet, quod a Xenophonte fluxisse, cito tutoque crediderit aequus rerum aestimator. Hoc enim in libro vnus et idem videtur esse habitus et quasi color orationis, quibus [3]alii libri a Xenophonte, intercedente nemine, conscripti, distinguuntur et ornantur.

Cum autem dicendi forma, tum ea, quae in ANABΑΣΕΙ leguntur, ipsa Xenophontem prae se ferunt auctorem. Nam quid quoque die acciderit, itinera singula, res quasque gestas adcurate adeo et diligenter vbique persequutus est Historicus, vt ipsum iis interfuisse semper, saepius etiam praefuisse, facillime lector, adtentior paulo, perspicere possit. Haud pauca certe de Xenophonte ipso memoriae tradidit, quae Xenophon ipse solus scire potuit, soluisque adeo literis consignasse videatur.

Porro, quanquam eo potissimum duce atque auctore, Graeci per tot rerum discrimina tandem incolumes euasere plerique, qua tamen laude tam insigni cumulatum eum exhibet haec historia? Tantum sane abest, vt in ea verbis efferatur, vt facta quidem eius egregia memorentur multa, nulla glorioſius praedicentur. At vero

1) Differt. I. K. II. praemissae p. 11. (16.) et seq.

2) His adde *Photium*; cuius in Lexico Graeco inedito saepe laudatur Xenophon, in vocibus ex Ανα-βάσει petitis. Hoc me nuper docuit vir eruditiss. *I. Alberti*, Glossar. Gr. p. 372 et seq. Alios libens praetereo: quippe quorum vulgata sint scripta et satis nota.

3) Conferantur modo (alia vt omittam multa) quae in K. A. inter p. 90. et 103. (61. et 69.) reperiuntur, cum iis, quae de Cyro Socrates itidem cum Critobulo disserit, haud ita longe ab initio libelli istius

de talis tantique viri laude tam parce ſcribendi ratio, [1]Xenophontis vt ipſius cum verecundia praeclare congruit, ita certe, ſi quis eam alius vſurpaſſet, inuidiae vix ac ne vix quidem is abſoluendus eſſet.

Cum denique is eſſet Xenophon, cui tum facultas tum voluntas facinora nobiliora monumentis prodendi contigit, quam ſcribendi argumentum illud illuſtre, ΚΥΡΟΥ quod ſuppeditauit ΑΝΑΒΑΣΙΣ, optatius haud quidquam ei potuerit offerri; oblatum eum adripuiſſe, conſentaneum eſt. Quin idcirco forſan caeteris ſe Graecis, in Aſiam interiorem iam iam profecturis, libentius adiunxit, quod curioſis oculis terras alio ſole calentes luſtrare, multorum mores hominum perſpicere, materiam denique ſtilum exercendi nouam vberioremque adeo ſibi comparare vellet.

Haec fere ſunt argumenta, quae Xenophonti opus hoc adiudicandum eſſe doceant.

Ad ea vero, quae contrariam in partem, [2] ex Xenophonte in primis ipſo et Suida, proferri ſolent, paucis [3] alias reſpondi: quibus haec velim addas— — (1) Themiſtogenem nimirum illum, cuius, libro adpellato, meminit Xenophon, de Κύρου ἀναβάσει reuera forſan quaedam literis mandaſſe. (2) Xenophontem ſuam tunc temporis eiuſdem Ἀναβάσεως hiſtoriam non abſoluiſſe: (3) quamvis etiam illud, quod inchoauerat, ad exitum perduxiſſet opus, tamen prae ſingulari ea, qua erat, modeſtia, librum illum, cui dederat argumentum ipſe praecipuum, alienum potius quam ſuum nomen praeferre voluit. Huic certe ſimile fuit Adriani Caeſaris inſtitutum, *qui* ([4] Ael. Spartiani verba legis) *libros vitae ſuae ſcriptos a ſe, libertis ſuis literatis dedit, iubens vt eos ſuis nominibus publicarent: nam Phlegontis libri Adriani eſſe dicuntur.*

Quod ad Suidae demum teſtimonium attinet, id vero [5] teſtis ipſe non eleuauit modo, verum etiam refellit. Itaque laude tandem ſua fruatur Xenophon: laudem quippe non facta ſolum, ſed et ſcripta ſua ferant ei inſignem

ſtius Xenophontei, qui inſcribitur Οἰκονομικός.

1) Vide ſis Differtat. K. Π. praemiſſ. p. 7. (10.)

2) *Hiſt. Gr.* l. 3. ineunte.

3) Differt. K. Π. praemiſ. p. 11. (16.)

4) De *Adriano Imp.* Hiſt. Auguſtae Script. T. I. p. 150.

5) Conferantur inter ſe ea, quae ad voces Θεμιστογένης et Ξενοφῶν ſcripſit.

ſignem oportet. Atque adeo, qui beatiſſimorum [1]Plinianorum in numero collocetur, dignus habeatur, cui tum facere ſcribenda, tum ſcribere legenda datum eſt.

De Operis auctore haec hactenus: quibus ipſo de Opere iam pauca libet ſubnectere. Ξενοφῶντα δὲ ἔγωγε (verba ſunt [2]*Dionis Chryſoſt.*) ἡγοῦμαι, ἀνδρὶ πολιτικῷ, καὶ μόνον τῶν παλαιῶν ἐξαρκεῖν δύνασθαι· εἴτε ἐν πολέμῳ τις στρατηγῶν, εἴτε πόλεως ἀφηγούμενος, εἴτε ἐν δήμῳ λέγων, εἴτε ἐν βουλευτηρίῳ, μὴ ὡς ῥήτωρ ἐθέλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πολιτικὸς καὶ βασιλικὸς ἀνὴρ, τὰ τοιαῦτα προσήκοντα ἐν δίκῃ εἰπεῖν, πάντων ἄριστος ἐμοὶ καὶ λυσιτελέστατος πρὸς ταῦτα πάντα Ξενοφῶν. Τά τε γὰρ διανοήματα, σαφῆ καὶ ἁπλᾶ, καὶ παντὶ ῥᾴδια φαινόμενα· τό τε εἶδος τῆς ἀπαγγελίας προσηνές, καὶ κεχαρισμένον, καὶ πιστικὸν, πολλὴν μὲν ἔχον πιθανότητα, πολλὴν δὲ χάριν καὶ ἐπιβολήν· ὥστε μὴ λέγων δεινότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ γοητείᾳ ἐοικέναι τὴν δύναμιν. Εἰ γὰρ ἐθελήσειας αὐτὰ τὴ περὶ τὴν Ἀνάβασιν πραγματείᾳ σφόδρα ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν, ἑδένα λόγον εὑρήσεις τῶν ὑπὸ σᾶ λεχθῆναι δυνησομένων, ὃς ἐ διείληπται, καὶ κανόνος ἂν τρόπον ὑπόσχοιτο, τῷ πρὸς αὐτὸν ἀπευθῦναι ἢ μιμήσασθαι βουλομένῳ. Εἴτε γὰρ θαῤῥοῦναι τὰς σφόδρα καταπεπληκότας χρήσιμον πολιτικῷ ἀνδρὶ, καὶ πολλάκις ὡς χρὴ τᾶτο πεισεῖν δείκνυσιν· εἴτε προτρέψαι καὶ παρακαλέσαι, ἑδεὶς Ἑλληνικῆς φωνῆς ἐπαΐων, ἐκ ἂν ἐπαρθείη τοῖς πρεπτικοῖς Ξενοφῶντος λόγοις. Ἐμοιγ' ἂν κινεῖται ἡ διάνοια, καὶ ἐνιότε δακρύω μεταξὺ τοσάτων ἔργων, τοῖς λόγοις ἐντυγχάνων. Εἴτε μεγαλοφρονᾶσι καὶ ἐπηρμένοις ὁμιλῆσαι φρονίμως, καὶ μήτε παθεῖν τι ὑπ' αὐτῶν δυσχεραντῶν, μήτε ἀπρεπῶς δουλῶσαι τὴν αὐτᾶ διάνοιαν, καὶ τὸ ἐκείνοις κεχωρισμένον ἐκ παντὸς πεισαι, καὶ ταῦτα ἑκόσι. Καὶ ἀπορρήτοις δὲ λόγοις ὡς προσήκει χρήσασθαι, καὶ πρὸς στρατηγὸς ἄνευ πλήθους, καὶ πρὸς πλῆθος κατὰ ταυτό· καὶ βασιλικῶς τίνα τρόπον διαλεχθῆναι, καὶ ἐξαπατῆσαι ὅπως πολεμίους μὲν ἐπὶ βλάβῃ, φίλους δ' ἐπὶ τῷ συμφέροντι· καὶ μάτην ταρατθομένοις ἀλύπως τἀληθὲς καὶ πιστῶς εἰπεῖν· καὶ τὸ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τοῖς ὑπερέχουσι· καὶ οἷς ἐξαπατῶσιν οἱ ὑπερέχοντες· καὶ οἷς καταστρατηγᾶσι καὶ καταστρατηγῆνται οἱ ἄνθρωποι, πάντα ταῦτα ἱκανῶς τὸ σύνταγμα περιέχει. Ἀτε γὰρ, οἶμαι, μιγνὺς ταῖς πράξεσι τὰς λόγους, ἐκ ἐξ ἀκοῆς παραλαβὼν, οὐδὲ μιμησάμενος, ἀλλ' αὐτὸς πράξας ἅμα καὶ εἰπὼν, πιθανωτάτας ἐποίησεν ἐν ἅπασί τε τοῖς συντάγμασι, καὶ ἐν

1) Plin. l. 6. ep. 16. 2) Orat. 18. p. 257 et ſeq.

τάτῳ μάλιςα, ἃ ἐπιμνησθεὶς ἐτύγχανον. Καὶ σῦ ἴσθι, ἀδένα σοι τρόπον μεταμελήσει· ἀλλὰ καὶ ἐν δήμῳ, ἐρέγοντός σοι χεῖρα αἰσθήσῃ τᾶ ἀνδρὸς, εἰ αὐτῷ. προθύμως καὶ φιλοτίμως ἐντυγχάνοις.

II. Iam vero, vt ab auctore ad iter illud, quod ipſe, Graecis Cyrum ſequutis adiunctus, confecit deſcripſitque, tranſeam, me monet inſtituti ratio. [1] Fidem autem vt liberem, priuſquam ad ipſum iter luſtrandum ingrediar, pauca de CASTOLI planitie, cuius, ineunte fere hiſtoria, meminit Xenophon, adferenda ſunt. Pro ΚΑΣΤΩΛΟΥ nonnulli καϛωλᾶ, alii Πακτωλᾶ legendum exiſtimarunt. At cum alibi etiam eiuſdem illius apud auctorem loci facta ſit mentio, vulgatam ipſe quidem ſcripturam omnino retinendam cenſuerim. Haud ita nempe procul a fine [2] libri primi verba leguntur haec, ϛρατηγὸς δὲ καὶ πάντων ἀπεδείχθη (Cyrus,) οἳ καθήκει εἰς Καϛωλᾶ πεδίον ἀθροίζεσθαι, etc. vbi cum neque exemplaria de voce iſta varient, et eandem rem exponat auctor, quam [3] ſupra adtigerat, nihil eſt, vti mea fert opinio, quod quis nouam lectionem excogitet. Quin et illa [4] verba quibus Artaxerxem vtentem facit Noſter, eodem ſpectantia, Καϛωλᾶ recte ſcribi abunde docent, Καταπέμπω Κῦρον κάρανον τῶν ἐς Καϛωλὸν ἀθροιζομένων. Accedit huc, quod *Stephanus* Byzant. tum vocem, tum auctorem agnoſcat: Καϛωλᾶ, inquit, πεδίον Δωριέων, ὡς Ξενοφῶν· ἐκλήθη δὲ ὅτι Καϛωλὰς τὰς Δωριεῖς οἱ Λυδοί φασιν· ἦν δὲ πόλις ἐν Λυδίᾳ Καϛωλός.

Hactenus de curſu paululum digreſſus, *Caſtoli* illius apud Xenophontem nec temere factam eſſe mentionem, et cui regioni tribuendus eſſet, oſtendere volui: nunc ad Cyrum exercitumque eius Sardis veniendum.

[5] SARDIS autem vrbs magna et ſatis antiqua fuit, in latere Tmoli montis, qua Lydia celebrabatur maxime. Loci celebritatem auxit [6] tum Lydorum regia, tum ager ille Cyri minoris conſeptus et diligenter conſitus, in quo proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines,

1) Vide K. A. p. 2. n. 3. (p. 2. lin. 1.)
2) P. 93. (p. 62.)
3) P. 2. (p. 2.)
4) *Hiſtor. Gr.* l. 1. fere med.
5) *Strabo* l. 13. p. 928. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29.
6) *Strabo* loc. cit. *Horat.* Epiſt. l. 1. ep. 11. v. 2. *Cicer.* de ſenect. c. 17. *Xenoph.* Οἰκονομ. p. 484. edit. *Steph.* (cap. 4. §. 20 ſeq.)

nes, et humum ſubactam atque puram, et ſuauitatem odorum, qui afflarentur e floribus, admiratus eſt Lyſander.

[1] Hinc Cyrus cum copiis ſuis mouens, per [2] LYDIAM, flexuoſi amnis MAEANDRI recurſibus perfuſam, tertiis caſtris, paraſangas viginti duas progreditur. Amnis ille, cuius duum erat plethrorum latitudo, [3] ortus e lacu in monte Aulocrene, plurimiſque adfuſus oppidis, et repletus fluminibus crebris, ita ſinuoſus flexibus, vt ſaepe credatur reuerti: Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargyleticos campos; poſtremo Cariam placidus, omneſque eos agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum a Mileto ſtadium lenis illabitur mari.

[4] Tranſgreſſus Maeandrum, per Phrygiam caſtris vnis, paraſangis octo confectis, COLOSSAS venit. [5] Vrbs haec Phrygiae erat frequens incolis, opulenta et magna. Maxime autem eam nobilitauit epiſtola, quam ad incolas eius ſcripſit D. Paulus.

Relictis Coloſſis, [6] ad vrbem CELAENAS, caſtris tertiis, paraſangas viginti progreſſus, exercitum adduxit. [7] Mediam illa tempeſtate interfluebat Marſyas amnis, fabuloſis Graecorum carminibus inclitus. [8] Vrbs autem illa caput quondam Phrygiae fuit; ab incolis opibuſque felix, tum regis Perſici tum Cyri regia nobilis.

Caeterum [9] MARSYAS, quinque ac viginti pedum latitudine, haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit. Famaque ita tenet, Celaenis Marſyam

1) K. A. p. 9. (p. 7 fin. et 8. init.) De tempore, quo ſuſcepta eſt Ἀνάβασις, non vna eſt auctorum ſententia. *Diodoro Sic.* l. 14. p. 249. teſte, Olympiad. 94. anno 4to: ante aeram Chriſtianam, 401. ex mente *Vſſerii* et *Prideaux*, necnon *Dodwelli*: cuius vide Chronolog. Xenoph. ad Olymp. cit. *Palmer.* commentar. ad Marm. Arundel. I. p. 218. edit. Maitt. *Lydiat.* ad idem Marmor p. 279. et ſeq. *Prideaux* in idem Marmor p. 438 et 450.

2) *Plin.* N. Hiſt. l. 5. c. 29.

3) Idem loc. cit. *Strab.* l. 12. p. 866. *Liu.* l. 38. c. 13.

4) K. A. p. 10. (8.)

5) K. A. loc. cit. *Herodot.* l. 7. c. 30. *Plin.* N. H. l. 5. c. 32. *Strabo* l. 12. p. 864.

6) K. A. loc. cit.

7) *Q. Curtius* l. 3. c. 1.

8) K. A. loco cit. *Liu.* l. 38. c. 13. Adde *Plin.* l. 5. c. 32. *Salmaſ.* exercit. in *Solin.* p. 580. et Cl. *Schwartz* ad *Cellar.* l. 3. c. 4. ſect. 71.

9) K. A. p. 11. (9.) *Liu.* loco cit. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29. *Diodor. Sic.* l. 3. p. 192. et ſeq. K. A. p. 11. n. 2. (p. 9. lin. 3. ſeq.) et *Ariſtid.* T. 2. p. 526 et ſeq.

cum Apolline tibiarum cantu certaſſe; eiuſque ab Apolline victi caeſique nomen amni fuiſſe inditum.

A [1] Celaenis caſtris alteris, paraſangas decem progreditur ad PELTAS, [2] vrbem Phrygiae magnae, incolis frequentem.

[3] Egreſſum Peltis eum, altera poſt caſtra confectasque duodecim paraſangas, CERAMORVM FORVM excepit; vrbs itidem εἰκαμένη, terrae vero Myſiae vltima. Κεράμων quidem, Cariae oppidi, [4] mentio eſt ſatis crebra: quod Doridi tribuit [5] Ptolemaeus. At ſitus iſte loci cum itineris Cyri ratione minus conuenit; rectius autem in illam Myſiae vrbem quadrat *Ceranae*, Phrygiae vulgo adſcriptum oppidum; de quo [6] Plinius, memoratis ibidem Celaenis et Coloſſis, mentionem facit.

[7] Inde Cyrus caſtris tribus, paraſangas triginta progreſſus, in CAYSTRI campum peruenit; cui nomen etiam vrbis cum incolis tribuit Xenophon. Hoc autem Καΰστρου πεδίον eſt ab illo longe diſiunctum, cuius [8] Euſtathius, [9] Stephanus Byz. [10] Strabo, [11] Ptolemaeus, [12] Xenophon, aliique paſſim meminere: atque adeo fruſtra fuit [13] Palmerius,

1) K. A. p. 12. et ſeq. (9. 10.)

2) *Ptolem.* l. 5. c. 2. *Strabo* l. 12. p. 864. *Steph. Byz.*

3) K. A. p. 13. (10.) Omnia, quae hac in pagina reperiuntur, turbata eſſe, aut male ſana cenſuit *Palmerius*, Exercitat. in Auctor. Graecos p. 59. *Myſiam extendit* (verba ſunt viri iſtius eruditi) *vltra Celaenas et Peltas duodecim paraſangas orientem verſus: quis hoc credat? Cayſtri pedium vrbem vocat, et eam ponit vltra Maeandri fontes paraſangas quinquaginta duo. Quod ſi verum eſt, non renuo, quin vapulem. Certe in hac pagella nihil eſt ſani: quaedam ſunt corrupta, vel loco mota: forte pro* Καΰστρου πεδίον *legendum* Καϋστλου πεδίον: *aut ſi Xenophon ſcripſit* Καΰστρου πεδίον, *proculdubio mota eſt loco ea vox. Nam ſi Cyrus per Cayſtri campum exercitum duxit, occurrebat illi Cayſtri campus ante Maeandrum. Tum, quis vnquam Cayſtri campum vrbem fuiſſe dixit? — multum fallit me coniectura, niſi aliquod vrbis nomen latet ſub illa voce* Καΰστρου πεδίον. Haec *Palmer.* Mihi nihil mutandum videtur: neque enim mirum eſt, ſi Myſiae de terminis Xenophonti cum auctoribus aliis quaedam intercesſerit diſſenſio. Nam ipſe olim *Strabo* l. 13. p. 932. ſcripſit, τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ, καὶ ἔτι τὰ τῶν Μυσῶν διεδικάσθη εἶναι, παρακείμενα εἰς ἄλληλα. Dici autem videtur vrbs *Ceramorum Forum*, petinde atque oppida illa *Plin.* N. H. l. 3. c. 15. memorata, *Forum Clodii, Liuii, Popilii*, etc. Apud *Cicer.* ad Attic. l. 2. ep. 10. etiam *Appii Forum:* ad Famil. l. 10. ep. 17. *Forum Iulii, Forum Voconii.* Sic ſaepe alias.

4) Apud *Heſych. Strab.* l. 14. p. 969. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29.

5) L. 5. c. 2.

6) N. H. l. 5. c. 32. vbi fortſan legendum *Ceramae.*

7) K. A. p. 13. (10.)

8) Ad Dionyſ. v. 837.

9) In voce Καΰστριον.

10) L. 13. p. 928. et l. 15. p. 1013.

11) L. 5. c. 2.

12) K. Π. p. 102. (87.)

13) Loc. cit.

rius, qui Cyrum Cayſtri prius campum, quam ad Maeandrum veniſſet, attigiſſe cenſuerit. Porro, quamuis hac de vrbe ſileant alia veterum annalium monumenta, tamen ab exemplaribus oculati teſtis ad nouum aliquod nomen, ex coniectura petitum, non niſi temere, opinor, tranſire poteris. At vero pluribus vrbibus vnum et idem inditum eſſe ſaepe nomen, id certe notius eſt, quam vt exemplis adlatis confirmari debeat. Quidni ergo CAYSTRI CAPMVM in Phrygia quoque ſuperiore poſueris? At *quis vnquam*, inquit Palmerius, *Cayſtri campum vrbem fuiſſe dixit?* Ideo forſan vrbem eam campi nomine deſignauit Xenophon, quod in regione ſita fuerit campeſtri. Haud ita diſſimili de cauſa, multae [1]*Caſtra* dictae fuerunt vrbes, propterea quod ibi conditae fuerunt, vbi caſtra dux celebrior aliquis habuerat.

Hinc tandem [2]THYMBRIVM, vrbem incolis frequentem, concedamus. A Cayſtrio campo paraſangas decem aberat THYMBRIVM, quo Cyrus caſtris alteris peruenit. Phrygiae autem vrbibus adnumerandum eſſe docent [3]*Stephanus Byz.* et *Pauſanias;* ſi cum iis modo, quae de Midae fonte ſcripſit hoc loco Xenophon, *Pauſaniae* verba conferantur. Loci huius incolas Thymbrianos adpellat [4]*Plinius.*

Iam [5]TYRIAEVM inuenis, interuallo decem paraſangarum Thymbrio diſtans; quo caſtris itidem alteris peruentum eſt. Tyriaeo quoque ſui erant incolae, [6]*Plinio* Tyrienſes adpellati. Vrbs [7]*Hierocli* Grammatico TTPAION dicta eſt et Piſidiae adſcripta: [8]*Stephano* TTPOΣ, opinor, eſt; πόλις itidem, eodem auctore, καὶ Λυδίας, καὶ Πισιδίας: [9]*Straboni* Τυριάϱιον, vel potius ex fide MSS. TTPIAION.

Ad Phrygiae tandem vrbem vltimam, [10]ICONIVM, venit Cyrus, itinere trium dierum, paraſangarum viginti, confecto.

1) *Caeſar* de B. C. l. 2. c. 25. Adde *Frienſh* ad *Q. Curt.* l. 4. c. 7. p. 206.
2) K. A. p. 14. (11.) vbi vide n. 4. (ad lin. 4.) et K. Π. p. 492. (411.)
3) Ad v. Αγκυϱα cum *Pauſan.* l. 1. c. 4. coll.
4) N. H. l. 5. c. 27. Add. *Hierocl. Gram.* p. 673. edit. *Weſſel.*
5) K. A. p. 15. (11.)
6) N. H. l. 5. c. 27.
7) p. 672. edit. *Weſſel.* MS. Eton. etiam dat Τυϱαῖον.
8) Ad v.
9) L. 14. p. 979.
10) K. A. p. 17. (13.)

confecto. ICONIVM autem [1]Lycaoniae tribuitur. Fabulosam nominis [2]originem libens praetereo.

[3]Mox Lycaoniam quinque dierum iter, triginta parasangas emensus, per Cappadociam deinde quartis castris, parasangas viginti quinque DANAM vsque processit Cyrus, vrbem amplam et opulentam. ΔΑΝΑ vtique Xenophonteis in exemplaribus legitur, cuius locum [4]scriptores apud alios ADANA tenere solet. Et Ciliciae quidem vrbs ab iisdem dicitur: eam vero Xenophon quam proxime Ciliciam, in Cappadocia tamen, collocasse videtur. Hac de vrbe quae scripsit eruditis. [5] *Ger. Vossius* lectu nequaquam sunt indigna.

Ciliciam tandem ingressus, et per planitiem quatuor castris, parasangas quinque et viginti progressus, [6] TARSVM peruenit Cyrus; vrbem Ciliciae tum opibus tum amplitudine celeberrimam. Erat multorum insignium virorum [7]locus natalis, ortu B. Pauli in primis illustratus. Nominis originem, quam finxere veteres, si cui scire libet, adeat velim *Stephanum Byz.* et *Eustathium* ad [8] *Dionysium* Perieg.

Tarsum autem mediam interfluit [9] CYDNVS, amnis inclytus, duum plethrorum latitudine. Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens, puro solo excipitur: nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alueum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidissimus: quippe multa riparum amoenitate inumbratus, vbique fontibus suis similis in mare euadit.

[10] Hinc castris alteris, parasangas decem ad SARVM amnem, cuius trium erat plethrorum latitudo, pergit Cyrus.

1) *Ptolem.* l. 5. c. 6. *Strab.* l. 12. p. 853. *Stephan* Byz. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Hierocl.* Gram. p. 675. *Eustath.* ad *Dionys.* v. 857.

2) De qua *Steph.* Byz. *Eustath.* loco cit. et auctor Etymol. m.

3) K. A. p. 17. (13.)

4) *Ptolem.* l. 5. c. 8. *Scylac.* Peripl. p. 40. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Steph.* Byz. *Appian.* de Bel. Mithrid. p. 237. edit. *Steph.* Quare apud Xenoph. etiam Αδανα recte forsan reposueris. Adde *Procop.* l. 5. *Aedific.* c. 5. et *Antonin.* Itiner. p. 580.

5) De orig. et progr. Idol. l. 1. c. 38.

6) K. A. p. 19. (14. 15.) *Strab.* l. 14. p. 990. et seq. *Q. Curtius* l. 3. c. 4. extr. *Steph.* Byz. *Solin.* Polyhist. c. 38. *Plin.* l. 5. c. 27. *Mel.* l. 1. c. 13. *Ammian. Marcell.* l. 14. c. 8.

7) *Strab.* loc. cit.

8) v. 870.

9) K. A. p. 20. (15.) *Q. Curtius* l. 3. c. 5. ineun. et ibid. c. 4. *Arrian.* de exped. Alex. l. 2. c. 4. *Dion. Chrysost.* Orat. 33. p. 394. *Tibul.* l. 1. el. 8. v. 13. et seq. *Plin.* et *Mel.* locis cit. *Strab.* l. 14. p. 990.

10) K. A. p. 33. (25.)

Cyrus. Hoc vero de fluuio, Xenophonti modo reſtituto, [1]iam dictum eſt. Quod ſi nomen vnde duxit, audire velis, [2]*Stephanum* ne te conſulere pigeat.

Diei itinere, paraſangis quinque confectis, [3]ad PYRAMVM amnem, cuius aequat latitudo ſtadium, venit Cyrus. Huius etiam Ciliciae fluminis multi meminerunt [4]auctores: quod et inclytum vocat [5]*Quintus Curtius;* nauigerum, [6]*Strabo.*

A Pyramo caſtris binis, paraſangas quindecim progreditur [7]ISSON, vltimam Ciliciae vrbem, ampſam et opulentam. Apud [8]*Diodorum* etiam Siculum ἀξιόλογος audit; apud [9]*Strabonem* tantum πολίχνιον. Hic itaque de ſtatu, quo locus erat iſte aetate ſua, loquitur: alium autem atque adeo meliorem obtinuerat antea. Vtrumque memorauit [10]Mela: *At in receſſu*, inquit, *intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum fugientiſque Darii ſpectator ac teſtis. Nunc ne minime quidem, tunc ingenti vrbe celebris Iſſo fuit*, etc.

Hinc caſtris vnis, paraſangas quinque, ad [11]PORTAS CILICIAE SYRIAEque progreditur. Erant hae duo caſtella; quorum in Ciliciam alterum, alterum in Syriam erat obuerſum: ſpatium autem inter vtrumque medium trium erat ſtadiorum. Quas vero Xenophon Ciliciae portas adpellat, hae [12]*Ptolemaeo* fuiſſe *pylae* videntur *Amanicae;* ſeu anguſtiae iſtae, qua ex Amano monte atque interiore Cilicia in Syriam adiri poterat. At tum Ciliciae tum Amani portas, tanquam diuerſas, recenſet [13]*Plinius.* In cornu montis illius praerupti, quo Cilicia includitur, aſperi tres, auctore *Q. Curtio*, aditus et perangusti ſunt: primus ſcilicet, interprete [14]*Cellario*, a Septentrione

1) K. A. p. 33. (25.) not.
2) In v. Ἀδανα.
3) K. A. p. 33. (25.)
4) *Ptolem.* l. 5. c. 8. *Steph.* Byz. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Mela* l. 1. c. 13. *Arrian.* l. 2. c. 5. aliique.
5) L. 3. c. 4.
6) L. 12. p. 809.
7) K. A. p. 34. (25.)
8) L. 17. p. 512.
9) L. 14. p. 994.
10) L. 1. c. 13. Adde *Steph.* Byz. *Q. Curt.* l. 3. c. 7 et 8. *Strab.* et *Diodor.* locis cit. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 118. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. et *Ptolem.* l. 5. c. 8.
11) K. A. p. 35. (26.)
12) L. 5. c. 8. extr.
13) Loco cit. πύλαι, inquit *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 1034. στενότατον τόπον ὑλάδες — *Q. Curt.* itidem l. 3. c. 4. ſunt *iugi fauces.*
14) Ad *Curt.* l. 3. c. 4. p. 84. Adde *Ammian. Marcel.* l. 22. c. 9. *Cicer.* ad Fam. l. 14. ep. 4. *Arrian.* de expedit. Alex. l. 2. c. 6. et quae ex *Diodoro Sic.* adtulimus K. A. p. 35. (26. lin. penult.) not.

ptentrione ex Cappadocia per *Ciliciae Pylas:* ſecundus per *Amani Pylas* ex Syriae ſuperioribus partibus, vbi in Armeniam itur: tertius per *Syriae portas*, ad Sinum Iſſicum, quibus ex Antiochene aditur. Pylas autem, a Xenophonte memoratas, [1] *Strabo* ὄρεσιν Κιλίκων τε καὶ Σύρων adpellat. [2] Medio inter caſtella illa, ſeu muros, loco fluit CERSVS amnis, latitudine plethri: cuius cum mihi nomen alias videre non contigerit, eum crebris iis, quorum meminit [3] *Q. Curtius*, riuis Ciliciae planitiem, qua vergit ad mare, diſtinguentibus adnumerandum cenſuerim.

Per Syriam deinde, portis tranſitis, vnius diei itinere, paraſangis quinque confectis, [4] MYRIANDRVM peruentum eſt, vrbem Phoenicibus habitatam, atque ita ſitam, vt ſtationem nauibus onerariis praeberet. In ſinu Iſſico eam collocat [5] *Strabo*, quippe quod ſinus iſte in Syriam etiam pertingeret: *Stephano* Byz. Μυρίανδρος eſt πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Φοινίκῃ, ὡς Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Ἀναβάσεως. [6] *Scylax* etiam Μυριάνδρα Φοινίκων meminit: quam [7] *Plinius* vrbem Syriae vocat, in Iſſico ſinu poſitam.

Inde caſtris quartis, paraſangas viginti progreditur ad [8] CHALVM amnem, plethrum latitudine aequantem, magnis manſuetiſque piſcibus refertum, [9] quos Syri pro diis habent. Huius amnis haud alibi nomen reperies. [10] Cl. *Deliſle*, coniectura ex ipſo Cyri itinere facta, eum fuiſſe ſuſpicatur, cui hodie nomen eſt *Alep;* coniecturae praeſidium petit ex voce *Alep*, ſeu *Chalib*, qua prioris loco vtuntur Arabes: nam *Chalib*, inquit idem vir doctus, *a Chalo* Xenophonteo deriuari videtur. Prope hunc, auctore Xenophonte, ſiti erant Paryſatidis vici, in cingulum ei donati.

Caſtris inde quintis, paraſangas triginta progreſſus, ad [11] DARADACIS, fluuii quoque ſcriptoribus aliis ignoti, fontes peruenit. Plethri latitudinem ei tribuit

1) L. 14. p. 994. Adde *Plin.* N. H. l. 5. c. 22.

2) K. A. loco cit.

3) L. 3. c. 4.

4) K. A. p. 36. (27.)

5) L. 14. p. 994. quocum conſentit *Agathem.* l. 1. c. 4.

6) p. 40.

7) N. H. l. 2. c. 108. Adde eiuſdem l. 5. c. 22. *Ptolem.* l. 5. c. 15. *Mel.* l. 1. c. 12. extr. *Arrian.* de exped. l. 2. c. 6.

8) K. A. p. 39. (29.)

9) Vide K. A. p. 40. (29. lin. 9.) not. et pro *Diodor. Sic.* l. 2. p. 207. lege *Diodor. Sic.* l. 2. p. 92.

10) In Diſſertat. de ſitu etc. locorum, quae Cyrus Graecique peragrarunt.

11) K. A. p. 40. (29.) In MSto Etonenſi pro Δαράδακος legitur Δαρδῆς.

tribuit Xenophon. Hic forſan eſt, quem *Marſyam* nominat [1] *Plinius*. Locum ornabant Beleſios, Syriae praefecti, regia et hortus admodum elegans.

Hinc caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad eam [2] EVPHRATIS partem, vbi quatuor ſtadia latus erat, et vrbs reperiebatur ampla locupleſque, nomine THAPSACVS. Vrbs haec, aetate [3] *Plinii*, *Amphipolis* dicebatur: eam [4] *Ptolemaeus* iuxta Euphraten quidem, at in Arabia deſerta, poſuit; quam [5] *Stephanus*, et [6] *Plinius* Syriae tribuerunt. Eius etiam meminerunt [7] *Strabo* et [8] *Arrianus*. Nobilis euaſit tranſitu Euphratis. Ad vrbem quidem, quae *Zeugma* adpellatur, quaeque, [9] *Strabone* teſte, duobus ſtadiorum millibus a Thapſaco diſtat, Alexandrum Euphraten tranſiuiſſe ſcribunt [10] *Plinius* et [11] *Stephanus* Byz. De diuerſis nimirum expeditionibus intelligendae videntur diſcrepantes auctorum narrationes.

EVPHRATE (quem infra adtingemus) traiecto, [12] per SYRIAM caſtris nouem, paraſangis quinquaginta confectis, ad Araxen fluuium perueniunt. Vides autem Xenophontem vltra Euphraten protuliſſe Syriam. [13] Similiter etiam Scriptores ſacri Syros in Meſopotamia collocarunt: ויצא את־ארם אשר בעבר הנהר, vbi ארם denotare Syros, et נהר Euphraten, ſatis norunt harum literarum periti. [15] *Plinii* verba de regione illa libet adferre: *Iuxta Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus diſtincta nominibus. Namque Palaeſtina vocabatur, qua contingit Arabas, et Iudaea, et Caele, dein Phoenice: et qua recedit*

1) N. H. l. 5. c. 23, 24.
2) K. A. p. 41. (30.)
3) N. H. l. 5. c. 24.
4) L. 5. c. 19.
5) In v.
6) Loco cit.
7) L. 2. p. 130 et ſeq. l. 16. p. 1076 et ſeq.
8) De exped. l. 2. c. 13. et l. 3. c. 7. Adde *Cellar.* l. 3. c. 12. ſect. 63.
9) L. 16. p. 1083.
10) N. Hiſt. l. 5. c. 24. et l. 34. c. 15.
11) In v. Ζεῦγμα: adde *Lucan.* l. 8. v. 237.
12) K. A. p. 45. (33.)
13) 2 Sam. X, 16. Adde Targum *Jonath.* ad loc. et Gen. XXVIII, 6, 7. vbi interpr. LXX. habent Μεσοποταμίαν Συρίας: ſic et *Ariſtot.* περὶ Θαυμασ. Ακουσμ. extr. ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας etc. *Joſeph.* A. I. l. 7. c. 6. τῶν πέραν Εὐφράτου Σύρων meminit.
14) In regionibus vtique, vbi vnus eſt fluuius, aut vnus ſaltem eximius, adpellari ſolet ille, non proprio nomine, ſed plerumque communi, *fluvius*.
15) L. 5. c. 12. Adde *Mel.* l. 1. c. 11. *Bochart.* G. S. l. 2. c. 6. *Spanh.* de Numiſm. T. I. p. 605.

recedit intus, Damaſcena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. Et eadem Meſopotamia, inter Euphraten et Tigrin etc. [1]Idem Xenophontis narrationi congruenter regionem hanc *vicatim diſperſam* fuiſſe ſcribit. Caeterum, ARAXES ille [2]Ptolemaeo (vti quidem eruditiſſ. [3]Bochartus et [4]Delisle ſtatuerunt) eſt Χαβώρας: [5]Straboni Ἀξάρης: [6]Ammiano Mar. *Aboras.* [7]Cellario iudice, is amnis erat, quem [8]Ptolemaeus *Saocoran* vocat. Cum autem, [9]Ptolemaeo auctore, alii etiam, praeter memoratos, amnes per Meſopotamiam fluxerint, quorum non adduxit nomina, difficile dictu videtur, quis ille fuerit, quem *Araxis* nomine deſignauit Xenophon. Sed hac de re plura mox, cum ad Maſcam peruenerimus.

Illinc [10]per ARABIAM, cum Euphrates ad dextram ei eſſet, quina deſertis in locis caſtra metatus, paraſangas triginta quinque, cum ſuis progreſſus eſt Cyrus. Campi quidem, quos ibi tum peragrarunt, abſinthio abundabant, aequoriſque in modum late patebant. Quin et fruticum genera ſeu arundinum, quae ibi reperiebantur, aromatum inſtar, ſuaues diffundebant odores. Sed operae pretium erit, [11]ipſum auctorem de iis omnibus, quibus ſiue ornata ſiue inſtructa erat ea regio, verba facientem audire. Redeamus ad nomen eius; cuius origo petenda videtur ab incolis, qui *Arabes Scenitae* ſolent adpellari. Quippe, [12]*Strabone* auctore, τὰ πρὸς μεσημβρίαν κειμένα τῆς Μεσοποταμίας, καὶ ἀποτέρω τῶν ἐρῶν, ἄυδρα καὶ λυπρὰ ὄντα ἔχουσιν οἱ Σκηνῖται Ἄραβες. Multi autem Arabes, qui in aliis atque aliis habitabant locis, ita [13]a tabernaculis cognominati ſunt, quae ciliciis metabantur, vbi libuit. Sed nobis ARABIAE iſtius nomen vnde fuerit deductum, his etiam verbis indicauit [14]*Strabo:* Τὸ γὰρ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Ἀράβων, πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τὰς βίας, καὶ τὰς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροι εἰσί· δῆλοῖ

1) L. 6. c. 26.
2) L. 5. c. 18.
3) G. S. l. 2. c. 6.
4) Differtat. ſupra laud.
5) L. 16. p. 1084.
6) L. 14. c. 3.
7) L. 3. c. 15. ſect. 15.
8) L. 5. c. 18.
9) Loco cit.
10) K. A. p. 45. (33.)
11) P. 45, 46, 47, 48. (33. et ſeqq.) et conf. *Diodor. Sic.* l. 2. p. 132. et ſeq.
12) L. 16. p. 1084.
13) *Plin.* N. H. l. 6. c. 28.
14) L. 1. p. 70.

δηλοῖ δ' ἡ Μεσοποταμία ἐκ τῶν τριῶν συνεζῶσα τάτων ἐθνῶν. En itaque Arabia in Meſopotamia!

Facto autem per regionem hanc itinere, [1]ad MASCAM perueniunt amnem, cuius plethrum aequabat latitudo. A [2]Ptolemaeo *Saocoran* adpellatum fuiſſe cenſuit eruditiſſimus [3]*Bochartus*. Huius vero ſententia [4]*Cellario*, viro quoque doctiſſimo, minus eſt probata; quippe cui Ptolemaei *Saocoras* idem eſſe videbatur, atque Xenophontis *Araxes*, ſupra paulo memoratus. Idcirco autem Cellarius *Araxen* illum *Saocorae* potius quam *Chaborae* nomen apud Ptolemaeum nactum eſſe putauit, quod propior *Chaboras* eſſet Thapſaco, quam pro ſpatio definiti itineris; quinquaginta nempe paraſangarum. Sed maius forſan Thapſacum et *Chaborae* alueum diuiſit interuallum, quam quantum in tabulis Geographicis vulgo repraeſentari ſolet. Ab ARAXE quidem CHABORAS, SAOCORAS a MASCA ſatis magnam habent ſcripturae diſſimilitudinem: verum maiores etiam in propriis eorundem tum oppidorum tum amnium nominibus haud raro reperiuntur varietates. Alias vt omittam, ſtudio vtique literarum deditis paſſim obuias, ipſum nomen *Araxes* aliquando *Peneo* Theſſaliae fluuio, datum fuiſſe ſcribit [5]*Euſtathius*. [6]Caeterum Maſca CORSOTES, vrbs ampla quidem, ſed deſerta, cincta erat. Haec mihi ſane fuit vnum apud Xenophontem obuia. Itaque, per hanc ne mora ſit, [7]ad PYLAS pergamus; quo Cyrus caſtris decimis tertiis, paraſangas nonaginta per loca inculta, Euphrate ad dextram fluente, progreſſus, cum ſuis peruenit. PYLAE in finibus exſtant Meſopotamiae, ſeu *Arabiae* deſertae, qua Babyloniam adtingit.

1) K. A. p. 48. (34.)

2) L. 5. c. 18.

3) Geogr. S. l. 2. c. 6, 11.

4) L. 3. c. 15.

5) Ad *Dionyſ.* v. 739. vbi de *Araxe* Armeniae fluuio agitur. Adi etiam quae infra ſcripta ſunt *de Phyſco* p. 19.

6) K. A. p. 49. (35.) Voce autem ἔρημος non ſemper locum plane aſperum, in quo nihil praeter fabulum, ſaxa, feraſque reperias, ſignificari, ſatis inde liquet, quod Graeci apud Corſoten, quae ἐρήμη dicitur, triduum manebant, eodemque ex agro cibaria quaerebant. Vide ſis doctiſſ. *Wolf.* ad Luc. XV, 4. et Marc. VI, 31. Adde *Reland.* Palaeſt. l. 1. c. 56.

7) K. A. loco cit. nominis rationem exponit *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 437.

[1]Per BABYLONIAM tribus caſtris, paraſangas duodecim progreſſus, [2]Graecorum recenſum agit, exercitumque adeo armis inſtruendum curat. Mox [3]caſtris vnis, paraſangas tres progreditur ad [4]locum, vbi pugna tandem commiſſa eſt.

Iam vero [5]Xenophon menſuram itineris hucuſque confecti, caſtrorumque interea poſitorum numerum ita collegit: ab Epheſo ad locum, in quo pugnatum eſt,

Caſtra	—	—	—	93
Paraſangae	—	—	—	535
Stadia	—	—	—	16050

Quod ſi caſtrorum paraſangarumque numerum, quem hiſtoriae ſeriem ſequutus, vbique verbis expreſſi, inire velis, eum ſic ſe habere, ni fallor, inuenies

Caſtra — — 85.

Paraſangae — 517. ex quibus efficientur *ſtadia* 15510: datis vtique paraſangae cuique triginta ſtadiis. Cum vero, non a Sardibus, [6]vti ſupra, ſed ab Epheſo iam itineris initium duxerit auctor, plura ponamus oportet caſtra, pluresque adeo paraſangas, ab Epheſo nimirum Sardes vſque progredientibus conficiendas. Huius itaque ſpatii, quod Epheſum Sardeſque interiacet, emetiendi cauſa, ſi *caſtra* demus *octo*, ipſumque *paraſangis duodeuiginti* conſtare fingamus, iam numerus numero reſpondebit; et adcurate ſcribi reperies, [7]quae modo ex auctore de itineris hucuſque menſura protulimus.

Poſtero die, quam pugna erat commiſſa Cyruſque occiſus, [8]Graeci ſe ad Ariaei contulere caſtra. [9]Inde, alia luce orta, in Babyloniae vicos deuenere; compluresque

1) K. A. p. 65. (45.)

2) K. A. p. 69. (49.) de eorum numero vide, praeter auctores memoratos p. 70. n. 3. (p. 49. ad lin. 12.) *I. Frontin.* l. 4. c. 2. ſect. 7. *Arrian.* de exped. Alex. l. 4. c. 11. et l. 1. c. 12.

3) K. A. p. 71. (50.)

4) *Plut.* in vita Artox. p. 1014. Κύναξα καλεῖται.

5) K. A. p. 126. (85.)

6) K. A. p. 9. (7.)

7) p. 126. (85.) Quae mox deinde legis, ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τριςχίλιοι — ea vero corrupta eſſe quidam ſuſpicati ſunt: quippe quia, *Plutarcho* auctore, in *Artox.* p. 1015. Κύναξα, vbi pugnatum eſt, Βαβυλῶνος ἀπέχει σταδίους tantum πεντακοσίους: quare pro εἰς Βαβυλῶνα, *Iac. Cappellus* εἰς Σῦσα legendum eſſe apud Xenophontem putauit.

8) K. A. p. 127. (85.)

9) p. 129. (87.)

reſque ibi dies commorati ſunt. Inſtituto tandem confectoque trium caſtrorum itinere, ad [1] Mediae murum peruenerunt: intra quem cum penetraſſent, [2] caſtris alteris, paraſangas octo progreſſi ſunt; atque binis alveis, e Tigri qui ducti fuerant, traiectis, ad Tigrin ipſum perueniunt; prope quem [3] vrbs extructa erat magna et incolis repleta, cui nomen SITACE. *Sitace* autem, quae dicitur, apud [4] *Ptolemaeum* et [5] *Plinium*, in Aſſyria fere media collocatur. Eandem eſſe vrbem putauit ὁ πάνυ [6] *Bochartus*, quae a *Stephano* Ψιτ∫ακὴ, πόλις vtique παρὰ τῷ Τίγριδι, adpellatur.

Ponte nauigiis triginta ſeptem facto, Tigri qui fuerat impoſitus, traiecto, caſtris quartis, paraſangas viginti ad [7] Phyſcum vſque amnem, latitudine plethri, progreſſi ſunt. PHYSCVS autem, inquit [8] *Stephanus* ἐ∫ὶ κώμη ποταμὸς, καθά φησι Σοφαίνετος ἐν Κύρᾳ ἀναβάσει. Multis apud veteres, ex mente eruditiſſimi [9] *Bocharti* nominibus inclaruit *Phyſcus*: nimirum [10] Strabo et [11] Ptolemaeus Κάπρον, [12] Arrianus Βέμηλον, (Βέμαδον, opinor, voluit) Curtius [13] *Beumello*, (ſcrib. *Bumado*) [14] Plinius *Abſitrin*, [15] Ammianus *Adiauam*, Bocharto iudice, adpellat. Ibi vrbs magna erat, nomine OPIS. Η δὲ Ωπις, inquit [16] *Strabo*, κώμη, ἐμπορεῖον τῶν κύκλῳ πάντων. At [17] *Herodoto* πόλις dicitur; ſimiliter [18] *Arriano*, πόλις ἐπὶ τῷ Τίγρητος ᾠκισμένη.

Per Mediam deinde dies ſex, per loca minus culta, paraſangas triginta, Paryſatidis ad vicos, rerum ad vſus vitae neceſſariarum copia locupletes, progreſſi ſunt. Inde caſtra quinque locis in incultis metati, paraſangis interea viginti confectis, ad opulentam magnamque, cui [19] CAENAE nomen, vrbem peruenere. Hanc ſane agnoſcit

1) p. 149. (102.) et ſeq.
2) p. 150. (102.)
3) p. 151. (103.)
4) L. 6. c. 1.
5) N. H. l. 6. c. 27.
6) G. S. l. 4. c. 17.
7) K. A. p. 154. (106.)
8) Alias etiam adlatis, quae in K. A. reperiuntur, vocibus, Sophaenetum illum citat.
9) G. S. l. 4. c. 19.
10) L. 16. p. 1072.
11) L. 6. c. 1.
12) L. 3. c. 8.
13) L. 4. c. 9.
14) L. 6. c. 26.
15) L. 23. c. 6. Vide ſis *Bochart.* G. S. loco cit. vbi nominibus iſtis explicandis operam dat; et adde Cl. *Schwarz.* ad *Cellar.* l. 3. c. 17. ſect. 7.
16) L. 16. p. 1074.
17) L. 1. c. 189.
18) L. 7. c. 7.
19) K. A. p. 156. (107.)

ſcit *Stephanus*, nomine paulum mutato: ἔστι καὶ πόλις, inquit, Κάναι Τίγρητος ποταμῷ. Hac autem in voce aqua, vt aiunt, *Stephani* interpretibus haeſit. Voluit hic, opinor, locum, quem deſcribit Xenophon; atque adeo pro Κάναι repono Καναὶ, vti apud Xenophontem ſcribi ſolet [1].

Mox [2] ad ZABATVM fluuium, quatuor plethrorum latitudine, ducum Graecorum caede nobilem, veniunt. Hodie, auctore Clar. [3] *Delisle*, vocatur ZAB. Ζάβατος autem (verba ſunt doctiſſ. [4] *Bocharti*) factum videtur ex conſtructo זיבח. Exiſtimauit etiam [5] *Bochartus*, Ζάβατον hunc, eundem eſſe fluuium, qui *Lyci* nomine apud [6] *Ptolemaeum*, [7] *Strabonem*, [8] *Arrianum*, [9] *Curtium*, [10] *Plinium* venire ſolet; quique [11] *Ammiano* dictus eſt *Diabas* vel *Diauas*. Eius [12] infra meminit Xenophon: vbi tamen cum in quibuſdam exemplaribus, Ζάτην et Ζάθην male ſcriberetur, [13] doctiſſ. *Fullerus* Ζάτην et Ζάβατον in Xenophonte putauit eſſe diuerſos amnes. Sed "certum eſt, „(verba legis [14] *Bocharti*) Zaten fluuium Xenophontis „libro tertio, eundem eſſe cum Zabato, de quo libro „ſecundo egerat. Ibi enim narrat Graecos, e Paryſa„tidis vicis cum exceſſiſſent, fluuium Zabaton attigiſſe, „ad quem cum moras necterent, Clearchum imperato„rem ſuum et praecipuos pleroſque duces, Tiſſaphernis „artibus in Perſarum caſtra pellectos, inſigni proditione „fuiſſe interemtos. Haec libro ſecundo Xenophon. „Tertio deinde telam retexens inſtitutae narrationis, „refert Graecos hoc caſu, vt par erat, valde perculſos, „et incertos quid agerent, tandem oratione ſua erectos „et recreatos, animos reſumpſiſſe, atque in mortuorum „locum alios ſuffeciſſe duces. Quo facto demum *Za„ten*, id eſt *Zabaton*, de quo prius, inſtructo agmine „traieciſſe. *Zaten* porro, ſeu *Zabaton*, eundem eſſe „cum

1) Hinc forſan emendandus etiam *Ptolemaeus*, l. 6. c. 1. et pro Βίννα vel, vt libri quidam, Κίννα, reſcribendum Καιναὶ.
2) K. A. p. 156. (108.)
3) In Diſſertat. ſupra laudata.
4) G. S. l. 4. c. 19.
5) Loco cit.
6) L. 6. c. 1. vbi pro Λευκὰς ſcribendum eſt Λύκος.
7) L. 16. p. 1072.
8) L. 3. c. 15.
9) L. 4. c. 9.
10) L. 6. c. 26.
11) L. 23. c. 6.
12) p. 226. (160.) vbi vide not.
13) Miſcell. ſacr. l. 3. c. 6.
14) G. S. l. 4. c. 19.

„cum Lyco patet cum ex amplitudine, (nam deſcribi-
„tur latus quatuor plethris, id eſt, pedibus quadringen-
„tis) tum quia, illo traiecto, nullus alius occurrit
„Graecis vſque ad montes Carduchiorum, praeter tor-
„rentem ſine nomine." Hactenus ille.

[1]Traiecto Zabato, [2]Χαράδραν deinde quandam reperere; quem [3]Plinii *Zerbin* eſſe putauit [4]*Bochartus*. Nomen a verbo זרב *zerab* vel *zarab* deducit vir doctiſſimus; "quo non Chaldaei ſolum, inquit, ſed et Hebraei
„vtuntur et Arabes. Proprie ſignificat *effluere more*
„*torrentis*."

[5]Itinere vltra Χαράδραν facto, ad LARISSAM vrbem magnam, deſertam tamen, prope Tigrin ſitam, peruenere. Eam Medi priſcis temporibus incoluerant: de qua legas velim, quae ſcripſit auctor. *Lariſſae* autem fuere multae, quas enumerant [6]*Strabo* et [7]*Stephanus*: earum tamen nulla reperitur in regione hac, de qua Noſter agit. Quare *Bocharto* videtur accedendum, qui putat Xenophontis *Lariſſam* eſſe *Reſen*, de qua Moſes Gen. X, 12. En eius verba — — "Hanc vrbem (ſcil. *Lariſſam*, cuius meminit Xenophon) "vt ſuſpicer eſſe
„*Reſen*, multa me mouent. *Primo*, ſitus prorſus conue-
„nit, ſi vere Ninus fuit inter Lycum et Caprum, vt ho-
„die docti contendunt. *Secundo*, Lariſſa μεγάλη πόλις
„moeniumque latitudine et altitudine conſpicua; am-
„bitu etiam, quem Xenophon duabus paraſangis deſi-
„nit. — — *Tertio*, videtur Xenophon *Reſen* mutaſſe in
„Λάρισσαν, propter vocum alluſionem. Saltem hoc
„certum, Lariſſae vocabulum plane eſſe Graecum, atque
„vrbes huius nominis in Graecia plures exſtitiſſe: et ſi
„quae alibi fuerunt extra Graeciam, eas pro Graecis eſſe
„habitas — — At in Aſſyria Graecae vrbes, aeuo Xe-
„nophontis, id eſt, ante Alexandrum, nullae fuere:
„proinde nec vlla Lariſſa. Omnino igitur vrbis huius
„verum nomen interpolauit Xenophon, vt ad Graecam
„elegantiam accommodaret. Et veriſimile eſt, Graecis

 „rogan-

1) K. A. p. 226. (160.)
2) p. 233. (165.)
3) N. H. l. 6. c. 26.
4) Loco cit.
5) K. A. p. 235. (166.)
6) L. 9. p. 672.
7) In voce. Adde *Schol.* in *Apollon.* Rhod. v. 40.

„rogantibus, cuius vrbis eſſent rudera, Aſſyrios reſpon-„diſſe לרסן *Lereſen*, addito *le*, genitiui nota, — — atque „illud *Lereſen* mutatum eſſe in Λάρισσαν." Haec ille: quocum conſentit Cl. [1] *Clericus*.

[2] Inde caſtris vnis, paraſangas ſex ad caſtellum quoddam progreſſi ſunt, propter vrbem ſitum, cui nomen MESPILA; de quibus legenda ſunt, quae ſcripſit Xenophon. Vrbis meminit *Stephanus*, apud quem tamen ſcribitur Μίσπιλα.

Mox poſitis caſtris aliis atque aliis, ad CARDVCHIOS tandem venere montes. Carduchos Mediae tribuit [3] *Stephanus*, Parthiae [4] *Strabo*. Adiabenis, inquit [5] *Plinius*, connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, praefluente Tigri. [6] Xenophon eos in confiniis Armeniae Auſtralibus habitaſſe docet. Hodie, teſte Cl. [7] *Delisle*, *Curdes* adpellantur. Multis olim nominibus erant dicti, [8] *Gordiaei* ſcilicet, *Gordi*, *Cordaei*, *Carduени*. In CARDVCHIIS autem montibus arcam Noae ſubſtitiſſe non leuibus de cauſis ſtatuere [9] viri eruditi.

A montibus illis, [10] quibus in peragrandis ſeptem dies Graeci conſumpſere, ſtadia circiter ſex ſeptemue diſtabat fluuius [11] CENTRITES, latus bina fere plethra, qui Armeniam a Carduchorum agro ſeparat. [12] *Diodorus* etiam *Siculus* amnis retinuit nomen; quod a גחרי *Gethere* vel *Getere* duci ſuſpicatus eſt [13] *Bochartus*. Eo traiecto, [14] factoque deinde per Armeniam itinere, ad vicum peruenere, vbi ſatrapae erat regia, et larga commeatus copia.

[15] Hinc caſtris alteris, paraſangas decem progreſſi, Tigris ſupra fontes euaſerunt. De his autem fontibus auctores

1) Ad Gen. X, 12.
2) K. A. p. 237. (167.)
3) In voce.
4) L. 16. p. 1083.
5) L. 5. c. 15.
6) p. 283. (201. 202.)
7) Diſſertat. laud.
8) *Stephan.* in v. Γορδυαῖα. Adde *Bochart.* G. S. l. 1. c. 3. et *Fuller.* Miſcell. S. l. 1. c. 4. et *Tellier.* ad *Curt.* l. 4. c. 10. p. 242.
9) Vide auctor. proxime laudat. loca cit. et *Grot.* ad Gen. VIII, 4.
10) K. A. p. 284. (202.) et *Diodor. Sic.* l. 14. p. 257.
11) K. A. p. 283. (202.)
12) L. 14. p. 258.
13) G. S. l. 2. c. 10.
14) K. A. p. 297. (211.)
15) Ibid. (212.)

auctores alii alia ſcripſere. [1] *Plinius* haec: *Oritur Tigris in regione Armeniae maioris, fonte conſpicuo in planitie.* [2] *Strabone* teſte, a Tauro monte in Seleuciam delatus eſt. Plures Tigres adfert [3] Herodotus: Πρῶτος μὲν, inquit, Τίγρης· μετὰ δὲ, δεύτερός τε καὶ τρίτος ὡυτὸς ὀνομαζόμενος· ἐκ ὡυτοῦ ἐών ποταμὸς, ἀδὲ ἐκ τᾶ αὐτᾶ ῥέων. Xenophontem eius voluiſſe fontes, qui ad orientem vergit, cum [4] Cl. *Deliſle* cenſuerim.

[5] Inde caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad TELEBOAM progreſſi ſunt. Pulchellus autem hic fluuius Euphratis eſſe brachium videtur, qua orientem maxime ſpectat. Locus, vnde duxit ortum, ARMENIA dicebatur ἡ πρὸς ἑσπέραν: ſeu, eorum regio, qui Εσπειριτῶν nomine veniunt, Ανδίοσι extrema.

[6] Caſtris deinde tertiis, per planitiem paraſangas quindecim progreſſi, tandem in vicos diuerterunt: [7] iugo mox ſuperato, caſtriſque ter apud inculta loca poſitis, [8] EVPHRATIS adpropinquarunt fontibus. *Oritur* autem *Euphrates*, auctore [9] Plinio, *in praefectura Armeniae maioris Caranitide, vt prodidere ex iis, qui proxime viderant; Domitius Corbulo, in monte Aba: Licinius Mucianus, ſub radicibus montis, quem Capoten adpellant, ſupra Zimaram, XII. M. paſſ. initio Pyxurates nominatus.* In ſeptentrionalibus Tauri partibus fontes eius poſuit [10] *Strabo.* [11] Apud Xenophontem quidem dicuntur non longe a Tigris fontibus abeſſe: at referente [12] *Strabone*, διέχουσιν ἀλλήλων αἱ πηγαὶ, τᾶ τε Εὐφράτα καὶ τᾶ Τίγριδος, περὶ δισχιλίας καὶ πενταϰοσίας ϛαδίας. Diuerſas vtique Euphratis partes intellexerunt; ille fontes deſignat, qua orientem ſpectat amnis; hic a brachio quodam occidentali, cum ſpatium inter eum et Tigrin definiuit, initae menſurae fecit initium.

1) N. H. l. 6. c. 27.
2) L. 11. p. 792.
3) L. 5. c. 52.
4) Differtat. ſaepius laud.
5) K. A. p. 297. (212.) et ſeq.
6) p. 299. (213.) et ſeq.
7) p. 304. (217.)
8) p. 305. (217.)
9) Hiſt. N. l. 5. c. 24.
10) L. 11. p. 792.
11) K. A. p. 262. (186.)
12) L. 11. p. 792. Adde *Salmaſ.* Plinian. exercit. p. 438. *Ptol.* l. 5. c. 13. et *Euſtath.* ad *Dion.* v. 976.

Euphratis fontibus a tergo relictis, [1]per niuem altam, ſeptentrionem verſus iter faciunt: [2]niuem vix tandem eluctati, in vicos quoſdam diuerterunt Armeniae; vbi repererunt equos, [3]qui tributi nomine regi alebantur.

[4]Conſumptis ibi ſeptem diebus, octauo demum motis ſepties caſtris, paraſangas quinque ſingulos in dies, ad [5]PHASIN amnem, latitudine fere plethri, progreſſi ſunt. Alius autem hic, atque [6]clariſſimus ille Ponti *Phaſis*, intelligendus eſt. Ad Xenophontis itaque narrationem optime conuenire videtur ille *Phaſis*, cuius [7]*Conſtantinus Porphyrogenetus* meminit, cuique nomen ERAX etiam inditum erat. Tam ea enim ſimilitudo quae in vocibus *Erax* et *Araxes* inuenitur, quam quae ſcriptor iſte memoriae prodidit, ad Phaſin Ponti minus conuenientia, recte [8]Cl. *Delisle* adduxiſſe videntur, vt *Araxen*, qui in mare Caſpium delabitur, eundem eſſe fluuium exiſtimaret, quem Xenophon hic loci *Phaſin* adpellauit.

[9]Hinc caſtris binis, paraſangas decem, per iuga montium progreſſi, in planitiem tandem vicoſque, fugatis hoſtibus, deſcenderunt. [10]Mox caſtris quinquies poſitis, paraſangiſque triginta confectis, ad TAOCHORVM regionem (vbi hodie TAOCHIR in Tabula *Georgiae* ponitur, teſte Cl. *Delisle*) peruenerunt: [11]inde per CHALYBVM agros caſtris ſeptem, paraſangas quinquaginta progreſſi ſunt. Eos [12]Diodorus Siculus *Chalcidenſes* vocat. Sed pro Χαλκιδέων, quod exemplaria *Diodori* repraeſentant, legi mallem Χαλδαίων: qua ſcripturae

1) K. A. p. 306. (219.)
2) p. 312. (223.) et ſeq.
3) p. 318. (226. 227.) Adde *Strab.* l. 11. p. 795.
4) K. A. p. 319. (227 ſeq.)
5) p. 320. (228. 229.)
6) De quo *Strabo* l. 7. p. 457. et l. 11. p. 801. *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. *Dionyſ.* v. 691. *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 403. *Agathem.* l. 2. c. 1. aliique paſſim.
7) Imper. Orient. c. 45. Cl. *Delisle* citat *Procopium* etiam: cum vero auctorum nec verba ſolear adferre, nec indicare loca, vbi reperiantur, ipſe quidem *Procopium* teſtem in hanc rem citare nolui, cum neque locum, quem vir doctus huc facere cenſuerit, inuenire potuerim, et alias auctorem illum Phaſin amnem Colchicum adpellaſſe, atque adeo in Pontum Euxinum deduxiſſe, nouerim. Vide ſis eius de Bel. Perſ. l. 1. c. 15. et de bel. Goth. l. 4. c. 2 et 6.
8) Diſſert. ſaepe cit.
9) K. A. p. 321, 328. (229, 235.)
10) p. 328. (235.) et ſeq. reſpice K. A. p. 321. (229.) not. (ad lin. 3.)
11) K. A. p. 334. (239.)
12) L. 14. p. 259.

rae mutatione facta, iam nulla erit Diodoro cum Xenophonte discordia: nam [1] *Strabone* teste, Χαλδαῖοι, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο.

Ab his digressi, ad amnem Harpasum, cuius erat quatuor plethrorum latitudo, peruenerunt. Apud auctores autem recentiores, sua qui scriptis mandarunt itinera, fluuium hunc HARPASON nomine venire testatur [2] Cl. *Delisle*. Caeterum *Diodoro Siculo* restituendum est nomen Αρπαζος, cuius vtique locum occupauit [3] Αρπαγος.

[4] Hinc per SCYTHINORVM agrum castris quartis, parasangas viginti ad vicos progressi sunt; apud quos triduum manserunt. Pro Σκυθινῶν in [5] *Diodoro* male legitur Ταττικτίνων: in *Stephano* Σκυθηνοὶ reperitur. Porro SCYTHINI forsan barbaris illis Επὶ κωμήταις, quorum meminit [6] *Strabo*, adnumerandi sunt. Castra deinde quater metati, vigintique parasangas emensi, [7] ad vrbem venere magnam, tam opibus quam incolis abundantem, cui nomen GYMNIAS: eadem [8] *Diodoro* dicitur GYMNASIA.

Paucis autem diebus interiectis, [9] THECHEN adtigere, montem sacrum; vnde Graeci mare, summa non sine laetitia, tandem conspexerunt. Apud [10] *Diodorum* mons hic vocatur Χήνιον: in MSS. quibusdam Xenophontis exemplaribus legitur Ηχης. [11] *Arrianus* Ιερον ὄρος inter Cerasuntem et Trapezuntem collocauit. Eundem hunc montem intellexisse videtur [12] *Apollonius Rhodius:* Ιερον δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν ὄρος — *Schol.* Ορος ἄτω καλέμενον τὸ καθῆκον εἰς Εὔξεινον πόντον.

[13] Hinc per MACRONVM regionem castris tribus, parasangas decem progressi sunt. Hi postea, [14] *Strabone* teste,

1) L. 12. p. 826.
2) Differt. supra memor.
3) L. 14. p. 259. edit. *Rhodom.*
4) K. A. p. 336. (240, 241.)
5) Loco cit. Adde K. A. p. 336. not. (p. 240. ad lin. antep.)
6) L. 12. p. 825. iisdem videntur addendi, quos Xenoph. κοττοτς p. 616. (462.) vocat.
7) K. A. p. 336. (241.)
8) L. 14. p. 259.
9) K. A. p. 337. (241.)
10) Loco proxime cit.
11) Peripl. P. E. p. 129. edit. *Blanc.*
12) Αργον. β'. v. 1017.
13) K. A. p. 340. (243.)
14) L. 12. p. 825.

teſte. Σάννοι dicti erant. Similiter [1] *Euſtathius*: οἱ Μάκρωνες ἔθνος Ποντικὸν, Βεχείρων νοτιώτερον· τέτακς νῦν Σάννας φαμὲν, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζάνας — — [2] *Arrianus* autem *Drilas*, quos vocat Xenophon; *Sannos* nominat.

Tridui itinere confecto, [3] COLCHORVM ad montes Graecos deduxere Macrones: Colchiſque in fugam verſis, in vicos illi commeatus copia abundantes diuerterunt. Iis autem, quae de vi mellis, quod ibi reperere Graeci, ſcripſit Xenophon, ſimilia memoriae tradidit [4] Plinius: *Aliud genus*, inquit, *in eodem Ponti ſitu, gente Sannorum, mellis, quod ab inſania, quam gignit*, maenomenon *vocant. Id exiſtimatur contrahi flore Rhododendri, quo ſcatent ſiluae.*

[5] Ab his vicis, caſtra bis metati, progreſſique adeo paraſangas ſeptem, ad TRAPEZVNTEM, Graecam vrbem, coloniam Sinopenſium, in Colchorum regione, Pontum ad Euxinum ſitam, peruenere. Colchos etiam [6] *Arrianus* Τραπεζεντίοις ἐμπόροις adpellat. [7] *Straboni* et [8] *Scylaci* TRAPEZVS eſt πόλις Ελληνίς: eademque [9] *Melae* illuſtris; [10] *Euſtathio*, κτίσμα Σινωπέων, μέγα ἐμπόριον: [11] *Tacito*, vetuſta Aſiae ciuitas, a Graecis in extremo Ponticae orae condita: [12] *Plinio*, liberum, ſcil. oppidum. Hic dies circiter triginta commorati ſunt Graeci; et [13] Trapezuntiis ducibus, in DRILARVM fines incurſionem fecere. Δρυλαὶ autem, ait *Stephanus*, (lege Δριλαι) συνοικία τῆς Ποντικῆς Τραπεζέντος ἐ πόρρω, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ανεβάσεως πέμπτῳ. Quibus [14] *Arriani* verba libet haec adiungere: Τραπεζεντίοις μὲν, καθάπερ καὶ Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμοροι· καὶ ἐς λέγει τὰς μαχιμωτάτας καὶ ἐχθροτάτας εἶναι τοῖς Τραπεζεντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δρίλλας (repone Δρίλας) ὀνομάζει, [15] ἡμεῖς δὲ δοκέομεν οἱ Σάννοι ἕτοι εἶναι· καὶ γὰρ μαχιμώτατοί

τοί

1) Ad Dionyſ. v. 766. Adde *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 396, et *Plin.* N. H. l. 6. c. 4.
2) P. E. Peripl. p. 123.
3) K. A. p. 343. (246.)
4) N. H. l. 21. c. 13. Adde *Strab.* l. 12. p. 826.
5) K. A. p. 348. (250.)
6) Peripl. P. E. p. 123.
7) L. 12. p. 824.
8) p. 33.
9) L. 1. c. 19.
10) Ad *Dion.* v. 687.
11) Hiſt. l. 3. c. 47. Adde *Stephan.*
12) Hiſt. N. l. 6. c. 4.
13) K. A. p. 361. (259.)
14) Peripl. P. E. p. 11. edit. *Oxon.*
15) Sed reſpice ſupra paulo ſcripta de Macronibus.

τοί εἰσιν εἰς τᾶτο ἔτι, καὶ τοῖς Τραπεζεντίοις ἐχθρότατοι, καὶ χωρία ἐχυρὰ οἰκᾶσι, καὶ ἔθνος ἀξύσιλευτον.

Graecos inde profectos excepit tandem [1]CERASVS, vrbs etiam Graeca, prope mare Euxinum ſita, in Colchide. Illuſtris et haec apud [2]*Melam* audit: nomen autem, [3]*Euſtathio* ſi modo fidem habeas, ἀπὸ τῶν Φυτῶν τῶν κεράσων accepit. Quae vero Colchidis, Xenophontis aeuo, vrbs erat, poſtea [4]Ponto tribui ſolebat. Porro, [5]*Arriano* auctore, αὕτη ἡ Φαρνακεία παλαὶ Κερασᾶς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὕτη ἄποικος. Sed [6]*Ptolemaeus*, [7]*Strabo*, [8]*Plinius* Pharnaciae (ſeu Pharnaceae) et Ceraſuntis, tanquam diuerſarum vrbium, meminerunt. Imo vero, [9]*Strabone* teſte, ex Cotyora συνῳκίσθη ἡ Φαρνακία.

A [10]Ceraſunte digreſſi, MOSYNOECORVM in agrum penetrarunt: de quibus ita [11]*Strabo*: Εἰσὶ δ' ἅπαντες μὲν οἱ ὄρειοι τάτων ἄγριοι τελέως, ὑπερβέβληνται δὲ τὰς ἄλλας οἱ Επ[illegible]ὰ κομῆται· τίνες δὲ καὶ ἐπὶ δένδρεσιν ἢ πυργίοις οἰκᾶσι, διὸ καὶ Μοσυνοίκας ἐκάλεν οἱ παλαιοὶ, τῶν πύργων μοσύνων λεγομένων. ζῶσι δ' ἀπὸ θηρίων σαρκῶν καὶ τῶν ἀκροδρύων. Sed et mores hominum iſtorum et nominis originem, locis modo citatis, indicaui.

[12]Per eam autem, quam incoluere MOSYNOECI, regionem, caſtris octies poſitis, ad CHALYBAS progreſſi ſunt Graeci. Iam vero [13]ſupra gentem vidimus, id cui nominis contigit, hac longo ſatis interuallo diſtantem. Solebant vtique barbari iſti paſſim per inculta loca palari; nomenque adeo ſuum in aliis atque aliis, quae ſedem iis aliquamdiu praebuere, locis inueniri, non eſt quod miretur aliquis. Chalybum etiam intra Halyn amnem ſitorum meminit [14]*Herodotus*: ſimiliter [15]*Ephorus*, quem ea

1) K. A. p. 372. (268.)
2) L. 1. c. 19.
3) Ad *Dionyſ.* v. 453.
4) *Pomp. Mel.* l. 1. c. 19. *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8. *Strab.* l. 12. p. 825. *Ptolem.* l. 5. c. 6. *Hierocl.* p. 702. *Scylax* p. 33. Aſſyriae eam adſcribit.
5) Peripl. P. E. p. 17. edit. *Oxon.*
6) L. 5. c. 6.
7) L. 12. p. 825.
8) L. 6. c. 4.
9) Loco cit.
10) K. A. p. 379. (272.) et ſeq. vbi vide not. (ad lin. penult.) et p. 389, not. 2. et 3. (279. ad lin. 4, 5.) necnon p. 392. n. 4. 5. 7. (280. lin. 15. vlt. et p. 281. lin. 1.) p. 393. n. 1. (p. 281. lin. 5.)
11) L. 12. p. 825.
12) K. A. p. 394. (281. 282.)
13) p. 14.
14) L. 1. c. 28.
15) Apud *Strab.* l. 14. p. 996.

ea de cauſa [1] *Strabo* fruſtra caſtigat. Nam iſti forſan, mutatis iam, Strabonis aetate, ſedibus, orientem verſus habitatum commigrauerant. Ii quidem Chalybes, de quibus [2] antea mentionem fecit Xenophon, longe erant fortiſſimi, Harpaſum vltra fluuium ſiti: iam vero memorat alios, numero exiguos, et Moſynoecorum, quibus erant vicini, ſubiectos imperio. Hos agnoſcit [3] *Euſtathius*: Οἰκοῦσι δὲ, (Tibareni ſcil.) inquit, καθὰ καὶ οἱ Χαλδαῖοι, μέχρι τῆς μικρᾶς Αρμενίας — ἐφ' οἷς οἱ Χάλυβές εἰσι — τάτας τὰς Χάλυβας ἄλλοι Χαλδίας ἐκάλεσαν (ἔθνος δέ εἰσι Ποντικὸν, παρὰ τῷ Θερμώδοντι): deinde, paucis interiectis, Ξενοφῶν δὲ, ait, ἐλίγας τε αὐτὰς εἶναι λέγει, καὶ τῶν Μοσυνοίκων ὑπηκόας. [4] Hos quoque *Strabo* Chaldaeorum nomine deſignaſſe videtur.

Chalybas adtingunt [5] TIBARENI; ad [6] quorum deinde ventum eſt agrum; quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt, [7] auctore *Mela*; [8] his ſimilia tradit *Ephorus*: ſed Moſynoecos hic et Tibarenos inter ſe confudiſſe [9] videtur. Tibarenos etiam [10] *Strabo* cum Chaldaeis (qui Noſtro ſunt Chalybes) et Sannis (qui olim Macrones dicebantur) coniungit. [11] Αγχι δὲ (*ſcil.* prope Chalybas) γυιστάσι πολυῤῥήνες Τιβαρηνοὶ

Ζηνὸς etc. Similiter [12] *Dionyſius*.

Cum [13] biduum per horum agrum perrexiſſent, ad COTYORA peruenerunt, vrbem Graecam, in regione Tibarenorum poſitam, cuius incolae Sinopenſium erant coloni. Ταύτης, inquit [14] *Arrianus*, ὡς πόλεως Ξενοφῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ ἀδὲ αὐτὴ μεγάλη. Apud [15] *Strabonem* dicitur πολίχνη: apud *Stephanum* Byz. κώμη πρὸς τῷ Πόντῳ. [16] *Ptolemaei* exemplaria

1) Loco cit. vbi vide quae notavit *Palmer*. Quin et *Pomp. Mela* l. 1. c. 19. facta de Harmene, quae Paphlagoniam finit, mentione; *Chalybes*, mox inquit, *proximi vrbium clariſſimas habent Amiſon et Sinopen — amnium Halyn et Thermodonta*. Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 3. extr.

2) K. A. p. 334. (239.)

3) Ad *Dionyſ.* v. 467.

4) L. 12. p. 825.

5) *Mela* l. 1. c. 19.

6) K. A. p. 394. (282.)

7) L. 1. c. 19.

8) Apud *Steph. Byz.* in v. Τιβαρηνία.

9) Vide ſis K. A. p. 393. (281.)

10) L. 12. p. 825 et 832.

11) *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 377. Adde *Herod.* l. 3. c. 94. et *Scylac.* p. 33.

12) v. 767. vbi vide *Euſtath.* Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 4.

13) K. A. p. 395. (282.)

14) Peripl. P. E. p. 17.

15) L. 12. p. 825.

16) L. 5. c. 6.

plaria Κυτέωρον: [1] *Plinii*, COTYORVM, exhibent. Ex veteribus etiam libris [2] *Strabonis* editores adfernnt Κέτωρος et Κέτερος: eadem videtur vrbs, quae [3] *Melae* vocata eſt *Cotyros*. In [4] *Diodoro* reperitur eadem atque in Xenophontis ſcriptura. Hucuſque autem pedibus iter fecere Graeci; poſitis eum inter locum, in quo pugna fuerat commiſſa, et *Cotyora*, caſtris centum et viginti duobus, paraſangis interea ſexcentis viginti, ſtadiis duodeviginti mille viginti, menſibus octo confectis. [5] Hos vtique numeros repraeſentare ſolent libri vulgati. Quod ſi paraſangis ſingulis ſtadia triginta, [6] vti ſupra, tribuamus, iam vero augendus erit ſtadiorum numerus, et ex memoratis *paraſangis*, ſcilicet — 620 colligenda

ſtadia — — — 18600

Quapropter mendoſa mihi videtur vulgata loci laudati ſcriptura, et pro σάδιοι μύριοι ὀκτακισχίλιοι εἴκοσι legerim, fide nixus MStorum Eton. et reg. Pariſ. σάδιοι μύριοι καὶ ὀκτακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι.

Inde cum, nauigiis comparatis, ſoluiſſent [7] lituſque Iaſonium haud procul ſpectaſſent, Thermodontis primum, mox Irios, Halyos deinde fluuiorum oſtia praetervecti, ad Harmenem tandem Sinopes portum adpulere.

[8] THERMODON amnis Ponti Polemoniaci, cuius erat trium plethrorum latitudo, [9] ortus ad caſtellum, quod vocant Phanaroeam, praeterque radices Amazonii montis lapſus, [10] fuit Amazonibus, vt fama erat, accolis inclitus. [11] Huic proximus eſt IRIS; de quo ſic [12] *Strabo*: ἄλλος δὲ, ſcil. *fluuius*, τούτῳ (i. e. *Thermodonti*) πάρισος, ῥέων ἐκ τῆς καλουμένης Φαναροίας, τὸ αὐτὸ διέξεισι πεδίον, (τὴν Θεμισκυραν,) καλεῖται δὲ Ἶρις. Ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν αὐτῷ

1) N. H. l. 6. c. 4.
2) Loco cit.
3) L. 1. c. 19. Vide tamen *Scylac.* p. 34. *Marcian.* Heracl. p. 71. *Strab.* l. 12. p. 820. et *Berkel.* ad *Steph.* in v. Κοτύωρα et Κότωρος.
4) L. 14. p. 261.
5) K. A. p. 395. et ſeq. (283.)
6) Diſſert. huius p. 10. (18.)
7) *Straboni* l. 12. p. 825. et *Arrian.* Peripl. p. 17. eſt ἄκρα Ἰασόνιον: *Ptolem.* l. 5. c. 6. Ἰασώνιον ἄκρον: *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. flumen Iaſonium.
8) K. A. p. 406. (291.) 458. (331.) *Ptolem.* l. 5. c. 6.
9) *Plin.* N. H. l. 6. c. 3. extr.
10) *Virgil.* Aen. l. 11. v. 659. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 15 et ſeq. *Valer. Flac.* l. 4. v. 601. *Dion.* Perieg. v. 773 et ſeq. et *Euſtath.* in loc. Adde *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 370 et ſeq. *Strab.* l. 12. p. 823. *Arrian.* Peripl. P. E. p. 16. *Scylac.* p. 33. *Mel.* l. 1. c. 19. et *Amm. Marcell.* l. 22. c. 8.
11) K. A. p. 406. (291.)
12) L. 12. p. 823.

αὐτῷ τῷ Πόντῳ. Ρυεὶς δὲ διὰ — — et caetera ibi legenda. Eiuſdem meminerunt [1] *Ptolemaeus*, [2] *Apollonius*, [3] *Dionyſius*, [4] *Arrianus*, [5] *Marcianus*, [6] *Plinius*, [7] *Ammianus*. [8] HALYS deinde fluuius oram Ponti ſeu Paphlagoniae legentibus ſeſe offert. De quo ſimul et binis illis modo memoratis ita cecinit [9] *Apollonius:*

— πόλεος δ ἐπὶ πείρασι αἰγιαλοῖο
Ἁλὶῃ ἐπὶ προβλῆτι ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο
Δεινὸν ἐρεύγονται· μετὰ τόνδ' ἀγχίῤῥοος Ἶρις
Μειότερος λευκῇσιν ἐλίσσεται εἰς ἅλα δίναις.
— ἐπὶ δὲ ῥόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ὑπ' ἄκρην
Μύρεται, εὐρείης διακείμενος ἠπείροιο.

Et [10] *Dionyſius:*

— ἀπ' ἤρεος Ἀρμενίοιο
Λευκὸν ὕδωρ προΐησιν Ἐνυάλιος Θερμώδων,
Ὃς ποτ' —
Ἶρις δ' ἐξείης καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.
Τῷ δ' ἐπιμορμύρεται ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο,
Ἑλκόμεναι βορέηθεν, etc.

Quibus addenda haec [11] *Arriani* verba: ἔστος ὁ ποταμὸς (ſcil. *Halys*) πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ Περσῶν, νῦν ὑπὸ τῇ Ρωμαίων ἐπικρατείᾳ ῥέει, ἐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει [12] Ἡρόδοτος, ἀλλὰ ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου· καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα. [13] *Strabo* tum nominis originem, tum fontes eius indicat: ὠνόμασαι δ' ἀπὸ τῶν ἁλῶν, ἃς παραῤῥεῖ· ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ τῆς Ποντικῆς πλησίον, κατὰ τὴν Καμβυσηνήν.

[14] Graecos iſtorum amnium oſtia praeteruectos excipit tandem HARMENE, πόλις Ἑλληνὶς, auctore [15] *Scylace*, καὶ

1) L. 5. c. 6.
2) L. 2. v. 367.
3) v. 783.
4) p. 16.
5) p. 74.
6) L. 6. c. 3. extr.
7) L. 22. c. 8. Obiter autem emendandus eſt *Euſtath.* cuius in *Dion.* v. 976. ſic leguntur verba: Ἔστι δὲ Τίγρις καὶ Παφλαγονικὸς ποταμὸς, περὶ ὃ φησι Ξενοφῶν, πρῶτον μὲν Θερμώδοντα. εὖρος τριῶν πλέθρων· δεύτερον δὲ Τίγριν, τρίπλεθρον ἑαυτοῦ· τρίτον δὲ Ἅλυν. Repone, δεύτερον δὲ Ἶριν.
8) K. A. p. 407. (291.)
9) *Argon.* l. 2. v. 365 et ſeq.
10) v. 773 et ſeq. Confer. *Val. Flac.* l. 5. v. 120 et ſeq.
11) Peripl. P. E. p. 16.
12) Vide *Herodot.* l. 1. c. 72.
13) L. 12. p. 822.
14) K. A. p. 450. (324.)
15) p. 33. Scribitur etiam Ἀρμένη cum ſpiritu leni, nonnunquam *Armine.*

καὶ λιμήν. Similiter [1] *Arrianus*: ἀπὸ δὲ Λεπτῆς ἄκρας ἐς Ἁρμένην, ἑξήκοντα, ſcil. στάδιοι· λιμὴν αὐτόθι· καὶ Ξενοφῶν τῆς Ἁρμένης ἐμνημόνευσεν. Dicitur etiam [2] κώμη τῶν Σινωπέων, ἔχουσα λιμένα: et [3] κώμη Παφλαγονίας: vrbs etiam quae, [4] *Mela* teſte, Paphlagoniam finit. Sed vltra eam regionis iſtius terminos extendit Xenophon.

[5] Ab Harmene ſtadia quinquaginta, *Strabone* et [6] *Marciano* auctoribus, diſtat SINOPE, ἀξιολογωτάτη τῶν ταύτῃ πόλεων· ἔκτισαν μὲν ἐν αὐτὴν Μιλήσιοι. Apud *Stephanum* quoque audit πόλις διαφανεστάτη τοῦ Πόντου. Nomen vnde duxit, ſi quis ſcire cupiat, adeat velim [7] *Apollonium* et [8] *Dionyſium*. Fuit antiqua quidem vrbs, ſed ante deductam eo Mileſiorum coloniam minus firma, minuſque clara: εἶθ' ὕστερον, verba ſunt [9] *Strabonis*, Μιλήσιοι τὴν εὐφυΐαν ἰδόντες, καὶ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἐνοικούντων, ἐξιδιάσαντο, καὶ ἐποίκους ἔστειλαν.

[10] Poſtea, PARTHENIVM praeteruecti, ad Heracleam perueniunt. PARTHENIVS autem amnis, auctore [11] *Strabone*, διὰ χωρίων ἀνθηρῶν φερόμενος· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ὀνόματος τούτου τετυχηκὼς, ἐν αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᾳ τὰς πηγὰς ἔχει. Eiuſdem meminerunt [12] *Mela*, [13] *Plinius*, [14] *Arrianus*, [15] *Marcianus*, [16] *Scylax*, [17] *Scymnus*, alii. Caeterum a *Strabone* nonnihil diſcedit *Stephanus Byz.* quippe huic Παρθένιος eſt ποταμὸς ἐν μέσῳ τῶν Ἀμαστριανῶν πόλεως ῥέων. Ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἀρτεμιν κυνηγετεῖν· ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος,

Ὡς ἀκαλὰ προρέων, ὡς ἄῤῥηϐὴ παρθένος εἶσι.

τινὲς,

1) Peripl. P.E. p. 15.
2) *Strabo* l. 12. p. 821.
3) *Steph.* Byz. in v.
4) L. 1. c. 19. Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 2. et *Ptolem.* l. 5. c. 4.
5) *Strab.* l. 12. p. 821. K. A. p. 450. (324) Adde *Mel.* l. 1. c. 19.
6) p. 72. *Arriano* autem teſte, Peripl. P. E. p. 15. ἔνθεν εἰς Σινώπην, στάδιοι τεσσαράκοντα.
7) *Argon.* l. 2. v. 948 et ſeq. vbi vide *Schol.*
8) Περιηγ. v. 775 et ſeq. Vide ſis etiam *Euſtath.* ad v. 772. Confer *Val. Flacc.* l. 5. v. 110 et ſeq. et *Scymn.* Fragm. v. 204.
9) L. 12. p. 822. Ea autem de colonia Mileſiorum agit illuſtriſ. *Spanhem.* Numiſm. T. 1. p. 487, 575. T. 2. p. 601.
10) K. A. p. 458. (331.)
11) L. 12. p. 818.
12) L. 1. c. 19.
13) L. 6. c. 2.
14) Peripl. P. E. p. 14.
15) p. 71.
16) p. 34.
17) Fragm. v. 226. Adde *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 938. et *Schol.* ad loc. necnon *Ptolem.* l. 5. c. 1. et *Ammian. Marcell.* l. 22. c. 8.

τινὲς, ὅτι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ παρθένος — τῷ δὲ ποταμῷ Παρθένιον ὄνομα τὸς προσχώρας θέσθαι, ἐπὶ τῷ πάθει τῆς παρθένε. [1] *Valerio* etiam *Flacco* auctore, Parthenius is eſt,

— *ante alios Triuiae qui creditur amnes*
Fidus, et Inopi materna gratior vnda.

[2] Porro autem HERACLEA vrbs erat Graeca, Megarenſium colonia, in Maryandenorum agro ſita. [3] *Ptolemaeo* dicitur Πόντε Ηράκλεια: ſic etiam [4] in nummis vocari ſolet, vt ab aliis eiuſdem nominis vrbibus diſtingueretur. [5] *Plinius* quidem ſcriptum reliquit, Heracleam eſſe oppidum Lyco flumini adpoſitum: minus adcurate, ſi fides vtique [6] *Arriano* ſit habenda. Nam, ἀπὸ Λύκε (verba legis *Arriani*) εἰς Ηράκλειαν, πόλιν Ελληνίδα Δωρικὴν, Μεγαρέων ἄποικον, ςάδιοι εἴκοσι. [7] *Straboni* eſt πόλις εὐλίμενος, καὶ ἄλλως ἀξιόλογος: [8] a quo paulo ante dicitur Μιλησίων κτίσμα: cum tamen Xenophonti, qui Heracleam Μεγαρέων ἄποικον adpellat, haud pauci, iidemque fide digni, adſtipulentur [9] auctores. Quocirca, pro Μιλησίων, legendum Μεγαρέων, apud *Strabonem*, recte cenſuiſſe mihi videntur *Caſaubonus* et *Palmerius*. Caeterum, quae de Heraclea ſimul et CHERRONESO ACHERVSIADE, [10] cuius etiam et Herculis ad Cerberum deſcenſus meminit Xenophon, [11] *Mela* ſcripſit, his libet adiungere: *In eo* (Ponto *ſcil.* Euxino) *primum Mariandyni vrbem habitant, ab Argiuo* (*vt ferunt*) *Hercule datam. Heraclea vocitatur: id famae fidem adiicit. Iuxta ſpecus eſt Acheruſia, ad Manes* (*vt aiunt*) *peruius, atque inde extractum Cerberum exiſtimant.* Haec *Mela;* cuius verba fere [12] *Solinus* exſcripſit. [13] At vero ἔτι ἡ περὶ Ηράκλειαν Αχερουσιὰς καλουμένη, πανταχόθεν ἐκ θαλάσσης ἐξὶν ὑψηλή τε καὶ ἀπόκρημνος, καὶ ἀπονένευκεν εἰς δυσμὰς εἰς τὸ πρὸ τῆς Βιθυνίας πέλαγος· καὶ ὅτι

1) L. 5. v. 104.
2) K. A. p. 458. (331.)
3) L. 5. c. 1.
4) Vide *Harduin.* Numm. Antiq. Illuſtr. p. 194. et *Spanhem.* Numiſm. T. 1. p. 265.
5) N. H. l. 6. c. 1.
6) Peripl. P. E. p. 14.
7) L. 12. p. 817.
8) L. 12. p. 816.
9) *Arriano* adde *Scholiaſt.* ad *Apollon.* l. 2. v. 448. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 261. *Pauſan.* l. 5. c. 26.
10) K. A. p. 458. (331.)
11) L. 1. c. 19.
12) Polyhiſt. c. 43.
13) Verba ſunt *Schol.* et *Apoll.* l. 2. v. 730. et ſeq. Vide ſis etiam *Plin.* N. H. l. 6. c. 1. et *Salmaſ.* Plin. exercit. p. 623. *Ammian. Marcel.* l. 22. c. 8. *Spanhem.* Numiſm. T. 1. p. 263. et ſeq. et *Val. Flac.* l. 4. v. 595. et ſeq. et K. A. p. 458. (331.) n. 2. (ad lin. 11.)

ὅτι προσπίπτον αὐτῇ τὸ κῦμα σφοδρὸς ἀποτελεῖ ἦχος· καὶ περὶ τῶν ἐπ' ἄκρας αὐτῆς πεφυκυιῶν πλατάνων, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ πεδίας· καὶ ὅτι δοκεῖ αὐτόθι κατάβασις εἰς ᾅδου ὑπάρχειν, Νύμφις ἐν τῷ περὶ Ηρακλείας ἀ φησί. [1] Labitur autem ibi per planitiem LYCVS amnis, duo fere plethra latus, [2] qui viginti ſtadiis abeſt ab Heraclea. Eius meminerunt [3] *Arrianus*, [4] *Plinius*, [5] *Ouidius*, [6] *Apollonius*.

[7] Hinc digreſſi partim pedibus, partim nauibus CALPES portum, qui in Thracia reperitur Aſiatica venere Graeci. Huius meminit [8] *Arrianus*, citato Xenophonte; eundem agnoſcit quoque [9] *Plinius*, nec non [10] *Stephanus Byz.* Nomen forſan a fluuio Calpa, de quo [11] *Ptolemaeus*, [12] *Strabo*, et [13] *Marcianus*, accepit. Ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν (verbis [14] *Arriani* vtor) ὁποῖόν τι χωρίον ἐστὶν, καὶ ὁποῖος ὅρμος, καὶ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχρὰ καὶ καθαρὰ ὕδατος, καὶ ὅτι ὕλαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ξύλων ναυπηγησίμων, καὶ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα Ξενοφῶντι τῷ πρεσβυτέρῳ λέλεκται. Sed cum lectu digniſſima ſint ea, quae de portu hoc memoriae prodidit Xenophon, eius loca modo adpellata velim adeas. De THRACIA autem illa, vbi ſitus erat Calpes portus, [15] *Euſtathius* haec: Ὅτι Θρᾷκες οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι, ἀλλὰ καὶ Ασιανοὶ, κατὰ τὴν τῶν Αρριανῶν ἱστορίαν λέγοντος, ὥσπερ Φρύγας καὶ Μυσούς, ἄνω δὴ καὶ Θρᾴκας ἐξ Εὐρώπης διαβῆναι εἰς Ασίαν, μετὰ Πατάρα τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ασίαν κατέτρεχον· ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας οἱ Θρᾷκες ᾤκησαν αὐτοί. Vides, opinor, qua de cauſa THRACES iſti a Xenophonte vocantur etiam [16] BITHYNI. Deinde, haud paucis interiectis, pergit *Euſtathius*: [17] Ηρόδοτος δὲ ἱστορεῖ καὶ ὑπὸ τῷ Κροίσῳ Θρᾷκας εἶναί τινας, λέγων ὅτι ὁ Κροῖσος κατεχρέψατο Χάλυβας, Παφλαγόνας, Θρᾷκας, Θυνοὺς, Βιθυνοὺς, καὶ

1) K. A. p. 459. (332.)
2) *Arrian.* Peripl. P. E. p. 14.
3) Loco cit.
4) N. H. l. 6. c. 1.
5) L. 4. ex Ponto, el. 10. v. 47.
6) L. 2. v. 726. vbi *Schol.* Λύκος, ποταμὸς δμώνυμος τῷ βασιλεῖ· ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Μαριανδυνῶν χώρας. Adde ſis *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 787.
7) K. A. p. 464. (336.) 467. (339.) 473. (344.) et ſeq.
8) Peripl. P. E. p. 3 et 13. confer K. A. p. 483. (351, 352.)
9) N. H. l. 6. c. 1.
10) In v. Κάλπαι.
11) L. 5. c. 1.
12) L. 12. p. 818. vbi pro Χάλπας ex *Ptolemaei* loco cit. et *Marciani* p. 69. reſcribendum Κάλπας.
13) Loco cit.
14) Peripl. P. E. p. 13.
15) Ad *Dionyſ.* v. 322.
16) K. A. p. 474. (345.) vbi vide not. coll. cum p. 466. (338.) 467. (339.) 496. (361.) 512. (374.)
17) Reſpicit *Herodot.* l. 1. c. 28. Adde eiuſd. l. 3. c. 90. et l. 7. c. 75.

τὰ ἑξῆς. Καὶ Ξενοφῶν δὲ οἶδεν Ασιανήν τινα Θρᾴκην, ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου, μέχρις Ηρακλείας, ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσπλέοντι. [1] *Arrianus* etiam iſtorum Thracum Bithynorum meminit. [2] Idem haec alibi: Μέχρι τοῦδε (i. e. vſque ad Parthenium amnem, [3] de quo ſupra) Θρᾷκες οἱ Βιθυνοὶ νέμονται, ὧν καὶ Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ασίαν, καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ελλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν, [4] ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ Αρκάδες ἀπό τε τῆς Χειρισόφου καὶ τῆς Ξενοφῶντος μερίδος. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἤδη Παφλαγονία.

[5] Itinere per Thraciam Aſiaticam ſeu Bithynorum agrum facto, ad Chryſopolin ſexto demum die ventum eſt. CHRYSOPOLIS autem erat oppidum Chalcedoniae; [6] vltra Chalcedona ſeptentrionem verſus, e regione Byzantii, in Bithynia poſitum: ita dictum, ex nonnullorum ſententia, [7] quod ibi Perſae τὸ χρυσὸν ἀπὸ τῶν πόλεων πορσιάντος ἀθροισμὸν fecerunt; plures autem ἀπὸ Χρυσοῦ, vel Χρύσης, παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Αγαμέμνονος, nomen deducunt.

[8] Mox in BYZANTIVM, [9] vrbem in Boſporo ſatis notam, traiiciunt Graeci. [10] Deinde profecti ſunt ad PERINTHVM, [11] vrbem cum portu in Propontide ſitam, latitudine CC. paſſuum, continenti adnexam; quam *Heracleam*, auctore [12] *Marcellino*, poſteritas dixit; quamque adeo, eodem [13] *Marcellino* teſte, Hercules conditam Perinthi comitis ſui memoriae dedicauit. [14] *Stephanus* autem Perinthum, non ab Herculis comite, ſed a Perintho Epidaurio, qui cum Oreſte militauerat, accepiſſe nomen perhibet.

[1] Poſtea

1) De exped. l. 1. extremo: adde *Strab.* l. 12. p. 816.
2) Peripl. P.E. p. 14.
3) Differt. p. 18. (p. 31.)
4) Reſpicit ea, quae exſtant K. A. p. 462-466, 467. (334-339.)
5) K. A. p. 512. (374 fin. 375.) et ſeq.
6) *Plin.* N. H. l. 5. c. vlt. *Steph. Byz.* *Amm. Marcell.* l. 22. c. 8. et *Diodor. Sic.* l. 14. p. 261.
7) Etymol. m. et *Steph. Byz.*
8) K. A. p. 516. (378.)
9) *Mel.* l. 2. c. 2. *Plin.* N. H. l. 4. c. 11. *Arrian.* Peripl. P.E. p. 12, 25. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 803. *Stephan. Byz.* *Strab.* l. 7. p. 492. et ſeq. *Amm. Marcell.* l. 22. c. 8. *Ptolem.* l. 3. c. 11.
10) K. A. p. 531. (390.) et ſeq.
11) *Plin.* N. H. l. 4. c. 11. *Mel.* l. 2. c. 2. *Scylac.* p. 28. *Scymn.* v. 714.
12) L. 27. c. 4. Adde *Antonini* Itin. p. 323. et quae ibi notauit Cl. *Weſſ.* et *Ptolem.* l. 3. c. 11.
13) L. 22. c. 8.
14) In voce.

[1]Poſtea Seuthae, ([2]is vtique erat Thracum in Europa ſitorum praefectus) qui ſibi imperium in [3]Melandeptas, et Thynos, et Thranipſas, olim patris ipſius imperio ſubiectos, vindicabat, adiunxere ſe Graeci. Iamque ſuſcepto bello aduerſus Thracas illos, ſupra Byzantium ſitos, [4]aliis atque aliis nominibus diſtinctos, [5]ad locum, qui DELTA adpellatur, penetrarunt. Id autem nominis locis pluribus (forſan ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος, quae [6]*Stephani* Byz. verba ſunt) inditum fuiſſe docent [7]*Plinius*, [8]*Stephanus* et [9]*Strabo*. His addendus *Euſtathius*, cuius [10]apud ὑπομνήματα leguntur haec: Ιξέον δὲ ὅτι ὁ Ξενοφῶν ἱστορεῖ καὶ τῆς Θρᾴκης τόπον εἶναί τινα Δέλτα καλούμενον.

Caeterum ab itinere Graecorum iam paulum ad loca, quorum etiam meminit [11]Xenophon, Biſanthen, Ganum, Nouum Caſtellum ſeu Murum digrediendum eſt. BISANTHE dicta et Βαίδεξον, auctore [12]*Ptolemaeo*, prope mare ſita erat, [13]in Thracia. Erraſſe autem *Stephanum*, qui eam in Macedonia poſuit, auctores infra citati demonſtrant, atque Cl. etiam [14]*Holſtenius* olim monuit. [15]Apud Plinium ſimul reperiuntur *Cypſella, Biſanthe, Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem ſinum inter duo maria porrectus murus procurrentem excludit Cherroneſum.* Haec parum, opinor, accepit [16]*Surita*; quippe qui putauerit *Biſanthen* a Plinio *Macrontichos* eſſe dictam. Verum ea, tanquam loca diuerſa, recenſent [17]*Ptolemaeus*

1) K. A. p. 541. (398.) et ſeq.
2) Ibid. p. 616. (462.)
3) Doctiſſ. *Holſten* in *Steph.* Byz. pro ΜΕΛΑΝΔΙΑ, χώρα Σικυωνίας, ex MSS. reponendum cenſuit — Σιδωνίας: quomodo vocatur *Thraciae* regio apud *Herodot.* l. 7. c. 122. Cum autem τὰ ἐθνικὰ ſint Μελάνδιος, καὶ Μελάνδια, idem *Holſten.* apud Xenophontem, loc. cit. Μελανδίπται in Μελανδίται mutandum putauit. Hanc ſane ſcripturam, quam maluit *Holſten.* exhibent MSS. Eton. et reg. Pariſ. Mihi tamen regio, de qua *Steph.* minus huc conuenire videtur.
4) *Herodot.* l. 5. c. 3. de Thracibus ſcriptum reliquit, ἔνθνεα δὲ πολλὰ ἔχουσι κατὰ χώρας ἕκαστοι. Add. *Mel.* l. 2. c. 2.
5) K. A. p. 568. (421.)
6) In v. Δέλτα.
7) N. H. l. 3. c. 16.
8) Loc. cit.
9) L. 15. p. 1026.
10) In *Dionyſ.* v. 242.
11) p. 569. (422.)
12) L. 3. c. 11.
13) *Plutarch.* in Alcibiade p. 211. edit. Pariſ. *Herodotus* l. 7. c. 137. eam in Helleſponto; *Ptolemaeus*, loco cit. in Propontide collocat. Adde *Mel.* l. 2. c. 2.
14) Not. et Caſtigat. in *Steph.* p. 68.
15) N. H. l. 4. c. 11.
16) Ad Antonini Itin. p. 176. edit. *Weſſ.*
17) L. 3. c. 11.

lemaeus et [1] *Mela*. Quin plura τείχεα hic loci exſtitiſſe ſcribit etiam [2] *Herodotus*.

Huic proximus eſt GANVS, quem oppidis quoque Thraciae [3] *Scylax* adnumerat, et fuiſſe ſcribit [4] *Plinius*. Ibidem *νέον τεῖχος*, quod, [5] *Plinium* imitatus, *Nouum Tichos* dixeris. Huius etiam meminit [6] *Scylax*. Vtrum autem vocem τεῖχος verteris *caſtellum* an *murum*, haud multum intereſt; cum et [7] *murus* denotet *arcem*, *propugnaculum*.

Iam vero ad Graecos, per [8] Thracum MELINOPHAGORVM agrum Salmydeſſon vſque progreſſos, redeamus. De SALMYDESSO nonnihil variare videntur auctores. [9] *Melae* vrbs erat HALMYDESSOS: eadem apud [10] *Plinium* quoque nominis reperitur ſcriptura. [11] *Ptolemaeo* dicitur Αλμυδισσὸς αἰγιαλός. Eſt et Σαλμυδησσὸς, inquit [12] *Lycophronis* interpres, ποταμὸς Θράκης, εἰσβάλλων εις τὸν Εὔξεινον Πόντον. A *Stephano* ſcribitur Σαλμυδήσσὸς κόλπος τῦ Πόντυ. [13] Apud *Scymnum* inuenitur αἰγιαλός τις Σαλμυδησσὸς λεγόμενος.

ΕΦ' ἑπτακόσια ςάδια, τεναγώδης ἄγαν
Καὶ δυσπρόσορμος ἁλίμενός τε παντελῶς,
Παρατέτατται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρώτατος τόπος.

Cum his velim ea conferas, quae de eodem loco memoriae prodidit [14] Xenophon. Ἀπὸ δὲ Θυνιάδος ([15] *Arriani* verba legis) εἰς Σαλμυδησσὸν, ςάδιοι διακόσιοι· τέτυ τῦ χωρίυ μνήμην πεποίηται Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος. Sed de nomine et natura loci, vt vt variant exempla, inter ſe auctores reuera conſentiunt: nam et vrbis, inquit doctiſ. [16] *Cellarius*, et litoris et ſinus commune nomen fuit: vrbe exciſa, litoris et ſinus nomen apud ſcriptores poſterioris aeui manſit.

[1] Mox

1) L. 2. c. 2.
2) L. 6. c. 33.
3) p. 28.
4) N. H. l. 4. c. 11.
5) Loc. cit.
6) p. 28.
7) Vide ſis quae doctiſ. *Weſſel.* ſcripſit ad *Anton.* Itiner. p. 446. et ad *Hierocl.* p. 681.
8) K. A. p. 571. (424.) Vide ſis etiam de nomine p. praeced.
9) L. 2. c. 2.
10) N. H. l. 4. c. 11.
11) L. 3. c. 11.
12) Ad *Alex.* v. 186.
13) v. 723. et ſeq. vbi vide annotat. *Hudſon.*
14) K. A. p. 571. (424.)
15) Peripl. P. E. extr. vbi lege ſis, quae ex Xenophonte deſumſit. Adde Auctor. anonym. Peripl. P. E. p. 15. *Strab.* l. 1. p. 86. *Herodot.* l. 4. c. 93. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 265.
16) Geogr. Ant. l. 2. c. 15.

[1]Mox lectori occurrit SELYMBRIA; quae [2]*Ptolemaco* Σηλυβρία vocata est, et in Propontide collocata. [3]*Scymno* auctore, — ἐχομένη (*scil.* finitima Perintho) ἡ Σηλυμβρία,

Ην οἱ Μεγαρεῖς κτίζεσι πρὸν Βυζαντίοις.

In Propontide, ait [4]*Mela*, SELYMBRIA, *Perinthus* — similiter [5]*Plinius*. [6]*Scylaci* Σηλυμβρία est πόλις καὶ λιμήν.

Graeci, [7]data commeatui parando prius opera, [8]navigiis in Lampsacum transierunt. LAMPSACVS a [9]*Ptolemaeo* in Propontide Mysiae, quae in Hellesponto est, [10]a *Scylace* in Phrygia, collocatur. [11]*Et Hellespontus*, (quae sunt Plinii verba) *septem stadiis Europam ab Asia diuidens, quatuor inter se contrarias vrbes habet; in Europa, Callipolin et Sestos: et in Asia* Lampsacum *et Abydon.* LAMPSACVS autem ([12]*Melae* modo si creduli simus) *Phocaeis adpellantibus, nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, vbi primum fulsisset, ibi sedem capesserent.* His similia repraesentat auctor Etymol. m: dissimilia *Stephanus*, cui Λάμψακος πόλις est, κατὰ τὴν Προποντίδα, ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης. Ἐσι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη — Cum hoc autem de nominis origine consentiunt [13]*Polyaenus* et [14]*Plutarchus;* a quibus adducta est etiam causa, cur puellae nomen vrbi fuit impositum. Lampsaco proximum est [15]OPHRYNIVM; in quo, auctore [16]*Strabone*, erat τὸ τῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν περιφανεῖ τόπῳ. Ab eodem, atque etiam [17]*Herodoto*, prope Dardanum ponitur OPHRYNIVM.

[18]Hinc per TROIAM profecti sunt Graeci, et superata Ida, primo ad Antandrum perueniunt; deinde itinere Lydiae propter mare facto, ad Thebes campum.

1) K. A. p. 572. (425.)
2) L. 3. c. 11.
3) v. 714 et seq.
4) L. 2. c. 2.
5) N. H. l. 4. c. 11. His adde K. A. p. 538. (396.) n. 2. (ad lin. 11.)
6) p. 28. Vide sis etiam Xen. *Hist. Gr.* l. 1. p. 256. edit. Steph. (p. 21.) *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8.
7) K. A. p. 589. (440.)
8) K. A. p. 607. (456.)
9) L. 5. c. 2.
10) p. 35.
11) N. H. l. 4. c. 11.
12) L. 1. c. 19. vbi vide n. 6. Cl. *Gronou.*
13) L. 8. c. 38.
14) Γυναικ. ἀρετ. p. 255. Adde *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8.
15) K. A. p. 608. (457.)
16) L. 13. p. 889.
17) L. 7. c. 43. vbi scribitur Οφρύνιον.
18) K. A. p. 609. (457.)

Pro ΤΡΟΙΑΣ autem, quae in vulgatis comparet libris, MSS. Eton. et reg. Pariſ. exhibent ΤΡΩΑΔΟΣ. Verum, ſiue vrbem, quae fuit, intellexeris, ſiue regionem ei vicinam, ſcriptura recepta loco minime mouenda eſt. [1]Nam illa tota regio proprie TROIA dicitur; *Ilium*, princeps in eadem vrbs — ἀγλαὸν ἄςυ παλαιγενέων ἡρώων. Adpoſite ad hanc rem declarandam etiam [2]*Strabo* ſcripſit: Ἐκ δὴ τῶν ὑπὸ τᾶ ποιητᾶ λεγομένων, εἰκάζσιν οἱ Φρεντίσαντες περὶ τάτα πλέον τι πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτην ὑπὸ τοῖς Τρωσὶ γεγονέναι, διηρμένην μὲν εἰς δυναςείας ἐννέα, ὑπὸ δὲ τᾷ Πριάμω τεταγμένην κατὰ τὸν Ιλιακὸν πολεμὸν, χᾳ λεγομένην ΤΡΟΙΑΝ.

Caeterum, IDA, [3]mons TROIAE, (Myſiae etiam ex mente [4]*Melae* Aeolidiſue) *vetere diuarum certamine, et iudicio Paridis memoratus, orientem ſolem, aliter quam in aliis terris ſolet adſpici, oſtentat. Namque* et caetera, apud [5]auctorem legenda. [6]*Is autem mons primo paruis vrbibus adſperſus eſt, — Gremio interiore campus THEBE nomine; ADRAMYTTION, Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adiacentia, continet; in altero latere ANTANDRVM. Duplex cauſa nominis iactatur. Alii Aſcanium, Aeneae filium, cum ibi regnaret, captum a Pelaſgis, ea ſe redemiſſe commemorant: alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula vis et ſeditio exegerat. Hi ANTANDRVM, quaſi pro* Andro, *illi quaſi pro* viro, *accipi volunt.* At vero ANTANDROS πόλις (ſic vtique *Stephanus*) ὑπὸ τὴν Ιδην τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος, ἀπὸ Αντάνδρα τᾶ ςρατηγᾶ Αἰολέων. Sed, quod et de aliis plerumque oppidorum nominibus dici poteſt,

[7]*Nominis in dubio cauſa eſt: —*

Porro, [8]ἀπὸ Αντάνδρα χᾳ τῆς Ινδίσης τὸ κάτω ἦν πρότερον μὲν δι' αὐτὴν ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ ΛΥΔΙΑ.

1) Vide K. A. p. 609. (457.) n. 2. (ad lin. penult.)

2) L. 13. p. 875. Adde *Steph.* in v. Ἰδη.

3) *Steph.* Byz.

4) L. 1. c. 18.

5) *Mel.* l. 1. c. 18. extr. adde *Plin.* N. H. l. 5. c. 30. et *Strab.* l. 13. p. 873.

6) *Mel.* loco cit. Adde *Virgil.* Aen. l. 3. v. 6.

7) *Ouid.* Faſt. l. 3. v. 839.

8) *Scylac.* p. 36. Locus eſt corruptiſſimus, atque ita forſan emendandus: Ἀπὸ Αντάνδρα καὶ τῆς Ιδης, εἰς τὸ κάτω, ἦν πρότερον μὲν δὴ αὕτη ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ Λυδία. Vide ſis etiam *Voſſ.* et *Palmer.* ad loc.

ΛΥΔΙΑ. Hinc illud MARE LYDIAE, cuius meminit [1]Xenophon. Huc faciunt etiam verba [2]*Strabonis* haec: Τὸ δὲ ΘΗΒΗΣ ΠΕΘΙΟΝ Λυδοὶ ſcil. ἐπῴκησαν. Itaque nihil eſt quod ex mente *Leunclauii*, vt ei fauent MSS. Eton. et reg. Pariſ. pro τῆς Λυδίας ſcribamus τῆς Ασίας. In eodem etiam hoc tractu THEBEN eiuſque campum, πλησίον Τροίας, agnoſcunt, praeter [3]*Melam* et [4]*Strabonem* ſupra modo citatos, [5]*Stephanus*, [6]*Herodotus*, [7]*Plinius*.

[8]Inde per Aramyttium et Certonium, a quibus haud procul erat Atarne, ad Caïci campum, mox et Pergamum profecti ſunt Graeci: ΑΔΡΑΜΥΤΤΕΙΟΝ δὲ (ſic vtique apud *Stephanum* et [9]*Herodotum* ſcribitur) eſt πόλις τῆς κατὰ Κάϊκον Μυσίας· ἡ γραφὴ διχῶς, (inquit *Steph.*) διὰ τοῦ τ, καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο· ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ διφθογγον, καὶ διὰ δύο, τῷ ι μόνως. Apud [10]*Scylacem* reperitur Αδραμύτιον: apud [11]*Strabonem*, Ατραμύτιον. In Phrygia maiore [12]*Ptolemaeus* collocat Αδραμύτιον. Huic proximum eſt CERTONIVM, quod apud [13]*Herodotum* Καρήνη adpellari videtur. Sic autem ille de Xerxis exercitu. Ἐποιέετο δὲ τὴν ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίης ὁ στρατὸς ἐπί τε ποταμὸν Κάϊκον καὶ τὴν γῆν Μυσίην· ἀπὸ δὲ Καΐκου ὁρμεώμενος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ τοῦ Αταρνέος ἐς Καρήνην, πόλιν. Situm eundem, qui in Xenophonteam narrationem ſatis conuenit, obtinet etiam apud [14]*Plinium* CARENE; quam iuxta *Atarneam* poſuit. ATARNEVS autem ([15]nam alio atque alio modo ſcribitur) eſt, auctore *Stephano*, πόλις μεταξὺ

1) K. A. p. 609. (458.)
2) L. 13. p. 877.
3) L. 1. c. 18.
4) L. 13. p. 877, 879.
5) In v.
6) L. 7. c. 42.
7) N. H. l. 5. c. 30. adde *Liu.* l. 37. c. 19.
8) K. A. p. 609. (458.)
9) L. 7. c. 42.
10) p. 36.
11) L. 13. p. 872.
12) L. 5. c. 2. adde *Mel.* l. 1. c. 18. *Plin.* N. H. l. 5. c. 3. a quo *Adramytteos* dicitur; a *Liuio* l. 37. c. 19. *Adramytteum*.
13) L. 7. c. 42. vbi adfertur etiam ex MSto Κάρνη: *Stephanus* autem exhibet Καρήνη, citato *Herodoto*, in v.
14) N. H. l. 5. c. 30. Caeterum, *Stephanus* ex Theopompo adfert vrbem, nomine Κυτώνιον, μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας: quam, cum eius ſcriptura minus a Xenophonteo Κερτονίῳ diſcedat, forſan hic aliquis libentius intellexerit.
15) *Stephano* eſt Ατάρνα: *Strabo-ni*, l. 13. p. 872 et 904. *Herodot.* l. 7. c. 42. *Scylaci* p. 37. *Ariſtoteli* Πολιτ. l. 2. c. 7. *Iſocrati* Panegyr. p. 70. edit. *Steph.* et Noſtro *Hiſt. Gr.* l. 3. Ατάρνεύς: *Plinio*, loc. cit. *Atarnea*, in caſu recto.

Μυσίας. καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβε. Porro, CAICI campus ille Myſorum erat, [1]*Herodoto* teſte: cui accedit [2]*Strabo*: Ἡ δὲ Μυσία, inquit, κατὰ τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπηνῆς ἐπὶ τὴν Περγαμηνὴν καθήκει, καὶ τὸ Καΐκου λεγόμενον πεδίον. Graecos hinc profectos excepit [3]PERGAMVM, oppidum longe clariſſimum; quod Myſiae tribuendum docet [4]*Plinius*: cuius plura verba, iis etiam quae infra ſcripſit [5]Xenophon illuſtrandis apta, libet adferre: *Supra Aeolida*, inquit, *et partem Troadis, in mediterraneo eſt, quae vocatur TEVTHRANIA, quam Myſi antiquitus tenuere. Ibi CAICVS amnis iam dictus oritur. Gens ampla per ſe, etiam cum totum Myſia adpellaretur.* In ea — [6]*HALISERNE — PARTHENIVM — APOLLONIA, longeque clariſſimum Aſiae PERGAMVM* — — [7]Mox deinde Xenophon copias ad PARTHENIVM vſque oppidum ducebat; ibique capto Aſidate, Pergamum cum ſuis reuerſus eſt. [8]Parthenii ſupra meminerat Xenophon; idem etiam in eodem hoc tractu a [9]*Plinio* collocatum vides. Quare, pro ὑπὸ τὸ Παρθενικὸν πόλισμα, quae in libris editis comparere ſolent, ὑπὸ τὸ Παρθένιον πόλισμα, MSti regii Pariſienſis auctoritate nixus, reponi tandem debere cenſeo.

[10]Iam vero Thymbroni Lacedaemonio, bellum in Tiſſaphernem et Pharnabazum intendenti, Graeci reduces ſeſe adiunxerunt: atque ita demum finita eſt expeditio, in quam Cyrus eos eduxerat; quamque, illo mortuo, menſibus quindecim, auctore potiſſimum et duce Xenophonte, confecerunt.

En

1) L. 6. c. 28.
2) L. 12. p. 863.
3) K. A. p. 609. (458.)
4) *Plin.* N. H. l. 5. c. 30. Adde *Strab.* l. 13. p. 924. Scribitur autem et Πέργαμον et Πέργαμος. In Phrygia maiore a *Ptolemaeo*, l. 5. c. 2. collocatur Πέργαμος. Tu vide ſis Diſſertat. huius p. 10. n. 3. et K. A. p. 609. (453. ad lin. 3.) n. 4. vbi pro τῆς Ασίας lege τῆς Αυδίας: ſic enim edit. *Ald. Flor. Steph. Leuncl.* In vno tantum exemplari inueni τῆς Ασίας. At lectionem, quam auctori reſtitui, ſcil. τῆς Μυσίας, MSS. reg. Pariſ. et Eton. exhibent. Confer. *Spanhem.* Numiſm. T. I. p. 623.
5) K. A. p. 612. (460.) et ſeq.
6) Scribitur et Αλίσαρνα apud *Stephan.* cum ſpiritu leni; cum aſpero, apud Xenoph. Hiſt. Gr. l. 3. haud longe ab initio, Αλισαρνία: apud *Strab.* l. 14. p. 971. Αλίσαρνα. Adde *Mel.* l. 1. c. 18. *Scylac.* p. 36 et ſeq. *Strab.* l. 13. p. 915. *Ptolem.* l. 5. c. 2. *Herodot.* l. 7. c. 42. *Steph.* in v. Τευθρανία.
7) K. A. p. 614. (461.)
8) p. 613. (460.)
9) Loco cit.
10) K. A. p. 615. (462.)

En autem itineris totius menſura, ipſe quam hiſtoriae ſubtexuit [1]Xenophon —

Paraſangae — 1150.
Stadia — — 34255.

At vero ſi dederis, vt [2]alias, paraſangis ſingulis ſtadia triginta, videbis illico ſtadiorum augendum eſſe numerum; atque adeo ex —

Paraſangis — 1150 elicienda eſſe
Stadia — — 34500.

Ad conciliandas iſtas inter ſe menſuras adiumenti nihil ſubminiſtrant libri manu exarati: [3]imo vero minuendo ſtadiorum numero diſſidium earum augere videntur. Itaque tentare libet an, mutata ſcriptura loci, nodus expediri poſſit: a MSto nimirum Etonenſi cum abſit plane *διακόσια*, vera lectio in *πεντήκοντα πέντε* latere, atque adeo locus ita legi debere, videatur, *στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, πεντακόσια*. Sic vtique ſtadiorum is exorietur numerus, quem dictae modo paraſangae poſtulant. Attamen, quod diſſimulandum non eſt, ſi reſpexeris collegeriſque paraſangas [4]ſupra memoratas, *ſcil.*

Ab *Epheſo* ad locum, vbi pugnatum erat 535.
A pugnae loco ad *Cotyora* — 620.

Graecis confectas, pro paraſangis illis 1150, quarum Ἀναβάσει extrema reperitur mentio, ſeſe tibi exhibebunt 1155. Quamobrem numeri forſan ita demum ſunt in integrum reſtituendi — *παρασάγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα πέντε, στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, ἑξακόσια πεντήκοντα*. Haud ita praeceps hoc, loco quod a menſurarum iſtarum inter ſe diſcordia laboranti oblatum eſt, remedium, opinor, habebitur, animo ſi quis ſecum cogitauerit, [5]id duarum tantum literarum commutatione, et [6]vocis vnius translatione, niti. Me quidem minime fugit, menſuras itinerum, apud antiquitatis monumenta paſſim, pro varietate temporum regionumque, variare. Sed inde nullum ſane lectioni

1) K. A. p. 616. (463.)
2) Diſſert. p. 16. (29.)
3) Quippe MS. Eton. pro *στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, διακόσια πεντήκοντα πέντε*, repraeſentat *στάδια μύρια τετρακισχίλια, πεντήκοντα πέντε*: MS. reg. Pariſ. itidem — *στάδια μύρια* etc. libris editis congruenter.
4) Diſſertat. p. 9 et 16. (18 et 29.)
5) Scil. *διακόσια* in *ἑξακόσια*.
6) Scil. *πέντε*, quae ſtadiis ſubnecti ſolet, ad paraſangarum numerum.

lectioni vulgatae praesidium adferri potest; cum vis mensurarum nominibus eadem vbique, apud eundem vtique auctorem, (ipse nisi moneat, vt aliter ea atque aliter subinde accipias) tribuenda videatur. Iam vero Xenophonteis parasangis (vti ex collatis inter se nominibus numerisque, [2] supra adductis, constat) stadia contineri solent triginta: proinde, quo numeri inter se cohaereant apte, sic tandem subducendi videntur —

Ab Epheso ad Cotyora { *parasangae* 1155 / *stadia* — 34650: ex scriptura

scilicet, quam auctori restituendam putaui. Verum de illa tuo vtere iudicio: nihil enim impedio.

Quamuis autem tibi dubia forsan adhuc et impedita, [3] tum tempus in itinere conficiendo consumptum, tum iter ipsum et loca peragrata, quaedam obiecerint, id tamen nullo negotio perspicies, auctorem vtique tuae passim consuluisse delectationi simul et vtilitati. [4] De Regionibus certe, vrbibus, vicis, fluuiis, iniecta subinde mentione adcurata, facinorum ita distinxit historiam, vt lectionis taedium vsque fallat leuetue, suaui varietate suam orationem ornet, perutili rerum cognitione lectoris animum pascat perfundatque.

1) p. 9 et 16. (18 et 29.)

2) Quae milliarium nostrorum, plus minus, efficient 4331.

3) Vide sis quae viri eruditi. *Dupin.* Biblioth. vniuers. Histor. c. 29. *Delisle* dissertat. saepius laudat. et *Rollin.* Histor. Antiq. T. 4. c. 2. sect. 6. scripsere.

4) *Aristid.* T. 2. p. 511. Κάλλη δὲ προσλαμβάνει ὁ λόγος ἀφελὼς καὶ ἐκ τόπων, ἐν ὅτῳ τύχῃ, καὶ ἐξ ἄλλων τῶν παρακολουθούντων· οἷον, ὅταν πόλιν λέγῃ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα· ὅταν ποταμὸν ἢ ὄθον βοῦ, ἢ ὅσον τὸ εὖρος, ἀεὶ τὰ τοιαῦτα κάλλος προτίθησι τῷ λόγῳ.

SERIES

SERIES
REGVM PERSICORVM
a Cyro Cambyſis F. ad Artaxerxis Mnemonis vſque tempora deducta

Iuxta Calculum *Th. Hutchinſoni.*

I. CYRVS ſeptuagenarius vita functus eſt, poſtquam Perſici et Medici exercitus imperator declaratus eſt 30 annis; poſt captam Babylonem 9; poſt initam monarchiam 7, cum menſe vno aut altero. Anni autem illi nouem, ducto ſcilicet ab anno mundi 3466 initio, deſinunt in annum mundi 3475; ante Chriſtum 525, ante aeram vulgarem 529.

II. CAMBYSES, qui in Cyri patris imperium ſucceſſit, annos regnauit 7, cum menſibus 5. His ſi ſeptem illos menſes, quos, Cambyſe mortuo, in imperio exegit ſiue Smerdis, ſiue Magus quidam Smerdin mentitus, exorientur anni 8, qui in canone Aſtronomico Cambyſi tribuuntur. Obiit anno mundi 3482, ante Chriſtum 518, ante aeram vulgarem 522.

III. DARIVS *Hyſtaſpis* f. imperium deinde adeptus, illud annis adminiſtrauit 36, *ſcil.* ab anno mundi 3482, ad eius annum 3519; ante Chriſtum 481, ante aeram vulgarem 485. Hoc mortuo.

IV. XERXES I. rerum potitus, regnauit annos 12: *ſcil.* ab anno mundi 3519, ad eius annum 3531; ante

ante Chriſtum 469, ante aeram vulgarem 473. Ei fraude Artabani occiſo ſuccedit.

V. ARTAXERXES μακρόχειρ nominatus; cuius regno dantur anni 48; inito *ſcil.* anno mundi 3531; finito 3579: ante Chriſtum 421, ante aeram vulgarem 425. Hoc mortuo.

VI. XERXES II ad vnum duntaxat annum imperio potitus eſt. At SOGDIANO, qui SECVNDIANVS etiam dictus eſt, fratri eius et interfectori fuit imperium, non vltra ſex ſeptemue menſes productum. Necatus ſiquidem eſt ab OCHO fratre, qui poſtea, dictus etiam.

VII. DARIVS II ſiue NOTHVS regnauit annos 19: *ſcil.* ab anno mundi 3581, ad annum 3600; ante Chriſtum 400, ante aeram vulgarem 361. Dario autem morienti ſuccedit.

VIII. ARTAXERXES II ſiue MNEMON, aduerſus quem bellum comparauit frater eius minor natu Cyrus; Regnauit ARTAXERXES hic annos 43; *ſcil.* ab anno mundi 3600 ad annum 3643; ante Chriſtum 357, ante aeram vulgarem 361.

SERIES CHRONOLOGICA
IMPERATORVM PERSICORVM

ad Xenophontis hiſtoriam ſpectantium.

Iuxta Calculum *Dodwellianum*.

EX EDITIONE WELLSIANA.

	Ante Chr. *Epoch. Vulg.*
Cyrus Cambyſis Perſarum Regis filius (cuius de Inſtitutione Xenophon ſcripſit Libros Octo, *Ol.* 55. 1. ante *Chr.* Epoch. vulg. 560.) Croeſum et Sardes cepit (*lib.* VII. *Inſtit. cap.* 2.) [1] *Ol.* 58. 1. *hoc eſt*, ante *Chr.* Epoch. vulg.	548.
Babylonem cepit, adeoque totius Aſiae imperium obtinuit.	[2] 539.
Poſt Captam Babylonem regnauit ann. 9. ideoque in vniuerſum 30.	
Cambyſes Cyri filius natu maior patri mortuo ſuccedit. *lib.* VIII. *Inſtit. p.* 544.	[3] 530.
Darius Hyſtaſpis (cui Cyrus Gobryae filiam vxorem dedit. *Inſt. lib.* VIII. *cap.* 4. *ſect.* 11, 12.) filius, poſt Cambyſem imperio Perſarum potitus eſt.	[4] 522.
Xerxes Darii filius regnare coepit.	[5] 486.
Artaxerxes Xerxis filius, cognomine Longimanus, regnare coepit.	[6] 465.
Hoc regnante (*viz.* Artaxerxe) Bellum Peloponneſiacum coepit.	[7] 431.
Darius, cognomento Nothus, (et Artaxerxis Cyrique cognomine iunioris pater. *lib.* I. *cap.* 1. §. 1. Ανάβ.) regnare coepit.	[8] 424.
Artaxerxes, cognomine Mnemon, patri defuncto ſuccedit, *lib.* I. *cap.* 1. §. 3. Ανάβ.	[9] 405.

Cyrus

1) Vide *Marſham.* ſed 59. 1. *Petau.* Ego *Marſhamo* potius aſſentior.
2) Poſt Ian. 5. *Thoth.* anni *Nab.* 209.
3) Poſt *Thoth* anni *Nab.* 218. Ianuar. 3.
4) Addend. ad Diſſert. *Dodwellianam* de Cycl. pag. 906.
5) Annal. *Thucyd.* pag. 44.
6) Annal. *Thucyd.* Ante - *Pelop.* p. 78 etc.
7) Vide Annal. *Thucyd.* p. 118.
8) Vide Ann. bell. *Pelop.* VII. et XX.
9) Ante Dec. 2. *Thoth* ann. *Nab.* 344. vide *Petau.* Doct. Temp. X. 29.

Cyrus copias ducit aduerſus fratrem Artaxerxem in Aſiam ſuperiorem. *lib.* I. *cap.* 2. Ava. } [1] 401.

Ochus Artaxerxi mortuo ſuccedit. [2] 359.

Xenophon [3] mortem obiit ann. 359. vel ſuperiori *Olymp.* 105. 1. *Laërt.*

1) Vide Chronol. Xenoph. p. 13.

2) Poſt Nou. 21. *Thoth* anni *Nab.* 389. anno Iulian. ſup. e Canone Aſtronomic.

3) Vide plura in Apparatu *Dodwelliano* ad Annal. *Thucyd.*

ERRATA.

Pag. 5. lin. 10. lege συμβιβαζόντε. p. 39. l. 1. ἀς. p. 49. l. 1. ἐξοπλισίᾳ. p. 87. l. 11. poſt δυναμένη comma ſuo loco ponendum. p. 115. l. 14. lege ἐξελεγχθῆναι. p. 196. l. 7. ἅπασι. p. 218. l. 6. ἀργυιά. p. 220. l. 2. τὸν κωμάρχην. p. 332. in nota deleatur: *poſt.* p. 349. vlt. lege ἐπὶ. p. 553. l. 4. Εἰς. p. 588. l. 12. ἀχ ἱκανὴ. p. 590. l. 15. ἐξευρεῖν. p. 607. lin. 13. προσίφιεσι. p. 620. lin. 7. comma poſt δέξασα deleatur.


51
61
42
41
40
39
38
37
36
35
34
33
52
62
PO
STAO-CHE
APHL
NI
Halys
IA
NFE
YCAONIA
RTA
ENIÆ
CILICU
IUM M
O R
YPRUS
DESERTA
MEDIA
NEUM
Babylon
ONIA

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΚΥΡΟΥ [a] ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ,
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.
ΚΕΦ. α'.

Δαρείῳ [b] καὶ Παρυσάτιδος γίγνονται παῖδες δύο· πρεσβύτερος μὲν [c] Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. ἐπεὶ δὲ ἠῤῥένει Δαρεῖος, καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἐβούλετο τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι.

β'. Ὁ μὲν οὖν πρεσβύτερος παρὼν ἐτύγχανε· Κῦρον δὲ μετεπέμπετο [d] ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησε, καὶ

XENOPHONTIS
DE CYRI EXPEDITIONE
HISTORIARVM,
LIBER PRIMVS.
CAP. I.

Darii et Paryſatidis filii duo fuere: quorum natu maior Artaxerxes, minor Cyrus erat. Quum autem Darius aeger. vitae ſibi finem adeſſe ſuſpicaretur, filium vtrumque ad ſe venire voluit.

2. Ac maior quidem natu forte tunc aderat; Cyrum arceſſit a praefectura, quam ei cum ſatrapae titulo conceſſerat; ſed

a) Expeditio haec a Xenophonte nuncupatur Ἀνάβασις, quia tendebat Cyrus cum ab Aſia maritima (ſeu minori, Dionyſ. Perieg. v. 799.) tum ad imperii Perſici metropolin, hoc eſt, Babylonem. Pari ratione teditus Xenophontis aliorumque Graecorum militum dicitur Κατάβασις Lib. vlt. cap. vlt. Sect. vlt.

b) Darii, cognomento Nothi. Conſule ſeriem Regum Perſicorum.

c) Artaxerxes cognomento Mnemon.

d) Quaenam fuerit haec praefectura liquet ex Hiſtor. Gr. lib. I. c. 4. §. 1. Κῦρος ἄρξων πάντων τῶν ἐπὶ θαλάττῃ etc.

καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς [c]Κασωλῶ πεδίον ἀθροίζονται. ἀναβαίνει δὴ ὁ Κῦρος, λαβὼν Τισσαφέρνην ὡς φίλον· καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ ἔχων ὁπλίτας ἀνέβη τριακοσίους, ἄρχοντα δὲ αὐτῶν Ξενίαν Παρράσιον.

γ'. Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος, καὶ κατέσχε τὴν βασιλείαν Ἀρταξέρξης, Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφόν, ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ. ὁ δὲ πείθεται τε, καὶ συλλαμβάνει Κῦρον, ὡς ἀποκτενῶν. ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν, ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν.

δ'. Ὁ δ' ὡς ἀπῆλθε κινδυνεύσας καὶ ἀτιμασθεὶς, βουλεύεται ὅπως μήποτε ἔτι ἔσαι ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἢν δύνηται, βασιλεύσει ἀντ' ἐκείνου. Παρύσατις μὲν δὴ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ, φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξην.

ε'. Ὅσις δ' ἀφικνεῖτο τῶν παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτὸν, πάντας ὕστερον διατιθεὶς ἀνεπέμπετο, ὥστ' ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι, ἢ βασιλεῖ. καὶ τῶν παρ' ἑαυτῷ

sed et praetorem eum designaverat omnium, quicunque ad Castoli planitiem congregari solent. Itaque Cyrus ascendit, Tissapherne tanquam amico sibi adiuncto, cum trecentis gravis armaturae militibus Graecis, quibus Xenias Parrhasius praecerat.

3. Posteaquam Darius viuendi finem fecit, et Artaxerxes regno potitus est; Tissapherines Cyrum apud fratrem criminatur, quasi is illi insidiaretur. Adhibet ille fidem, et Cyrum, interficiendi consilio, comprehendit: sed matre precibus intercedente liberatur, et ad praefecturam suam remittitur.

4. Is vbi periculo obiectus, et affectus contumelia, euasit; consilia init, quo pacto se deinceps e potestate fratris eximeret; atque etiam, si fieri posset, eius loco regno potiretur. Et Parysatis quidem mater a Cyri partibus stetit, quippe quae magis hunc, quam Artaxerxem regem, diligeret.

5. Ipse autem, si quis ad se a rege veniret, eos omnes sic affectos ab se remittebat, vt ei, quam regi, esse amici mallent. Praeterea

c) Alias Κασαλῶ. Forte legendum Παστωλῶ.

ἑαυτῷ δὲ βαρβάρων ἐπεμελεῖτο, ὡς πολεμεῖν τε ἱκανοὶ εἶησαν, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοιεν αὐτῷ.

ς'. Τὴν δὲ Ελληνικὴν δύναμιν ἤθροιζεν, ὡς μάλιστα ἐδύνατο ἐπικρυπτόμενος, ὅπως ὁτιαπαρασκευαστότατον λάβοι βασιλέα. ὅτε γὰρ ἐποιεῖτο τὴν συλλογὴν, ὁπόσους εἶχε φύλακας ἐν ταῖς πόλεσι, παρήγγειλε τοῖς ἄρχουσιν ἑκάστοις λαμβάνειν ἄνδρας Πελοποννησίους ὁτιπλείστους καὶ βελτίστους, ὡς ἐπιβουλεύοντος Τισσαφέρνους ταῖς πόλεσι. καὶ γὰρ ἦσαν Ιωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρνους τὸ ἀρχαῖον, ἐκ βασιλέως δεδομέναι, τότε δ' ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι, πλὴν Μιλήτου.

ζ'. Εν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν. ὁ δὲ Κῦρος ὑπολαβὼν τοὺς φεύγοντας, συλλέξας στράτευμα, ἐπολιόρκει Μίλητον καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ ἐπειρᾶτο κατάγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας. αὕτη δ' ἄλλη πρόφασις ἦν αὐτῷ τοῦ ἀθροίζειν στράτευμα.

η'. Πρὸς

ea curabat vt barbari, quos habebat secum, et ad gerendum bellum idonei essent, et ipsum beneuolentia complecterentur.

6. Graecas copias, quam poterat occultissime, cogebat, vt regem imparatissimum offenderet. Quoties igitur delectum haberet eorum militum praesidiariorum, quicunque ei in vrbibus erant, toties singulis eorum praefectis mandabat, vt e Peloponneso et plurimos et optimos quosque euocarent, quasi Tissaphernes vrbibus insidiaretur. Nam vrbes Ionicae fuerant illae quidem prius Tissapherni a rege traditae, sed hoc tempore omnes, excepta Mileto, ad Cyrum defecerant.

7. Quum enim Tissaphernes Mileti praesensisset, Milesios eandem ad Cyrum defectionem moliri; partim eos occiderat, partim eiecerat. Hos Cyrus in exilium actos quum excepisset, exercitu comparato, terra marique Miletum obsidebat, et eiectos reducere conabatur. Atque haec erat ei caussa cogendi militis altera.

η'. Πρὸς δὲ βασιλέα πέμπων, ἠξίου, ἀδελφὸς ὢν αὐτῷ, δοθῆναί οἱ ταύτας τὰς πόλεις μᾶλλον, ἢ Τισσαφέρνην ἄρχειν αὐτῶν. καὶ ἡ μήτηρ συνέπραττεν αὐτῷ ταῦτα· ὥστε βασιλεὺς τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐπιβουλῆς οὐκ ἠθάνετο, Τισσαφέρνει δὲ ἐνόμιζε πολεμοῦντα αὐτὸν ἀμφὶ τὰ στρατεύματα δαπανᾶν· ὥστε ἀδὲν ἤχθετο αὐτῶν πολεμοῦντων. καὶ γὰρ ὁ Κῦρος ἀπέπεμπε τὰς γιγνομένας δασμὰς βασιλεῖ ἐκ τῶν πόλεων, ὧν ὁ Τισσαφέρνης ἐτύγχανεν ἔχων.

θ'. Ἄλλο δὲ στράτευμα συνελέγετο αὐτῷ, ἐν Χερρονήσῳ τῆς καταντιπέρας Ἀβύδου, τόνδε τὸν τρόπον· Κλέαρχος ἦν Λακεδαιμόνιος φυγάς· τούτῳ συγγενόμενος ὁ Κῦρος, ἠγάσθη τε αὐτὸν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ μυρίους Δαρεικούς. ὁ δὲ λαβὼν τὸ χρυσίον, στράτευμα συνέλεξεν ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων· καὶ ἐπολέμει, ἐκ Χερρονήσου ὁρμώμενος, τοῖς Θραξὶ τοῖς ὑπὲρ Ἑλλησπόντου οἰκοῦσι, καὶ ὠφέλει τοὺς Ἕλληνας· ὥστε καὶ χρήματα συνεβάλλοντο αὐτῷ εἰς τὴν τροφὴν τῶν στρατιωτῶν αἱ Ἑλλησποντιακαὶ πόλεις ἐκοῦσαι.

8. Mittebat et ad regem, atque orabat, vt fratri potius quam Tiſſapherni concedere in eas vrbes imperium vellet: qua in re matris etiam ſtudio adiuuabatur. Itaque accidit, vt rex inſidias ſibi ſtrui non animaduerteret; ſed exiſtimaret Cyrum idcirco copias alere, quia Tiſſapherni bellum faceret: adeoque moleſte non ferret, bellum inter ipſos geri. Nam et Cyrus mittebat tributum regi debitum iis ex vrbibus, quas Tiſſaphernes habuerat.

9. Cogebantur et aliae copiae Cyro in Cherſoneſo, e regione Abydi, idque in hunc modum: Cum Clearcho Lacedaemonio exule congreſſus Cyrus, admiratus eſt hominem, ac decem millia Daricorum nummorum ei donauit. Quo ille auro accepto, copias iiſdem pecuniis cogit, ac progreſſus e Cherſoneſo, Thracibus iis, quibus ſupra Helleſpontum ſedes ſunt, bellum infert. Quae res quia Graecis commodo erat, etiam ſponte ſua ciuitates Helleſponticae pecunias ad alendum hunc militem conferebant.

σαι. τοῦτο δ' αὖ ὕτω τρεφόμενον ἐλάνθανεν αὐτῷ τὸ στράτευμα.

ί. Ἀρίσιππος δὲ ὁ Θετταλὸς ἐτύγχανε ξένος ὢν αὐτῷ, καὶ πιεζόμενος ὑπὸ τῶν οἴκοι ἀντιστασιωτῶν, ἔρχεται πρὸς τὸν Κῦρον, καὶ αἰτεῖται αὐτὸν εἰς δισχιλίους ξένους, καὶ τριῶν μηνῶν μισθὸν, ὡς ὕτω περιγενόμενος ἂν τῶν ἀντιστασιωτῶν. ὁ δὲ Κῦρος δίδωσιν αὐτῷ εἰς τετρακισχιλίους, καὶ ἓξ μηνῶν μισθὸν, καὶ δεῖται αὐτοῦ μὴ πρόσθεν καταλῦσαι πρὸς τοὺς ἀντιστασιώτας, πρὶν ἂν αὐτῷ συμβουλεύσηται. ὕτω δὲ αὖ τὸ ἐν Θετταλίᾳ ἐλάνθανεν αὐτῷ τρεφόμενον στράτευμα.

ια'. Πρόξενον δὲ τὸν Βοιώτιον, φίλον ὄντα αὐτῷ, ἐκέλευσε λαβόντα ἄνδρας ὁτιπλείστους παραγενέσθαι, ὡς ἐπὶ Πεισίδας βουλόμενος στρατεύεσθαι, ὡς πράγματα παρεχόντων Πεισιδῶν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ. Σοφαίνετον δὲ τὸν Στυμφάλιον, καὶ Σωκράτην τὸν Ἀχαιὸν, ξένους ὄντας καὶ τούτους, ἐκέλευσεν ἄνδρας λαβόντας ἐλθεῖν ὁτιπλείστους, ὡς πολεμήσων

ferebant. Quapropter et hae copiae Cyro clam alebantur.

10. Ariſtippus vero Theſſalus, hoſpes Cyri, quum domi factione aduerſaria premeretur, venit ad eum, externoſque milites ab eo circiter bis mille, cum trium menſium ſtipendio petit; quod ſe hoc pacto facile ſuperiorem inimicis fore confideret. Huic Cyrus ad quatuor millia conceſſit, et in ſex menſes ſtipendium; quum illud etiam peteret, vt prius cum aduerſariae factionis hominibus non tranſigeret, quam ſecum conſilia communicaſſet. Atque hoc modo clam in Theſſalia quoque exercitus ei alebatur.

11. Etiam Proxenum Boeotium, hominem amicum, cum quanto poſſet maximo militum numero venire iuſſit; quaſi vellet aduerſus Piſidas, agrum ipſius infeſtantes, exercitum ducere. Sophaenetum quoque Stymphalium, et Socratem Achaeum, hoſpites itidem ſuos, cum quanta maxima poſſent manu venire iuſſit, quaſi cum Mileſiis exu-

μήσων Τισσαφέρνη σὺν τοῖς φυγάσι τῶν Μιλησίων. καὶ ἐποίουν ὅτως ἔται.

ΚΕΦ. β'.

Ἐπεὶ δ' ἐδόκει αὐτῷ ἤδη πορεύεσθαι ἄνω, τὴν μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο, ὡς Πεισίδας βουλόμενος ἐκβαλεῖν παντάπασιν ἐκ τῆς χώρας· καὶ ἀθροίζει ὡς ἐπὶ τούτους τό, τε βαρβαρικὸν καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἐνταῦθα στράτευμα· καὶ παραγγέλλει τῷ τε Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα· καὶ τῷ Ἀριστίππῳ, συναλλαγέντι πρὸς τοὺς οἴκοι, ἀποπέμψαι πρὸς ἑαυτὸν ὃ εἶχε στράτευμα· καὶ Ξενίᾳ τῷ Ἀρκάδι, ὃς αὐτῷ προειστήκει τοῦ ἐν ταῖς πόλεσι ξενικοῦ, ἥκειν παρήγγειλε, λαβόντα τοὺς ἄνδρας, πλὴν ὁπόσοι ἱκανοὶ εἵησαν τὰς ἀκροπόλεις φυλάττειν.

β'. Ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς Μίλητον πολιορκοῦντας, καὶ τοὺς φυγάδας ἐκέλευσε σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι, ὑποσχόμενος αὐτοῖς, εἰ καλῶς καταπράξειεν ἐφ' ἃ ἐστρατεύετο, μὴ πρόσθεν παύσασθαι, πρὶν αὐτοὺς καταγάγοι οἴκαδε. οἱ

libus Tiſſaphernem oppugnare vellet. Ac hi quidem ita faciebant.

CAP. II.

Cyrus quum in ſuperiorem Aſiam mouere ſtatuiſſet, cauſſam belli eam prae ſe ferebat, quaſi Piſidas vellet omnino ex regione ſua eiicere. Itaque aduerſus hos ſimulat ſe barbaricas et Graecas copias cogere, Clearchoque denuntiat, vt cum exercitu, quem haberet, ad ſe pergeret; et Ariſtippo, vt poſteaquam tranſegiſſet cum ciuibus, copias ſuas ad ſe mitteret: Xeniae Arcadi, qui praeerat copiis exteris, quas in ciuitatibus alebat, imperat vt ad ſe cum ſuis veniret, relictis iis, qui tuendis arcibus ſatis eſſent.

2. Arceſſiuit et illos, qui Miletum obſidebant, ipſoſque Mileſios exules expeditioni adeſſe iuſſit; pollicitus ſe, ſi bellum, quod tunc ſuſciperet, ex ſententia conficeretur, non conquieturum prius, quam eos domum reduxiſſet. Parebant illi

οἱ δὲ ἡδέως ἐπείθοντο· (ἐπίστευον γὰρ αὐτῷ) καὶ λαβόντες τὰ ὅπλα, προσῆσαν εἰς Σάρδεις.

γ'. Ξενίας μὲν δὴ τὰς ἐκ τῶν πόλεων λαβὼν παρεγένετο εἰς Σάρδεις, ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους· Πρόξενος δὲ παρῆν ἔχων ὁπλίτας μὲν εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους, γυμνήτας δὲ πεντακοσίους· Σοφαίνετος δὲ ὁ Στυμφάλιος, ὁπλίτας ἔχων χιλίους· Σωκράτης δὲ ὁ Ἀχαιὸς, ὁπλίτας ἔχων ὡς πεντακοσίους· Πασίων δὲ ὁ Μεγαρεὺς εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας παρεγένετο. ἦν δὲ καὶ οὗτος καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων.

δ'. Οὗτοι μὲν εἰς Σάρδεις αὐτῷ ἀφίκοντο. Τισσαφέρνης δὲ κατανοήσας ταῦτα, καὶ μείζονα ἡγησάμενος εἶναι, ἢ ὡς ἐπὶ Πεισίδας, τὴν παρασκευὴν, πορεύεται ὡς βασιλέα ᾗ ἐδύνατο τάχιστα, ἱππέας ἔχων ὡς πεντακοσίους.

ε'. Καὶ βασιλεὺς μὲν δὴ ἐπεὶ ἤκουσε παρὰ Τισσαφέρνους τὸν Κύρου στόλον, ἀντιπαρεσκευάζετο. Κῦρος δὲ ἔχων ὃς εἶπον, ὡρμᾶτο ἀπὸ Σάρδεων· καὶ ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυδίας, σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσι καὶ δύο, ἐπὶ τὸν Μαίανδρον

illi perlubenter, quippe qui Cyro fidem haberent; ac sumtis armis Sardes accesserunt.

3. Eodem Xenias, cum iis qui ex vrbibus colligebantur, quatuor fere peditum grauis armaturae millibus venit: Proxenus, cum grauis armaturae militibus mille quingentis, et quingentis expeditis: Sophaenetus Stymphalius, cum gravis armaturae mille: Socrates Achaeus, cum grauis armaturae circiter quingentis: Pasion Megarensis cum septingentis fere venit. Erat autem hic cum Socrate de illorum numero, qui Miletum oppugnabant.

4. Atque hi quidem Sardes ad Cyrum veniebant. Quae Tissaphernes quum animaduertisset, apparatum maiorem arbitratus, quam qui aduersus Pisidas institueretur; quam celerrime poterat, cum quingentis equitibus ad regem contendit.

5. Rex posteaquam de exercitu Cyri ex Tissapherne cognouit, et ipse ad bellum se parat. Cyrus cum iis, quas dixi, copiis Sardibus mouet, et per Lydiam tertiis castris, parasangas viginti duas progressus, ad

Μαίανδρον ποταμόν. τοῦτο τὸ εὖρος δύο πλέθρα· γέφυρα δὲ ἐπῆν ἐζευγμένη πλοίοις ἑπτά.

ς'. Τοῦτον διαβὰς, ἐξελαύνει διὰ Φρυγίας σαθμὸν ἕνα, παρασάγγας ὀκτὼ, εἰς Κολοσσέας, πόλιν οἰκουμένην, εὐδαίμονα καὶ μεγάλην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας ἑπτά· καὶ ἦκεν Μένων ὁ Θετταλὸς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ πελτασὰς πεντακοσίους, Δόλοπας καὶ Αἰνιᾶνας καὶ Ὀλυνθίους.

ζ'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σαθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Κελαινὰς, τῆς Φρυγίας πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα Κύρῳ βασίλεια ἦν, καὶ παράδεισος μέγας, ἀγρίων θηρίων πλήρης, ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου, ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους. διὰ μέσου δὲ τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός· αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσὶν ἐκ τῶν βασιλείων· ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν πόλεως.

η'. Ἔστι δὲ καὶ μεγάλου βασιλέως βασίλεια ἐν Κελαιναῖς ἐρυμνὰ, ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ, ὑπὸ τῇ

Maeandrum fluuium peruenit. Is latitudinem duûm plethrorum habet, et ponte, quem nauigia ſeptem ſuſtinebant, erat iunctus.

6. Hunc quum traieciſſet, per Phrygiam caſtris vnis, paraſangis octo confectis, Coloſſas venit, vrbem incolis frequentem, magnam et opulentam. Heic dies ſeptem quum ſubſtitiſſet, Menon Theſſalus cum mille grauis armaturae peditibus venit, cetratis quingentis, qui Dolopes, et Aenianenſes, et Olynthii erant.

7. Inde caſtris tertiis, paraſangas viginti pergit Celaenas, vrbem Phrygiae, frequentem incolis, magnam, opulentam. Erat heic Cyro regia, et ingens hortus, refertus feris belluis, quas eques ipſe inſectabatur, ſi quando ſeipſum et equos exercere vellet. Medium hortum Maeander fluuius perlabitur, cuius fontes ex ipſa regia oriuntur. Amnis ipſe etiam per Celaenas oppidum fluit.

8. Eſt et magni regis munita Celaenis regia, ad Marſyae fluminis fontes, ſub arce.

Labitur

τῇ ἀκροπόλει· ῥεῖ δὲ καὶ ὕτος διὰ τῆς πόλεως, καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον. τῦ δὲ Μαρσύα τὸ εὖρος ἐστὶν εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν. ἐνταῦθα λέγεται Ἀπόλλων ἐκδεῖραι Μαρσύαν, νικήσας ἐρίζοντά οἱ περὶ σοφίας, καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅθεν αἱ πηγαί· διὰ δὲ τῦτο ὁ ποταμὸς καλεῖται Μαρσύας.

θ'. Ἐνταῦθα Ξέρξης, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ ἀπεχώρει, λέγεται οἰκοδομῆσαι ταῦτά τε τὰ βασίλεια, καὶ τὴν Κελαινῶν ἀκρόπολιν. ἐνταῦθα ἔμεινε Κῦρος ἡμέρας τριάκοντα, καὶ ἦκε Κλέαρχος ὁ Λακεδαιμόνιος, φυγὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίυς, καὶ πελτασὰς Θρᾷκας ἑπτακοσίυς, καὶ τοξότας Κρῆτας διακοσίυς. ἅμα δὲ καὶ *Σωσίας παρῆν ὁ Συρακύσιος, ἔχων ὁπλίτας **χιλίυς· καὶ Σκφαίνετος ὁ Ἀρκὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίυς. ἐνταῦθα Κῦρος ἐξέτασιν καὶ ἀριθμὸν τῶν Ἑλλήνων ἐποίησεν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐγένοντο οἱ σύμπαντες, ὁπλῖται μὲν μύριοι καὶ χίλιοι, πελτασταὶ δὲ ἀμφὶ τὰς δισχιλίυς.

ί. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὰς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς

Labitur hic quoque per vrbem, et in Maeandrum ſeſe exonerat, et quinque ac viginti pedum latitudinem habet. Heic Apollo Marſyam victum ab ſe, dicitur excoriaſſe, quum is de ſapientia cum ipſo contenderet; ac in antro cutem ſuſpendiſſe, ex quo ſunt amnis fontes. Ea cauſſa eſt, cur fluuius Marſyae nomen habet.

9. Hoc loco Xerxes, quum pugna victus retrocederet e Graecia, regiam hanc, et Celaenarum arcem, extruxiſſe dicitur. Cyrus heic triginta dies manſit, intra quos Clearchus Lacedaemonius exul cum peditibus mille grauis armaturae, et octingentis cetratis e Thracia, ducentiſque ſagittariis Cretenſibus ad eum venit. Aderat et Soſias Syracuſanus cum mille grauis armaturae militibus: et cum totidem Sophaenetus Arcas. Heic Cyrus Graecum in horto militem recenſuit, atque in vniuerſum cenſa ſunt armaturae grauis militum vndecim millia, cetratorum fere duo.

10. Inde caſtris alteris, paraſangas decem progreditur ad

* Al. Σωκράτης. ** Al. τριακοσίυς.

εἰς Πέλτας, πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς Ξενίας ὁ Ἀρκὰς τὰ Λύκαια ἔθυσε, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε· τὰ δὲ ἆθλα ἦσαν στλεγγίδες χρυσαῖ· ἐθεώρει δὲ τὸν ἀγῶνα καὶ Κῦρος. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δώδεκα, εἰς Κεραμῶν ἀγορὰν, πόλιν οἰκουμένην, ἐσχάτην ἐν τῇ Μυσίᾳ χώρᾳ.

ια'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας πέντε· καὶ τοῖς στρατιώταις ὠφείλετο μισθὸς, πλέον ἢ τριῶν μηνῶν· καὶ πολλάκις ἰόντες ἐπὶ τὰς θύρας, ἀπῄτουν. ὁ δὲ, ἐλπίδας λέγων διῆγε, καὶ δῆλος ἦν ἀνιώμενος. ἀργὸν γὰρ ἦν πρὸς τοῦ Κύρου τρόπου, ἔχοντα μὴ ἀποδιδόναι.

ιβ'. Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα, ἡ Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως, παρὰ Κῦρον, καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι χρήματα πολλά. τῇ οὖν στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα καὶ φύλακας

oppidum incolis frequens Peltas, vbi dies tres commoratus eſt; quibus Arcas ille Xenias Lupercalia, inſtitutis ſacrificiis et ludis, celebrauit: victoribus praemia erant aureae ſtrigiles. Ludos etiam Cyrus ipſe ſpectabat. Hinc pergit alteris caſtris, duodecim paraſangas, ad Forum Ceramorum, vrbem incolis frequentem, vltimam terrae Myſiae.

11. Inde caſtris tribus, triginta paraſangas, ad Cayſtri campum procedit, vrbem frequentem. Heic dies quinque commoratus eſt: et quum militi trimeſtre ſtipendium, atque eo maius deberetur, frequens ille poſtulatum hoc ad portas aderat. Cyrus autem non niſi ſpem vſque propoſuit, neque ſollicitudinem animi diſſimulare potuit. Nec enim erat is Cyri mos, vt, quoties haberet ſtipendia, ea non daret.

12. Interim Epyaxa, Syenneſis Cilicum regis vxor, ad Cyrum venit, quae illi magnam pecuniae vim dare ferebatur. Itaque tunc exercitui Cyrus ſalarium quatuor menſium perſoluit. Habebat ſecum haec femina

κας περὶ αὐτὴν Κίλικας, καὶ Ασπενδίους· ἐλέγετο δὲ Κῦρον καὶ συγγίνεσθαι τῇ Κιλίσσῃ.

ιγ'. Ενταῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς *Θύμβριον, πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν κρήνη ἡ Μίδου καλουμένη, τοῦ Φρυγῶν βασιλέως, ἐφ' ᾗ λέγεται Μίδας f) τὸν Σάτυρον θηρεῦσαι, οἴνῳ κεράσας αὐτήν.

ιδ'. Ενταῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Τυριαῖον πόλιν οἰκουμένην· ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς. καὶ λέγεται δεηθῆναι ἡ Κίλισσα Κύρου ἐπιδεῖξαι τὸ στράτευμα ἑαυτῇ. βουλόμενος δ' ἂν ἐπιδεῖξαι, ἐξέτασιν ποιεῖται ἐν τῷ πεδίῳ τῶν Ελλήνων καὶ τῶν βαρβάρων.

ιε'. Εκέλευσε δὲ τοὺς Ελληνας, ὡς νόμος αὐτοῖς, εἰς μάχην ἕτω ταχθῆναι καὶ σῆναι, συντάξαι δὲ ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ. ἐτάχθησαν δ' ἐπὶ τετ[τ]άρων· εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸ δ' εὐώνυμον Κλέαρχος καὶ οἱ ἐκείνου, τὸ δὲ μέσον οἱ ἄλλοι στρατηγοί.

ις'. Εθεώ-

mina Cilicum et Aſpendiorum ſatellitum comitatum, ac Cyrus conſuefcere cum ea dicebatur.

13. Inde caſtris alteris, paraſangas decem progreditur ad oppidum frequens, cui nomen Thymbrium. Heic propter viam fons erat, qui Midae Phrygum regis fons dicebatur, et ad quem Midas Satyrum illum venatus eſſe fertur, quum fontem vino miſcuiſſet.

14. Hinc caſtris alteris, paraſangas decem pergit ad frequens oppidum Tyriaeum, quo loco triduum manſit: regaſſeque Cyrum Ciliciae regina perhibetur, vt ſibi exercitum oſtenderet: quod quum ille facere cogitaret, tam Graecos quam barbaros in campo luſtrabat.

15. Graecis autem mandabat, vt more ſuo ad pugnam inſtructi ſtarent, ac quiſque ſuos diſponeret. Itaque in quaternos diſpoſiti ſunt; et dextrum quidem Menon cum ſuis obtinebat, laeuum cum ſuis Clearchus, in medio caeteri duces erant.

16. Cy-

* Al. Θυμβρείαν.

f) Intellige Silenum. De fonte Midae conſule Pauſaniam in Atticis, vnde conſtat in editionibus nonnullis male legi οἴνῳ κεράσας αὐτόν.

ις'. Εθεώρει δὲ ὁ Κῦρος πρῶτον μὲν τοὺς βαρβάρους, (οἱ δὲ παρήλαυνον τεταγμένοι κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις) εἶτα δὲ τοὺς Ἕλληνας, παρελαύνων ἐφ' ἅρμαμος, καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης. εἶχον δὲ πάντες κράνη χαλκᾶ, καὶ χιτῶνας φοινικοῦς, καὶ κνημῖδας, καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκκεκαθαρμένας.

ιζ'. Ἐπεὶ δὲ πάντας παρήλασε, στήσας τὸ ἅρμα πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης, πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα παρὰ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἐκέλευσε προβαλέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἐπιχωρῆσαι ὅλην τὴν φάλαγγα. οἱ δὲ ταῦτα προεῖπον τοῖς στρατιώταις· καὶ ἐπεὶ ἐσάλπιγξε, προβαλλόμενοι τὰ ὅπλα ἐπῆσαν. ἐκ δὲ τούτου θᾶττον προϊόντων σὺν κραυγῇ, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου δρόμος ἐγένετο τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰς σκηνάς.

ιη'. Τῶν δὲ βαρβάρων φόβος πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις, καὶ ἥτε Κίλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης· καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς, καταλιπόντες τὰ ὤνια ἔφευγον. οἱ δ' Ἕλληνες σὺν γέλωτι ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἦλθον. ἡ δὲ Κίλισσα ἰδοῦσα τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν τάξιν τοῦ στρατεύματος, ἐθαύμαζε·

16. Cyrus primum barbaros ſpectabat, qui in turmas et cohortes inſtructi progrediebantur: deinde Graecos, quos ipſe in curru praeteruehebatur, Ciliſſa vero in carpento. Habebant autem omnes aereas galeas, et tunicas puniceas, et ocreas, et ſcuta deterſa.

17. Quum praeteruectus omnes eſſet, currum ante phalangem mediam ſiſtit, ac Pigrete interprete ad Graecorum duces miſſo, mandat; vt arma obverterent, totamque phalangem promouerent. Atque illi quidem militibus haec denuntiabant. Vbi claſſicum ceciniſſet, armis obuerſis, procedebant: quumque celerius cum clamore progrederentur, vltro milites ad tabernacula curſu ſe conferebant.

18. Barbari vero cum alii terrebantur, tum Ciliſſa fugiebat e carpento, et turba forenſis, relictis rebus venalibus, itidem eſt dilapſa, Graecis cum riſu ad tabernacula ſe recipientibus. Ciliſſa ſplendorem atque ordinem copiarum, quem viderat, admirabatur.

μαζε· Κῦρος δὲ ἥδη, τὸν ἐκ τῶν Ελλήνων εἰς τὰς βαρβάρους φόβον ἰδών.

ιθ'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὰς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Ικόνιον, τῆς Φρυγίας πόλιν ἐσχάτην. ἐνταῦθα ἔμεινε τρεῖς ἡμέρας. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυκαονίας, σταθμὰς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα. ταύτην τὴν χώραν ἐπέτρεψε διαρπάσαι τοῖς Ελλησιν, ὡς πολεμίαν οὖσαν.

κ'. Ἐντεῦθεν ὁ Κῦρος τὴν Κίλισσαν εἰς Κιλικίαν ἀποπέμπει τὴν ταχίστην ὁδὸν, καὶ συνέπεμψεν αὐτῇ στρατιώτας, ὃς Μένων εἶχε, καὶ αὐτὸν Μένωνα τὸν Θεσσαλέα. Κῦρος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελαύνει διὰ Καππαδοκίας, σταθμὰς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσι καὶ πέντε, πρὸς Δάναν, πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς Κῦρος ἀπέκτεινεν ἄνδρα Πέρσην, Μεγαφέρνην, Φοινικιστὴν βασίλειον, καὶ ἕτερόν τινα τῶν ὑπάρχων δυνάστην, αἰτιασάμενος ἐπιβουλεύειν αὐτῷ.

κα'. Ευ-

batur. Cyrus vero magnam voluptatem cepit, quum barbaris metum a Graecis iniectum cerneret.

19. Inde castris tribus, viginti parasangas progreditur, ad vltimam Phrygiae vrbem Iconium. Heic triduum commoratus, per Lycaoniam castris quinque, triginta parasangas progreditur. Huius regionis agrum Graecis diripiendum concessit, quod hostilis esset.

20. Hinc Cyrus in Ciliciam via breuissima Cilissam, adiunctis ei militibus Menonis, et ipso etiam Menone Thessalo, dimittit. Cum caeteris per Cappadociam castris quatuor, viginti et quinque parasangas progreditur ad frequentem incolis vrbem, eandemque tum amplam, tum opulentam, Danam. Heic triduum substitit: et interea Megaphernem, hominem Persam, regium purpurae tinctorem, et alium quendam magnae inter praefectos potentiae, insidiarum ab ipsis sibi structarum titulo interfecit.

21. Hinc

κα'. Ἐντεῦθεν ἐπειρῶντο ἐσβάλλειν εἰς τὴν Κιλικίαν. ἡ δὲ εἰσβολὴ ἦν οἵα ἁμαξιτὸς, ὀρθία ἰσχυρῶς, καὶ ἁμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι, εἴ τις ἐκώλυεν. ἐλέγετο δὲ καὶ Συέννεσιν εἶναι ἐπὶ τῶν ἄκρων, φυλάττοντα τὴν εἰσβολήν· διὸ ἔμεινεν ἡμέραν ἐν τῷ πεδίῳ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἦκεν ἄγγελος, λέγων, ὅτι λελοιπὼς εἴη Συέννεσις τὰ ἄκρα, ἐπεὶ ἤσθετο τό, τε Μένωνος στράτευμα, ὅτι ἐν Κιλικίᾳ εἴη ἔσω τῶν ὀρέων, καὶ ὅτι τριήρεις ἥκοι περιπλεύσας ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν Τάμων ἔχοντα, τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτῷ Κύρῳ.

κβ'. Κῦρος δὲ ἀνέβη ἐπὶ τὰ ὄρη, οὐδενὸς κωλύοντος, καὶ εἶδε *τὰς σκηνὰς, ἃς ἐφύλαττον οἱ Κίλικες. ἐντεῦθεν δὲ κατέβαινεν εἰς πεδίον μέγα, καλὸν καὶ ἐπίρρυτον, καὶ δένδρων παντοδαπῶν ἔμπλεων καὶ ἀμπέλων· πολὺ δὲ καὶ σήσαμον καὶ μελίνην καὶ κέγχρον καὶ πυρὸς καὶ κριθὰς φέρει. ὄρος δ' αὐτὸ περιέχει ὀχυρὸν καὶ ὑψηλὸν πάντῃ ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν.

κγ'. Καταβὰς δὲ διὰ τούτου τοῦ πεδίου, ἤλασε σταθμοὺς τέσσαρας,

21. Hinc in Ciliciam irrumpere conabantur. Verum qua irrumpendum erat, via eſt plauſtro tantum peruia, praeceps admodum, et exercitui non penetrabilis, ſi quis arceat. Et Syenneſis aditum ſummis in iugis cuſtodire ferebatur: quae cauſſa fuit, cur in planitie diem vnum ſubſiſteret. Poſtridie nuntius venit, qui reliquiſſe vertices Syenneſim renuntiabat, poſteaquam animaduertiſſet, Menonis copias cis montes in Cilicia eſſe, ac Tamon audiſſet cum Lacedaemoniorum et ipſius Cyri triremibus in Ciliciam ex Ionia nauigare.

22. Cyrus, nemine prohibente, montes conſcendit, et conſpectis tabernaculis, in quibus Cilices iuga cuſtodiuerant, magnam in planitiem deſcendit, eamque amoenam et irriguam, omnis generis arboribus ac vitibus plenam, ſeſamique, panici, milii, tritici, hordei feracem. Hanc mons vndique munitus et arduus a mari ad mare amplectitur.

23. Quum deſcendiſſet per iſtam planitiem quatuor caſtris, paraſangas

* Forte melius, cum Mureto: *εἷλε, cepit tabernacula,*

τέσσαρας, παρασάγγας πέντε καὶ εἴκοσιν, εἰς Ταρσοὺς, πόλιν τῆς Κιλικίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Συεννέσιος βασίλεια, τοῦ Κιλίκων βασιλέως· διὰ μέσης δὲ τῆς πόλεως ῥεῖ ποταμὸς, Κύδνος ὄνομα, εὖρος δύο πλέθρων.

κδ'. Ταύτην τὴν πόλιν ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες, μετὰ Συεννέσιος, *εἰς χωρίον ὀχυρὸν ἐπὶ τὰ ὄρη, πλὴν οἱ τὰ καπηλεῖα ἔχοντες. ἔμειναν δὲ καὶ οἱ παρὰ τὴν θάλατταν οἰκοῦντες ἐν Σόλοις καὶ ἐν Ισσοῖς.

κε'. Ἐπύαξα δὲ, ἡ Συεννέσιος γυνὴ, πρότερα Κύρου πέντε ἡμέρας, εἰς Ταρσοὺς ἀφίκετο. ἐν δὲ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ὀρῶν τῶν εἰς τὸ πεδίον, δύο λόχοι τοῦ Μένωνος στρατεύματος ἀπώλοντο· οἱ μὲν ἔφασαν ἁρπάζοντάς τι κατακοπῆναι ὑπὸ τῶν Κιλίκων· οἱ δὲ, ὑπολειφθέντας, καὶ δυναμένους εὑρεῖν τὸ ἄλλο στράτευμα, ὁδοὺς τὰς ὁδοὺς, εἶτα πλανωμένους ἀπολέσθαι. ἦσαν δὲ ὅτοι ἑκατὸν ὁπλῖται.

κς'. Οἱ δ' ἄλλοι ἐπειδὴ ἦκον, τήν τε πόλιν τοὺς Ταρσοὺς διήρπασαν,

parasangas quinque et viginti progressus, Tarsum venit, amplam Ciliciae opulentamque vrbem. Heic regia Syennesis Cilicum regis erat: ac per vrbem mediam fluuius labitur, cui nomen Cydnus, dusm plethrorum latitudine.

24. Hac ex vrbe incolae, vna cum Syennesi, munitum ad locum in montes discessserunt; exceptis iis, qui stabula cauponasue tenerent. Nec illi fuga dilapsi erant, qui propter mare Solos et Issos oppida inhabitabant.

25. Epyaxa quidem, Syennesis vxor, quinque ante Cyrum diebus Tarsum venerat; quae dum montes ad planitiem tendentes superaret, duo de Menonis exercitu cunei periere: quos aiebant alii quadam in direptione a Cilicibus fuisse caesos: alii, relictos a tergo, quum reperire copias caeteras, et vias non possent, sic deinde palantes periisse. Et erant hi grauis armaturae milites centum.

26. Reliqui, posteaquam Tarsum venere, diripiunt vrbem, ira

* Legendum censet Leuncl. εἰς χωρ. ὀχ. φυγόντες, πλὴν οἱ.

διήρπασαν, διὰ τὸν ὄλεθρον τῶν συστρατιωτῶν ὀργιζόμενοι, καὶ τὰ βασίλεια τὰ ἐν αὐτῇ. Κῦρος δὲ, ἐπεὶ εἰσήλασεν εἰς τὴν πόλιν, μετεπέμπετο Συέννεσιν πρὸς ἑαυτόν. ὁ δὲ ὅτε πρότερον ὑδενί πω κρείττονι ἑαυτῦ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἔφη, ὅτε τότε Κύρῳ ἰέναι ἤθελε· πρὶν ἡ γυνὴ αὐτὸν ἔπεισε, καὶ πίστεις ἔλαβε.

κζ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεὶ συνεγένοντο ἀλλήλοις, Συέννεσις μὲν Κύρῳ ἔδωκε χρήματα πολλὰ εἰς τὴν στρατιάν, Κῦρος δ' ἐκείνῳ δῶρα, ἃ νομίζεται παρὰ βασιλεῦσι τίμια, ἵππον χρυσοχάλινον, καὶ στρεπτὸν χρυσῦν, καὶ ψέλλια, καὶ ἀκινάκην χρυσῦν, καὶ στολὴν Περσικὴν, καὶ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζεσθαι· τὰ δὲ ἡρπασμένα ἀνδράποδα, ἤν πῦ ἐντυγχάνωσιν, ἀπολαμβάνειν.

ΚΕΦ. γ'.

Ἐνταῦθ' ἔμεινε Κῦρος καὶ ἡ στρατιὰ ἡμέρας εἴκοσιν. οἱ γὰρ στρατιῶται οὐκ ἔφασαν ἰέναι τῦ πρόσω.

ira propter commilitonum cladem accensi, ipsamque cum vrbe regiam. Cyrus vrbem ingressus eques, Syennesim ad se arcessit. Ille, quod ne antehac quidem se potentioris alicuius in manus venisse diceret, venire tum quoque prius ad Cyrum recusabat; quam suasu vxoris adductus esset, et fidem ab Cyro accepisset.

27. Post haec congressi quum essent, Syennesis Cyro ingentem pro exercitu pecuniam donat, et Cyrus illi vicissim ea munera, quae magni sunt apud reges pretii; nimirum fraenis aureis insignem equum, et torquem aureum, et armillas, et acinacem aureum, cum vestitu Persico. Praeterea non amplius agrum direptum iri, ac direpta mancipia, sicubi in ea incidisset, recepturum.

CAP. III.

Heic Cyrus cum exercitu dies viginti substitit, quod negarent se milites vlterius perrecturos.

σω. ὑπώπτευον γὰρ ἤδη ἐπὶ βασιλέα ἰέναι, μισθωθῆναι δὲ οὐκ ἐπὶ τούτῳ ἔφασαν. πρῶτος δὲ Κλέαρχος τὰς αὑτοῦ στρατιώτας ἐβιάζετο ἰέναι. οἱ δὲ αὐτόν τε ἔβαλλον, καὶ τὰ ὑποζύγια τὰ ἐκείνου, ἐπεὶ ἤρξατο προϊέναι.

β'. Κλέαρχος δὲ τότε μὲν μικρὸν ἐξέφυγε τὸ μὴ καταπετρωθῆναι, ὕστερον δὲ, ἐπεὶ ἔγνω ὅτι οὐ δυνήσεται βιάσασθαι, συνήγαγεν ἐκκλησίαν τῶν αὑτοῦ στρατιωτῶν· καὶ πρῶτον μὲν ἐδάκρυε πολὺν χρόνον ἑστώς· οἱ δὲ ὁρῶντες ἐθαύμαζον, καὶ ἐσιώπων, εἶτα ἔλεξε τοιάδε·

γ'. "Ανδρες στρατιῶται, μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν. ἐμοὶ γὰρ Κῦρος ξένος ἐγένετο, καί μὲ φεύγοντα ἐκ τῆς πατρίδος τά τε ἄλλα ἐτίμησε, καὶ μυρίους ἔδωκε Δαρεικούς· οὓς ἐγὼ λαβὼν, οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων.

δ'. Καὶ πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς Θρᾷκας ἐπολέμησα,

cturos. Iam enim ſuſpicabantur, contra regem ſe duci, adverſus quem ſtipendio ſe conductos negabant. Clearchus primus ſuos vi propellere, vt pergerent, volebat. At illi tum in ipſum procedere incipientem, tum in ipſius iumenta, lapides coniiciunt.

2. Quo factum, vt parum abeſſet, quin lapidibus obrueretur. Tandem quum vi ſe nihil perfecturum animaduerteret, militem ſuum ad concionem vocat; ac primum diu multis cum lacrumis ſtabat: quod quidem illi quum cernerent, cum ſilentio mirabantur, deinde in hunc modum eſt loquutus:

3. Ne vobis mirum ſit, milites, me praeſentem rerum ſtatum grauiter moleſteque ferre. Cyrus enim hoſpitii ius mecum iniit, meque exulantem a patria cum aliis ornauit honoribus, tum Daricorum nummûm decem millibus donauit. Eos poſteaquam accepi, non in commodum meum, nec voluptatem meam verti, ſed in vos expendi.

4. Ac primum quidem Thracibus

μησα, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἐτιμωρούμην μεθ' ὑμῶν, ἐκ τῆς Χερρονήσου αὐτοὺς ἐξελαύνων, βουλομένους ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Ἕλληνας τὴν γῆν. ἐπειδὴ δὲ Κῦρος ἐκάλει, λαβὼν ὑμᾶς ἐπορευόμην· ἵνα, εἴ τι δέοιτο, ὠφελοίην αὐτὸν, ἀνθ' ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνου.

ε'. Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμπορεύεσθαι, ἀνάγκη δέ μοι ἢ ὑμᾶς προδόντα τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι, ἢ πρὸς ἐκεῖνον ψευσάμενον μεθ' ὑμῶν εἶναι. εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, οὐκ οἶδα· αἱρήσομαι δ' ὅ τι ὑμᾶς, καὶ σὺν ὑμῖν ὅ, τι ἂν δέῃ, πείσομαι. καὶ ὅποτ' ἐρεῖ τις, ὡς ἐγὼ Ἕλληνας ἀγαγὼν εἰς τοὺς βαρβάρους, προδοὺς τοὺς Ἕλληνας, τὴν τῶν βαρβάρων φιλίαν εἱλόμην.

ς'. Ἀλλὰ ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐθέλετε πείθεσθαι, οὐδὲ ἕπεσθαι, ἐγὼ σὺν ὑμῖν ἕψομαι, καὶ ὅ, τι ἂν δέῃ, πείσομαι. νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα, καὶ φίλους, καὶ συμμάχους, καὶ σὺν ὑμῖν μὲν ἂν εἶναι τίμιος, ὅπου ἐὰν ὦ· ὑμῶν

bus bellum intuli, et vobiscum eos, Graeciae cauſſa ſuſcepta, ſum vltus. Nam quum Graecis colonis Cherſoneſum eripere vellent, ego hoc ipſo eos agro expuli. Poſteaquam deinde me Cyrus arceſſiuit, vobiſcum ad eum veni, vt pro ipſius in me beneficiis ei, ſi ita vſus poſceret, commodarem.

5. Nunc quum vos nobiſcum hoc iter ſuſcipere non velitis, ac me neceſſe ſit vel vobis deſertis amicitia Cyri vti, vel ſpem illius fruſtratum, vobiſcum eſſe: tametſi haud ſcio, an iuſte facturus ſim, nec ne; vos quidem certe praeferam, vobiſcum, quidquid opus erit, feram. Nec vnquam quiſquam dicturus eſt, me poſtea quam Graecos barbaricum in ſolum abduxerim, deſertis ipſis amicitiam barbarorum amplexum eſſe:

6. Sed quia vobis morem mihi gerere, ac me ſequi non lubet, ſequar ego vos, ac quidquid ferendum erit, feram. Vos ego mihi patriam, vos amicos, vos ſocios duco; vobiſcum, vbicunque fuero, honoratum me fore exiſtimo:

a vobis

ὑμῶν δ' ἐρημωθεὶς, οὐκ ἂν ἱκανὸς εἶναι οἶμαι ὅτ' ἂν φίλον ὠφελῆσαι, ὅτ' ἂν ἐχθρὸν ἀλεξήσασθαι. ὡς ἐμοῦ ὄν ἰόντος ὅπη ἂν καὶ ὑμεῖς, ὅτω τὴν γνώμην ἔχετε.„

ζ'. Ταῦτα εἶπεν· οἱ δὲ στρατιῶται, οἵ τε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ οἱ ἄλλοι, ταῦτα ἀκούσαντες, ὅτι ὑ φαίη παρὰ βασιλέα πορεύεσθαι, ἐπήνεσαν. παρὰ δὲ Ξενίου καὶ Πασίωνος πλείους ἢ δισχίλιοι, λαβόντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκευοφόρα, ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ Κλεάρχῳ.

η'. Κῦρος δὲ τούτοις ἀπορῶν τε καὶ λυπούμενος, μετεπέμπετο τὸν Κλέαρχον. ὁ δ' ἰέναι μὲν οὐκ ἤθελε, λάθρα δὲ τῶν στρατιωτῶν πέμπων αὐτῷ ἄγγελον, ἔλεγε θαῤῥεῖν, ὡς κατασησομένων τούτων εἰς τὸ δέον· μεταπέμπεσθαι δ' ἐκέλευεν αὐτὸν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφη ἰέναι.

θ'. Μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας, καὶ τοὺς προσελθόντας αὐτῷ, καὶ τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον, ἔλεξε τοιάδε· "Ανδρες στρατιῶται, τὰ μὲν

a vobis si destitutus sim, neque vel amico quidquam afferre me commodi posse arbitror, vel hostem vlcisci. Quamobrem ea vos esse in sententia debetis, iturum me, quocunque vos perrexeritis.

7. Haec ille ait. Quae quum et ipsius et caeteri milites audiissent; laudarunt id quod diceret, aduersus regem se non proficisci. A Xenia quidem, ac Pasione, plures duobus millibus, sumtis armis et impedimentis, in Clearchi castra transierunt.

8. Cyrus ob haec inops consilii et moestus, Clearchum ad se vocabat. Is iturum se quidem negabat, sed clam tamen militibus misso ad ipsum nuntio, praesenti vt animo sit, hortatur. Nam fore, vt haec ita, vti expediat, componantur: se modo iterum arcessere, quantumuis se venturum negaret.

9. Post haec conuocatis in concionem militibus, tam suis quam qui ad ipsum se contulerant, atque etiam ex aliis, cuicunque liberet, huiusmodi orationem habuit: Ea nos, mei milites, polli-

μὲν δὴ Κύρῳ δηλονότι ὅτως ἔχει πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἐκεῖνον. ὅτε γὰρ ἡμεῖς ἔτι ἐκείνῳ στρατιῶται, ἐπεί γε ὐ συνεπόμεθα αὐτῷ· ὅτε ἐκεῖνος ἡμῖν ὅτι μισθοδότης.

ί. Οτι μέντοι ἀδικεῖσθαι νομίζει ὑφ' ἡμῶν, οἶδα· ὥστε καὶ μεταπεμπομένῳ αὐτῷ, ὐκ ἐθέλω ἐλθεῖν, τὸ μὲν μέγιστον, αἰσχυνόμενος, ὅτι σύνοιδα ἐμαυτῷ πάντα ἐψευσμένος αὐτόν· ἔπειτα δὲ καὶ δεδιὼς, μὴ λαβών με δίκην ἐπιθῇ ὧν νομίζει ὑπ' ἐμοῦ ἠδικῆσθαι.

ια'. Εμοὶ ὖν δοκεῖ ὐκ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, ὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ βουλεύεσθαι ὅ, τι χρὴ ποιεῖν ἐκ τούτων. καὶ εἴτε μένομεν ὖν, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι, ὅπως ἀσφαλέστατα μένωμεν· εἴτε δὴ δοκεῖ ἀπιέναι, ὅπως ἀσφαλέστατα ἀπίωμεν, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια ἕξομεν. ἄνευ γὰρ τούτων ὅτε στρατηγὸς, ὅτε ἰδιώτου ὄφελος ὐδέν.

ιβ'. Ο δὲ ἀνὴρ πολλοῦ μὲν ἄξιος φίλος, ᾧ ἂν φίλος ᾖ· χαλε-

ceri nobis de Cyro iam debemus, quae ſibi de nobis ipſe pollicetur. Nam neque nos amplius Cyri milites ſumus, quum ipſum non ſequamur; neque nobis ille ſtipendium numerat.

10. Scio equidem illum exiſtimare, iniurios nos in ipſum eſſe; quo fit vt, tametſi me arceſſat, venire tamen nolim; maxime, quia pudet me mihimet eſſe conſcium, deceptum illum a me prorſus eſſe. Deinde metuo, ne ſi me comprehenderit, ob ea me multet, quae a me per iniuriam exiſtimat in ſe commiſſa.

11. Quamobrem nobis hoc tempore minime dormiendum arbitror, ne nos ipſos negligamus: ſed deliberandum, quid deinceps facturi ſimus. Ac ſi quidem heic manebimus, conſiderandum exiſtimo, quo pacto quam tutiſſime manſuri ſimus: ſin diſcedendum videtur, quo pacto quam minimo cum periculo diſceſſerimus, etiam a commeatu ſatis inſtructi. Nam abſque hoc ſit, nec imperatoris, nec priuati militis vſus vllus fuerit.

12. Et Cyrus, cui quidem amicus eſt, quantiuis eſt amicus pretii:

χαλεπώτατος δ' ἐχθρὸς, ᾧ ἂν πολέμιος ᾖ. ἔτι δὲ δύναμιν ἔχει καὶ πεζὴν, καὶ ἱππικὴν, καὶ ναυτικὴν, ἣν πάντες ὁμοίως ὁρῶμέν τε καὶ ἐπισάμεθα· καὶ γὰρ ἀδὲ πόρρω δοκεῖμέν μοι αὐτῷ καθέζεσθαι· ὥστε ὥρα λέγειν ὅ, τι τις γιγνώσκει ἄριστον εἶναι.„

ιγ'. Ταῦτ' εἰπὼν, ἐπαύσατο. ἐκ δὲ τούτου ἀνίσαντο οἱ μὲν, ἐκ τοῦ αὐτομάτου, λέξοντες ἃ ἐγίγνωσκον, οἱ δὲ, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐγκέλευσοι, ἐπιδεικνύντες οἷα εἴη ἀπορία, ἄνευ τῆς Κύρου γνώμης, καὶ μένειν καὶ ἀπιέναι.

ιδ'. Εἷς δὲ δὴ εἶπε, προσποιούμενος σπεύδειν ὡς τάχιστα πορεύεσθαι εἰς τὴν Ελλάδα, στρατηγὸς μὲν ἑλέσθαι ἄλλους ὡς τάχιστα, εἰ μὴ βούλεται Κλέαρχος ἀπάγειν· τὰ δ' ἐπιτήδεια ἀγοράζεσθαι, (ἡ δ' ἀγορὰ ἦν ἐν τῷ βαρβαρικῷ στρατεύματι) καὶ συσκευάζεσθαι· ἐλθόντας δὲ Κῦρον αἰτεῖν πλοῖα, ὡς ἀποπλέοιεν· ἐὰν δὲ μὴ διδῷ ταῦτα, ἡγεμόνα αἰτεῖν Κῦρον,

tii: grauiſſimus autem hoſtis illi, cum quo inimicitias exercet. Praeterea copias et pedeſtres, et equeſtres, et nauales habet, quas nos omnes pariter et videmus et nouimus. Nam non longe mihi ab ipſo videmur conſidere. Quapropter tempus eſt indicandi, quod quiſque factu optimum eſſe ſtatuit.

13. Haec loquutus, dicendi finem fecit. Deinceps ſurgebant alii quidem ſua ſponte, ſententiam ſuam expoſituri; alii iuſſu Clearchi, quanta difficultas futura eſſet, demonſtrabant; ſi praeter Cyri voluntatem vel manere, vel diſcedere vellent.

14. Vnus quidam properationem ſimulans, vt quamprimum Graeciam verſus iter faceret, ait quam primum deligendos eſſe praetores alios, ſi Clearchus ipſos recuſaret abducere: commeatum emendum eſſe, (et erat barbarorum in exercitu rerum venalium forum) ac vaſa colligenda. Eundum deinde ad Cyrum, petitum nauigia, quibus aueherentur. Quod ſi ea non daret, poſtulandum ab

Κῦρον, ὅσις ὡς διὰ φιλίας τῆς χώρας ἀπάξει. ἐὰν δὲ μηδὲ ἡγεμόνα διδῷ, συντάττεσθαι τὴν ταχίστην· πέμψαι δὲ καὶ προκατιλήψομένους τὰ ἄκρα, ὅπως μὴ *φθάσωσι μήτε ὁ Κῦρος, μήτε οἱ Κίλικες καταλαβόντες, ὧν πολλοὺς καὶ πολλὰ χρήματα ἔχομεν ἡρπακότες.

ιε'. Οὗτος μὲν δὴ τοιαῦτα εἶπε· μετὰ δὲ τοῦτον Κλέαρχος εἶπε τοσοῦτον· "Ὡς μὲν στρατηγήσοντα ἐμὲ ταύτην τὴν στρατηγίαν, μηδεὶς ὑμῶν λεγέτω· (πολλὰ γὰρ ἑνορῶ, δι' ἃ ἐμοὶ τοῦτο οὐ ποιητέον·) ὡς δὲ τῷ ἀνδρὶ, ὃν ἂν ἕλησθε, πείσομαι ἥ δυνατὸν μάλιστα· ἵνα εἰδῆτε, ὅτι καὶ ἄρχεσθαι ἐπίσταμαι, ὥς τις καὶ ἄλλος μάλιστα ἀνθρώπων."

ις'. "Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος ἀνέστη, ἐπιδεικνὺς μὲν τὴν εὐήθειαν τοῦ τὰ πλοῖα αἰτεῖν κελεύσαντος, ὥσπερ πάλιν στόλον Κύρου μὴ ποιουμένου, ἐπιδεικνὺς δὲ ὡς εὔηθες εἴη, ἡγεμόνα αἰτεῖν παρὰ τούτου, ᾧ λυμαινόμεθα τὴν στρᾶξιν. εἰ δέ

Cyro ducem esse, qui per regionem pacatam eos abduceret. Quod si ne ducem quidem daret, quamprimum struendam esse aciem, ac mittendos, qui montium vertices antecaperent: vt nec Cyrus nos anteuertat occupandis hisce iugis, nec Cilices, quorum permultos habemus, multis cum opibus abreptos.

15. Huiusmodi fuit illius hominis oratio: Post quem Clearchus tantum dixit: Nemo vestrûm dicat mihi de imperatorio munere suscipiendo, quod permulta videam, quamobrem id fieri per me non debeat; sed vt ei, quem vos delegeritis, pro viribus obtemperem: quo videatis, me alterius imperio parendi scientia, nemini mortalium cedere.

16. Post hunc surrexit alius, qui partim eius stoliditatem commonstrabat, qui poscendas naues esse dixerat a Cyro, velut expeditionem aliam deinceps non suscepturo; partim commonstrabat, quam stultum esset, ducem ab eo petere, cuius nos institutum ad nihilum redigimus. Quod si

* Al. βλάψωσι.

δέ τι καὶ τῷ ἡγεμόνι πιστεύσομεν, ᾧ ἂν Κῦρος δῷ, τί κωλύει καὶ τὰ ἄκρα ἡμῖν κελεύειν Κῦρον προκαταλαμβάνειν;

ιζ'. Ἐγὼ γὰρ ἐκείνην μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς αὐταῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ· φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι, ᾧ ἂν δοίη, ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγάγοι, ὅθεν ἐκ οἷόν τε ἔσαι ἐξελθεῖν. βουλοίμην δ' ἄν, ἄκοντος ἀπιὼν Κύρου, λαθὼν αὐτὸν ἀπελθεῖν· ὃ δ' δυνατόν ἐστιν.

ιη'. Ἀλλ' ἔγωγε φημὶ, ταῦτα μὲν φλυαρίας εἶναι· δοκεῖ δέ μοι, ἄνδρας ἐλθόντας πρὸς Κῦρον (οἵτινες ἐπιτήδειοι) σὺν Κλεάρχῳ, ἐρωτᾶν ἐκεῖνον, τί βούλεται ἡμῖν χρήσασθαι. κἂν μὲν ᾖ ἡ πρᾶξις παραπλησία, οἵαπερ καὶ πρότερον ἐχρῆτο τοῖς ξένοις, ἕπεσθαι καὶ ἡμᾶς, καὶ μὴ κακίους εἶναι τῶν πρόσθεν τούτῳ συναναβάντων.

ιθ'. Ἐὰν δὲ μείζων ἡ πρᾶξις τῆς πρόσθεν φαίνηται, καὶ ἐπιπονωτέρα, καὶ ἐπικινδυνωτέρα, ἀξιῶν ἢ πείσαντα ἡμᾶς

si duci fidem habebimus, quem nobis Cyrus dederit, quid vetat quo minus etiam vertices ipsos nobis occupari ab Cyro iubeamus?

17. Equidem naues conscendere, quas ille nobis dederit, plane reformidauero, ne cum ipsis nos triremibus demergat. Itidem sequi ducem metuero, quem ille nobis adiunxerit; ne eos eo ducat, vnde non sit exeundi facultas. Malim inuito Cyro clam discedere, sed hoc fieri nequit.

18. Quamobrem has equidem nugas esse censeo. Quin potius arbitror, debere nonnullos homines idoneos vna cum Clearcho Cyrum conuenire, qui de ipso quaerant, quam ad rem nostra vti opera velit. Quod si nihil a nobis aliud, quam a conductitiis militibus antehac, peteret; sequamur censeo, nec iis ignauiores simus, qui prius irrer hoc cum ipso susceperunt.

19. Sin erit res maior quam prior illa, grauiorisque tum laboris tum periculi; petamus vt vel nos suam in sententiam pertractos secum ducat, vel ipse no-

ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πειθέντα πρὸς φιλίαν ἀφιέναι· ὕτω γὰρ καὶ ἑπόμενοι ἂν φίλοι αὐτῷ καὶ πρόθυμοι ἑποίμεθα, καὶ ἀπιόντες, ἀσφαλῶς ἂν ἀπίοιμεν. ὅ, τι δ' ἂν πρὸς ταῦτα λέγῃ, ἀπαγγεῖλαι δεῦρο· ἡμᾶς δὲ ἀκούσαντας πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι.„

κ'. Εδοξε δὲ ταῦτα. καὶ ἄνδρας ἑλόμενοι σὺν Κλεάρχῳ πέμπουσιν, οἳ ἠρώτων Κῦρον τὰ δόξαντα τῇ στρατιᾷ. ὁ δ' ἀπεκρίνατο, ὅτι ἀκούοι *Αβροκόμαν, ἐχθρὸν ἄνδρα, ἐπὶ τῷ Ευφράτῃ ποταμῷ εἶναι, ἀπέχοντα δώδεκα σταθμούς. πρὸς τοῦτον ὃν ἔφη βούλεσθαι ἐλθεῖν· κἂν μὲν ᾖ ἐκεῖ, τὴν δίκην ἔφη χρῄζειν ἐπιθεῖναι αὐτῷ· ἢν δὲ φεύγῃ, ἡμεῖς ἐκεῖ πρὸς ταῦτα βουλευσόμεθα.

κα'. Ακούσαντες δὲ ταῦτα οἱ αἱρετοὶ, ἀναγγέλλουσι τοῖς στρατιώταις. τοῖς δὲ ὑποψία μὲν ἦν, ὅτι ἄγει πρὸς βασιλέα, ὅμως δὲ ἐδόκει ἕπεσθαι. προσαιτοῦσι δὲ μισθὸν ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι

stram in ſententiam concedens, in regionem pacatam nos dimittat. Sic enim fiet vt, ſiue ſequamur ipſum, amicis et alacribus animis ſequuturi ſimus: ſiue diſcedamus, tuto ſimus diſceſſuri. Quidquid ad haec reſponderit, huc renuntiandum cenſeo; quod vbi nos audierimus, noſtra ad id conſilia facile accommodabimus.

20. Hac ſententia comprobata, lectos homines cum Clearcho mittunt, qui Cyrum de iis, quae decreuerat exercitus, interrogabant. Reſpondebat ille, Audire ſe, hoſtem ſuum Abrocomam ad fluuium Euphratem eſſe, ad quem perueniri caſtris duodecimis poſſit. Aduerſus hunc velle ſe pergere, ac ſi quidem iſtic eum offendat, poenas ſe de ipſo ſumturum: ſin fugae ſe dederit, nos iſtic de re tota conſultabimus.

21. Haec audita militibus illi delecti renuntiant. Milites vero, licet ſuſpicarentur, Cyrum aduerſus regem ducere; tamen ſequendum decernebant. Quumque ſtipendium amplius poſcerent, Cyrus ſe ſalarii priſtini ſeſquiplum daturum

* Al. Αχροκόμαν.

πᾶσι δώσειν ἃ πρότερον ἔφερον, ἀντὶ Δαρεικῶν τρία ἡμιδαρεικὰ τοῦ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ. ὅτι δ' ἐπὶ βασιλέα ἄγοι, οὐδ' ἐνταῦθ' ἦκουεν οὐδείς, ἔν γε τῷ φανερῷ.

ΚΕΦ. δ'.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, ἐπὶ τὸν *Φάρον ποταμόν, οὗ ἦν τὸ εὖρος τρία πλέθρα. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, ἐπὶ τὸν Πύραμον ποταμόν, οὗ τὸ εὖρος στάδιον. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, εἰς Ἰσσούς, τῆς Κιλικίας ἐσχάτην πόλιν, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα.

β'. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· καὶ Κύρῳ παρῆσαν ἐκ Πελοποννήσου νῆες τριάκοντα καὶ πέντε, καὶ ἐπὶ ταύταις ναύαρχος Πυθαγόρας Λακεδαιμόνιος. ἡγεῖτο δ' αὐτῶν Ταμὼς Αἰγύπτιος ἐξ Ἐφέσου, ἔχων ναῦς ἑτέρας Κύρου πέντε καὶ εἴκοσιν, αἷς ἐπολιόρκει Μίλητον, ὅτι

daturum omnibus pollicetur, nimirum pro nummo Darico tres dimidiatos Daricos menſtruos in ſingulos milites. Duci autem ipſos aduerſus regem, ne quidem ibi quiſquam audivit publice.

CAP. IV.

Hinc caſtris alteris, decem paraſangas, ad Pharum flumen pergit, cuius eſt trium plethrorum latitudo. Inde caſtris vnis, paraſangas quinque progreditur, ad Pyramum fluuium, cuius aequat latitudo ſtadium. Inde caſtris ſecundis, xv paraſangas progreſſus, Iſſos, vrbem extremam Ciliciae, maritimam, frequentem incolis, amplam et opulentam, venit.

2. Heic dies tres ſubſtitit, quibus ad Cyrum ex Peloponneſo xxxv naues venere, quarum erat nauarchus Pythagoras Lacedaemonius. Dux earum inde vſque ab Epheſo Tamos Aegyptius erat, qui naues etiam alias Cyri xxv adducebat, quibus Miletum obſederat; quod

* Al. ψάρον· fortaſſis rectius Hutchinſonus Σάρον.

ὅτι Τισσαφέρνη φίλη ἦν, καὶ συνεπολέμει Κύρῳ πρὸς αὐτόν.

γ'. Παρῆν δὲ καὶ Χειρίσοφος ὁ Λακεδαιμόνιος ἐπὶ τῶν νεῶν, μετάπεμπτος ὑπὸ Κύρου, ἑπτακοσίους ἔχων ὁπλίτας, ὧν ἐστρατήγει παρὰ Κύρῳ. αἱ δὲ νῆες ὥρμουν παρὰ τὴν Κύρου σκηνήν. ἐνταῦθα καὶ οἱ παρ' Ἀβροκόμα μισθοφόροι Ἕλληνες ἀποστάντες ἦλθον παρὰ Κῦρον, τετρακόσιοι ὁπλῖται, καὶ συνεστρατεύοντο ἐπὶ βασιλέα.

δ'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, ἐπὶ πύλας τῆς Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας. ἦσαν δὲ ταῦτα δύο τείχη, καὶ τὸ μὲν ἔσωθεν, πρὸ τῆς Κιλικίας, Συέννεσις εἶχε καὶ Κιλίκων φυλακή· τὸ δ' ἔξω, τὸ πρὸ τῆς Συρίας, βασιλέως ἐλέγετο φυλακὴ φυλάττειν. διὰ μέσου δὲ τούτων ῥεῖ ποταμὸς, *Κέρσος ὄνομα, εὖρος πλέθρου. ἅπαν δὲ τὸ μέσον τῶν τειχῶν ἦσαν σταδίοι τρεῖς· καὶ παρελθεῖν οὐκ ἦν βίᾳ. ἦν γὰρ ἡ πάροδος στενὴ, καὶ τὰ τείχη εἰς τὴν θάλατταν καθήκοντα, ὑπερθεν δὲ ἦσαν πέτραι

quod vrbs ea Tiſſapherni ſaverat, aduerſus quem cum Cyro Tamos bellum gerebat.

3. Aderat item iis in nauibus Cheriſophus Lacedaemonius, euocatus a Cyro, cum DCC grauis armaturae militibus, quorum apud Cyrum dux erat. Naues ipſae propter Cyri tentorium appulerunt. Hoc loco etiam ſtipendiarii Graeci CCCC grauis armaturae, qui Abrocomae militabant, ab eo deficiunt, et contra regem ſigna Cyri ſequuntur.

4. Hinc vnius itinere diei, paraſangas quinque conficit, ad portas vſque tum Ciliciae, tum Syriae. Erant hae, duo caſtella: quorum citerius obuerſum Ciliciae, Syenneſis ac Cilicum praeſidium tenebat: vlterius, obuerſum Syriae, dicebatur regis praeſidium cuſtodire. Medio inter haec loco Cerſus amnis fluit, latitudine plethri. Totum vero ſpatium inter caſtella medium, trium erat ſtadiorum, neque tranſiri vi poterat. Nam tranſitus anguſtus erat, ac muri ad mare pertinebant, et ſaxa deſuper

* Al. Κάρσος.

πέτραι ἠλίβατοι. ἐπὶ δὲ τοῖς τείχεσιν ἀμφοτέροις ἐφειστήκεσαν πύλαι.

ε'. Ταύτης ἕνεκα τῆς παρόδου Κῦρος τὰς ναῦς μετεπέμψατο, ὅπως ὁπλίτας ἀποβιβάσειεν ἔσω καὶ ἔξω τῶν πυλῶν, καὶ βιασάμενοι τοὺς πολεμίους παρέλθοιεν, εἰ φυλάττοιεν ἐπὶ ταῖς Συρίαις πύλαις· ὅπερ ᾤετο ποιήσειν τὸν Ἀβροκόμαν ὁ Κῦρος, ἔχοντα πολὺ στράτευμα. Ἀβροκόμας δὲ οὐ τοῦτο ἐποιήσατο, ἀλλ' ἐπεὶ ἤκουσε Κῦρον, ἐν Κιλικίᾳ ὄντα, ἀναστρέψας ἐκ Φοινίκης παρὰ βασιλέα ἀπήλαυνεν, ἔχων, ὡς ἐλέγετο, τριάκοντα μυριάδας στρατιᾶς.

ς'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ Συρίας σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, εἰς Μυριάνδρου, πόλιν οἰκουμένην ὑπὸ Φοινίκων, ἐν τῇ θαλάττῃ. ἐμπόριον δ' ἦν τὸ χωρίον, καὶ ὅρμους αὐτόθι ὁλκάδες πολλαί.

ζ'. Ἐνταῦθ' ἔμειναν ἡμέρας ἑπτά· καὶ Ξενίας ὁ Ἀρκὰς στρατηγὸς, καὶ Πασίων ὁ Μεγαρεὺς, ἐμβάντες εἰς πλοῖον, καὶ τὰ πλείστου ἄξια ἐνθέμενοι, ἀπέπλευσαν

desuper erant inacceſſa. Supra caſtellum vtrumque fauces illae ſiue portae prominebant.

5. Hic erat ille tranſitus, cuius cauſſa naues Cyrus adduci inſſerat; quo tranſmiſſis citra et vltra portas grauis armaturae peditibus, atque hoſtibus loco pulſis, tranſire poſſent, ſi quos forte Syriacas portas praeſidio tuentes reperiſſent. Nam hoc facturum Abrocomam Cyrus, inſtructum magnis copiis, arbitrabatur. Non tamen hoc fecit Abrocomas, ſed quod Cyrum in Cilicia eſſe audierat, relicta Phoenicia, perrexit ad regem cum trecentis hominum millibus, quemadmodum quidem ferebatur.

6. Inde per Syriam vnius itinere diei, paraſangas quinque confecit, Myriandrum vſque Phoenicum vrbem maritimam. Hic locus emporium erat, quo tunc onerariae naues permultae appulerant.

7. Heic ad ſeptimum vſque diem ſubſtiterunt: et dux ille Xenias ex Arcadia, cum Paſione Megarenſi, conſcenſa naui, et in eam maximi pretii rebus impoſitis,

σαν (ὡς μέντοι πλείστοις ἐδόκει) φιλοτιμηθέντες, ὅτι τὰς στρατιώτας αὐτῶν παρὰ Κλέαρχον ἀπελθόντας, ὡς ἀπιόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα πάλιν, καὶ ὑπὲρ βασιλέα, εἶα Κῦρος τὸν Κλέαρχον ἔχειν. ἐπεὶ δ' ἦν ἦσαν ἀφανεῖς, διῆλθεν ὁ λόγος, ὅτι διώκοι αὐτὰς Κῦρος τριήρεσι. καὶ οἱ μὲν εὔχοντο ὡς δολίας ὄντας αὐτὰς ληφθῆναι· οἱ δ' ὤχλειρον εἰ ἀλώσοιντο.

η'. Κῦρος δὲ συγκαλέσας τὰς στρατηγὰς, εἶπεν· "Ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων· ἀλλ' εὖγε μέντοι ἐπιστάσθωσαν, ὅτι ὅτε ἀποδεδράκασιν· (οἶδα γὰρ ὅπη οἴχονται) ὅτε ἀποπεφεύγασιν· ἔχω γὰρ τριήρεις, ὥστε ἑλεῖν τὸ ἐκείνων πλοῖον. ἀλλὰ μὰ τὰς Θεὰς, οὐκ ἔγωγε αὐτὰς διώξω, οὐδὲ ἐρεῖ οὐδείς, ὡς ἐγὼ, ἕως μὲν ἂν παρῇ τις, χρῶμαι· ἐπειδὰν δὲ ἀπιέναι βούληται, συλλαβὼν καὶ αὐτὰς κακῶς ποιῶ, καὶ τὰ χρήματα ἀποσυλῶ. ἀλλὰ ἰόντων ἂν, εἰδέτω ὅτι κακίας εἰσὶ περὶ ἡμᾶς, ἢ ἡμεῖς περὶ ἐκείνας. καί τοι

tis, diſceſſerunt: aemulatione ducti, quemadmodum compluribus videbatur, quod milites ſuos, qui ad Clearchum ſe contulerant, quaſi qui eſſent in Graeciam rediturі, ac non adverſus regem perrecturi, penes Clearchum manere Cyrus permitteret. Quum prorſus ex hominum ſe conſpectu ſubduxiſſent, rumor eſt diditus, quaſi triremibus eos Cyrus perſequeretur; et nonnulli optabant, vt, quia fraude mala egiſſent, caperentur: alii, ne caperentur, ex commiſeratione metuebant.

8. Cyrus autem, collectis ducibus, ait: Deſeruere nos Xenias et Paſion; verum certo ſciant, nec clam ſe fugiſſe, quum egomet, quo ſeceſſerint, norim; nec effugiſſe, quum mihi triremes ſint, quibus ipſorum nauigium capere poſſum. Sed ego ipſos profecto non perſequar, neque quiſquam dicturus eſt, me hominum opera, dum adſunt, vti; poſteaquam abire voluerint, comprehenſos et laedere, et fortunis ſuis ſpoliare. Abeant vero, ac ſe ſciant iniquius nobiscum, quam nos cum ipſis agere. Nam

τοι ἔχω γε αὐτῶν καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας, ἐν Τράλλεσι φερομένα. ἀλλ' ὧδε τούτων φρονήσουσι, ἀλλ' ἀπολήψονται, τῆς πρόσθεν ἕνεκα περὶ ἐμὲ ἀρετῆς.»

θ'. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἶπεν. οἱ δ' Ἕλληνες, εἴ τις καὶ ἀθυμότερος ἦν πρὸς τὴν ἀνάβασιν, ἀκούσαντες τὴν Κύρου ἀρετὴν, ἥδιον καὶ προθυμότερον συνεπορεύοντο. μετὰ δὲ ταῦτα Κῦρος ἐξελαύνει σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμὸν, ὄντα τὸ εὖρος πλέθρου, πλήρη δ' ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων, οὐδὲ τοὺς περιστερεάς. αἱ δὲ κῶμαι ἐν αἷς ἐσκήνουν, Παρυσάτιδος ἦσαν, *εἰς ζωὴν δεδομέναι.

ι'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα, ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ **Δαράδακος ποταμοῦ, οὗ τὸ εὖρος πλέθρου. ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Βελέσιος βασίλεια, τοῦ Συρίας ἄρξαντος, καὶ παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλὸς, ἔχων πάντα, ὅσα ὧραι φύουσι. Κῦρος

Nam equidem ipsorum et liberos et vxores Trallibus praesidio septos habeo, quibus ipsis [illegible] non carebunt, sed virtutem [illegible]a me pristinae condonabunt.

9. Haec Cyrus ait. At e Graecis, si qui erant minus ad expeditionem alacri animo, perspecta ipsius virtute, lubentius et alacrius eum sequebantur. Post haec Cyrus castris quartis, parasangas viginti ad Chalum fluuium, cuius erat vnius plethri latitudo, progreditur. Erat is magnis manuetisque piscibus refertus, quos Syri pro Diis habebant, neque laedi eos patiebantur, sicuti ne columbas quidem. Vici, in quibus castra metabantur, Paryssatidi erant ad vitae sumtus attributi.

10. Hinc castris quintis, parasangas triginta, ad Daradacis fluvii fontes pergit, cuius erat vnius plethri latitudo. Heic Belesis erat regia, qui Syriae cum imperio praefuerat, et ingens admodum eleganſque hortus, quo continebantur omnia, quaecunque anni tempora proferunt. Hunc

* Alii malunt εἰς ζώνην.

** Al. Δάρδητος.

Κῦρος δ' αὐτὸν ἐξέκοψε, καὶ τὰ βασίλεια κατέκαυσεν.

ια'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, ὄντα τὸ εὖρος τετ∫άρων σταδίων. καὶ πόλις αὐτόθι ὠκεῖτο, μεγάλη καὶ εὐδαίμων, Θάψακος ὄνοματι. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας πέντε· καὶ Κῦρος μεταπεμψάμενος τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἔλεγεν, ὅτι ἡ ὁδὸς ἔσοιτο πρὸς βασιλέα μέγαν, εἰς Βαβυλῶνα, καὶ κελεύει αὐτοὺς λέγειν ταῦτα τοῖς στρατιώταις, καὶ ἀναπείθειν ἕπεσθαι.

ιβ'. Οἱ δὲ, πεισάντες ἐκκλησίαν, ἀπήγγελλον ταῦτα· οἱ δὲ στρατιῶται ἐχαλέπαινον τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἔφασαν αὐτοὺς πάλαι ταῦτα εἰδότας κρύπ∫ειν. καὶ οὐκ ἔφασαν ἰέναι, ἂν μή τις αὐτοῖς χρήματα διδῷ, ὥσπερ καὶ τοῖς προτέροις μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι παρὰ τὸν πατέρα τὸν Κύρου, καὶ ταῦτα, οὐκ ἐπὶ μάχην ἰόντων, ἀλλὰ καλοῦντος τοῦ πατρὸς Κῦρον.

ιγ'. Ταῦτα οἱ στρατηγοὶ ἀπήγγελλον. ὁ δ' ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν πέντε ἀργυρίου μνᾶς, ἐπὰν εἰς

Hunc Cyrus excidit, et regiam cremauit.

11. Inde caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad Euphratem fluuium procedit, cuius erat quatuor ſtadiorum latitudo. Ibidem vrbs ampla et locuples erat, cui nomen Thapſacus. Heic dies quinque ſunt commorati, et Cyrus arceſſitis Graecorum ducibus, iter hoc inſtitui Babylonem aiebat aduerſus magnum regem, idque tum dici militibus iubet, tum perſuaderi eisdem, vt ſequerentur.

12. Illi, coacta concione, quum haec renuntiarent, milites ducibus ſuccenſebant, et aiebant haec ipſos dudum perſpecta habuiſſe, atque occultaſſe. Negabant itidem progreſſuros ſe, niſi data pecunia, quae illis Graecis data fuiſſet, qui cum Cyro ad patrem prius iter fecerant; praeſertim quum illi nullam ad pugnam exiiſſent, ſed patre Cyrum arceſſente.

13. Haec Cyro renuntiant duces, qui ſe in ſingulos daturum minas argenti quinque pollicetur,

εἰς Βαβυλῶνα ἥξωσι, καὶ τὸν μισθὸν ἐντελῆ, μέχρις ἂν καταστήσῃ τὰς Ἕλληνας εἰς Ἰωνίαν πάλιν. τὸ μὲν δὴ πολὺ τῷ Ἑλληνικῷ ὧδε ἐπείθη. Μένων δὲ, πρὶν δῆλον εἶναι τί ποιήσουσιν οἱ ἄλλοι στρατιῶται, πότερον ἕψονται Κύρῳ, ἢ ὄ, συνέλεξε τὸ αὑτῷ στράτευμα χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ ἔλεξε τάδε·

ιδ'. "Ανδρες, ἐὰν ἐμοὶ πειθῆτε, ὥτε κινδυνεύσαντες, ὥτε πονήσαντες, τῶν ἄλλων πλέον προτιμήσεσθε στρατιωτῶν ὑπὸ Κύρου. τί οὖν κελεύω ποιῆσαι; νῦν δεῖται Κῦρος ἕπεσθαι τὰς Ἕλληνας ἐπὶ βασιλέα. ἐγὼ οὖν φημὶ ἡμᾶς χρῆναι διαβῆναι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, πρὶν δῆλον εἶναι, ὅ, τι οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἀποκρινοῦνται Κύρῳ. ἢν μὲν γὰρ ψηφίσωνται ἕπεσθαι, ὑμεῖς δόξετε αἴτιοι εἶναι, ἄρξαντες τοῦ διαβαίνειν, καὶ ὡς προθυμοτάτοις ὑμῖν ὄσι χάριν εἴσεται Κῦρος, καὶ ἀποδώσει· (ἐπίσαται δ' εἴ τις καὶ ἄλλος·) ἢν δ' ἀποψηφίσωνται οἱ ἄλλοι, ἄπιμεν μὲν πάντες

tur, quamprimum Babylonem veniſſent; itemque ſtipendium integrum, tamdiu, donec ipſos in Ioniam reduxiſſet. Huic conditioni bona Graecorum pars acquieuit. Menon autem prius quam pateret, quid milites caeteri facturi eſſent, ſequuturine Cyrum, an non; copias ſuas ſeorſum cogit, et hac eos oratione compellat.

14. Si mihi parueritis, milites, nullo nec periculo, nec labore veſtro conſequemini, vt maiori vos Cyrus honore, quam caeteros milites, afficiat. Quid ergo faciundum cenſeo? Rogat nunc Cyrus, vt aduerſus regem ſe Graeci ſequantur. Ego vero aio debere nos Euphratem fluuium traiicere, prius quam quid reliqui Graeci reſponſuri Cyro ſint, conſtet. Quod ſi decreverint, ſequendum eſſe; vos illi totius rei auctores extitiſſe videbimini, a quibus traiiciendi factum fuerit initium: atque adeo gratiam vobis Cyrus, vt gratificandi ſibi ſtudioſiſſimis, habebit ac referet; quod quidem, ſi quiſquam alius, ipſe certe facere nouit. Sin caeteri ſecus ſtatuerint, vniverſi

πάντες εἰς τὄμπαλιν· ὑμῖν δ' ὡς μόνοις πειθομένοις, πιστοτάτοις χρήσεται καὶ εἰς φρούρια καὶ εἰς λοχαγίας, καὶ ἄλλο ὅ τινος ἂν δέησθε, οἶδα ὅτι ὡς φίλοι τεύξεσθε Κύρου.

ιε'. Ακούσαντες ταῦτα, ἐπείθοντο, καὶ διέβησαν, πρὶν τοὺς ἄλλους ἀποκρίνασθαι. Κῦρος δ' ἐπεὶ ἤσθετο διαβεβηκότας, ἤδη τε, καὶ τῷ στρατεύματι πέμψας Γλοῦν, εἶπεν· "Εγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες, ἤδη ὑμᾶς ἐπαινῶ. ὅπως δὲ καὶ ὑμεῖς ἐμὲ ἐπαινέσητε, ἐμοὶ μελήσει, ἢ μηκέτι με Κῦρον νομίζετε."

ις'. Οἱ μὲν δὴ στρατιῶται, ἐν ἐλπίσι μεγάλαις ὄντες, εὔχοντο αὐτὸν εὐτυχῆσαι· Μένωνι δὲ καὶ δῶρα ἐλέγετο πέμψαι μεγαλοπρεπῆ. ταῦτα δὲ ποιήσας, διέβαινε· συνείπετο δὲ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτῷ ἅπαν· καὶ τῶν διαβαινόντων τὸν ποταμὸν ὐδεὶς ἐξέχθη ἀνωτέρω τῶν μαθῶν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ.

ιζ'. Οἱ δὲ Θαψακηνοὶ ἔλεγον, ὅτι ὐ πώποθ' οὗτος ὁ ποταμὸς

versi quidem domum reuertemur; sed vos tamen, vt solos dicto audientes, fidissimorum loco habebit, et ad praesidia, et ad praefecturas cohortium; ac si quidem aliud etiam quid fuerit, quod requiretis, scio vos ab Cyro, vestri studioso, impetraturos.

15. Quae quum illi audissent, obtemperabant; ac prius, quam alii responderent, traiiciebant. Quos vbi Cyrus transmisisse animaduerteret, magnam voluptatem cepit, ac statim ad eas copias Glun cum his verbis misit: Equidem vos iam laudo, verum vt vos vicissim me laudetis, mihi curae erit, aut pro Cyro me non amplius habebitis.

16. Milites magna spe concepta, fausta felicia que ipsi omnia precabantur. Menoni etiam magnifica munera missse ferebatur. Quibus peractis, et ipse transmittebat, et vniuersus eum exercitus sequebatur; ac nemo ex iis, qui amnem traiiciebant, supra mamillas madefactus fuit.

17. Affirmabant Thapsaceni, nunquam alias id flumen pedibus

ταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ, εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ πλοίοις· ἀ τότε Αβροκόμας προϊὼν κατέκαυσεν, ἵνα μὴ Κῦρος διαβῇ. ἐδόκει δὲ θεῖον εἶναι, καὶ σαφῶς ὑποχωρῆσαι τὸν ποταμὸν Κύρῳ, ὡς βασιλεύσοντι.

ιή. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Συρίας σαθμοὺς ἐννέα, παρασάγγας πεντήκοντα, καὶ ἀφικνεῖται πρὸς τὸν Ἀράξην ποταμόν. ἐνταῦθα ἦσαν κῶμαι πολλαὶ, μεσταὶ σίτου καὶ οἴνου. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο.

ΚΕΦ. ε΄.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Ἀραβίας, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, σαθμοὺς ἐρήμους πέντε, παρασάγγας τριάκοντα καὶ πέντε. ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ ἦν μὲν ἡ γῆ πεδίον, ἅπαν ὁμαλὸν ὥσπερ θάλατ∫α, ἀψινθίου δὲ πλῆρες· εἰ δέ τι καὶ ἄλλο ἐνῆν ὕλης ἢ καλάμου, ἅπαντα ἦσαν εὐώδη, ὥσπερ ἀρώματα.

β΄. Δένδρον δ' οὐδὲν ἐνῆν· θηρία δὲ, πλεῖστοι μὲν οἱ ἄγριοι ὄνοι,

bus tranſmiſſum fuiſſe, quam hoc tempore: quippe quod nauigiis tantum traiiciatur, quae praecedens ante ipſos Abrocomas exuſſerat, ne Cyrus traiiceret. Res quidem ipſa diuinitus accidere viſa eſt, quaſi fluuius ipſe Cyro regnaturo cederet.

18. Deinceps per Syriam progreditur caſtris IX, paraſangas L, et ad Araxem fluuium perueniunt. Heic vici multi erant, frumento et vino referti. Quamobrem triduum ibidem haerent, et commeatum comparant.

CAP. V.

Hinc per Arabiam, quum Euphratem haberet ad dextram, caſtris quinque, paraſangas XXXV per ſolitudinem conficit. Hoc loco planities tota maris inſtar aequabilis erat, abſinthio plena. Si quid aliud habebat vel fruticeti, vel arundinum, ea vero vniuerſa inſtar aromatum erant fragrantia.

2. Arbor quidem certe nulla erat. Ex feris habebat ſylueſtres

ὄνοι, ὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθοὶ αἱ μεγάλαι· ἐνῆσαν δὲ καὶ ὠτίδες καὶ δορκάδες· ταῦτα δὲ τὰ θηρία οἱ ἱππεῖς ἐδίωκον ἐνίοτε. καὶ οἱ μὲν ὄνοι, ἐπεί τις διώκοι, προδραμόντες ἀνεισήκεσαν· (πολὺ γὰρ τῶ ἵππω θᾶττον ἔτρεχον) καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος, ταυτὰ ἐποίουν· ὥστε ὐκ ἦν λαβεῖν, εἰ μὴ διασάντες οἱ ἱππεῖς θηρῶεν διαδεχόμενοι τοῖς ἵπποις. τὰ δὲ κρέα τῶν ἁλισκομένων ἦν παραπλήσια τοῖς ἐλαφείοις, ἀπαλώτερα δέ.

γ'. Στρουθὸν δὲ ὐδεὶς ἔλαβεν· οἱ δὲ διώξαντες τῶν ἱππέων ταχὺ ἐπαύοντο· πολὺ γὰρ ἀπέπτα ἀποφεύγουσα, τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἄρασα, ὥσπερ ἱστίῳ χρωμένη. τὰς δὲ ὠτίδας, ἄν τις ταχὺ ἀνίσῃ, ἔστι λαμβάνειν· πέτονται γὰρ βραχύ, ὥσπερ πέρδικες, καὶ ταχὺ ἀπαγορεύουσι. τὰ δὲ κρέα αὐτῶν ἥδιστα ἦν.

δ'. Πορευόμενοι δὲ διὰ ταύτης τῆς χώρας, ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν Μασκᾶν ποταμὸν, τὸ εὖρος πλεθριαῖον. ἐνταῦθα

asinos quamplurimos, ac ſtruthiocamelos grandes haud paucos. Erant heic et otides et damae. Atque has feras equites nonnunquam inſectabantur. Aſini quidem iſti, ſi quis perſequeretur, praecurrebant, ac deinde reſtitabant, quod multo velocius equo currerent; et rurſus equo propius accedente, idem factitabant. Itaque capi non poterant, niſi ex interuallo diſtarent equites, atque aliis alii ſuccedentes, eos venando vrgerent. Si quae caperentur, carnes habebant ceruinis quidem illas conſimiles, ſed aliquanto teneriores.

3. Struthiocamelum nemo cepit, adeoque qui perſequuti eos fuerant equites, cito deſierunt. Nam volando fugiebat, quum et pedum curſu, et alis expanſis pro velo vteretur. Otidas, ſi quis celeriter ſuſcitet, licet capere. Nam breue ad interuallum, tanquam perdices, volant, et celeriter defatigantur. Carnes harum ſuauiſſimae erant.

4. Facto per hanc regionem itinere, ad Maſcam fluuium perueniunt, cuius erat latitudo plethri

ἐνταῦθα ἦν πόλις ἐρήμη μεγάλη, ὄνομα δὲ αὐτῇ Κορσωτή, περιεῤῥεῖτο δὲ αὕτη ὑπὸ τῦ Μασκᾶ κύκλῳ. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσατο τὸ στράτευμα.

ε'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς ἐρήμους τρισκαίδεκα, παρασάγγας ἐνενήκοντα, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, καὶ ἀφικνεῖται ἐπὶ πύλας. ἐν τούτοις τοῖς σταθμοῖς πολλὰ τῶν ὑποζυγίων ἀπώλετο ὑπὸ τῦ λιμῦ· ἡ γὰρ ἦν χόρτος, οὐδὲ ἄλλο δένδρον ὀφθὲν, ἀλλὰ ψιλὴ ἦν ἅπασα ἡ χώρα. οἱ δὲ ἐνοικῦντες, ὄνους ἀλέτας περὶ τὸν ποταμὸν ὀρύττοντες, καὶ ποιῦντες, εἰς Βαβυλῶνα ἦγον καὶ ἐπώλων, καὶ ἀνταγοράζοντες σῖτον ἔζων.

ς'. Τὸ δὲ στράτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε, καὶ πρίασθαι οὐκ ἦν, εἰ μὴ ἐν τῇ Λυδίᾳ ἀγορᾷ, ἐν τῷ Κύρου βασιλικῷ, τὴν καπίθην ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων, τεττάρων σίγλων. ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιοβόλιον Ἀττικούς. ἡ δὲ καπίθη δύο χοίνικας Ἀττικὰς ἔχωρει.

thri vnius. Heic vrbs erat ampla quidem illa, ſed deſerta, cui nomen Corſote, et quam Maſcas vndique circumfluebat. Manſerunt hoc loco triduum, et exercitui frumentatione proſpiciebatur.

5. Hinc caſtris decimis tertiis, per loca deſerta, paraſangas nonaginta conficit, Euphratem fluuium ad dextram retinens, et ad portas ſiue fauces montium peruenit. In his ſtationibus multa iumenta fame peribant. Nam neque pabulum heic erat, neque vlla vſquam arbor; ſed regio vniverſa nuda erat et vacua. Incolae vero lapides molares propter flumen effodiebant, et formatos, Babylonemque vectos vendebant; proque hoc pretio frumento comparato, vitam ſuſtinebant.

6. Iam frumentum milites defecerat, neque coëmendi eius facultas erat reliqua, niſi in foro Lydio, illorum barbarorum in caſtris, qui Cyrum ſequebantur: vbi farinae capitha ſiclis quatuor vendebatur. Siclus ſeptem Atticis obolis et ſemiſſe valet, ac duos choenices Atticos capitha continebat.

ἐχώρει. κρέα ἂν ἐθίοντες οἱ στρατιῶται διεγίγνοντο.

ζ'. Ἦν δὲ τούτων τῶν σταθμῶν, ὡς πάνυ μακρὰς ἤλαυνεν, ὁπότε ἢ πρὸς ὕδωρ βάλοιτο διατελέσαι, ἢ πρὸς χιλόν. καὶ δή ποτε στενοχωρίας καὶ πηλοῦ φανέντος ταῖς ἁμάξαις δυσπορεύτου, ἐπέσχε ὁ Κῦρος σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ἀρίστοις καὶ εὐδαιμονεστάτοις, καὶ ἔταξε Γλοῦν καὶ Πίγρητα, λαβόντας τοῦ βαρβαρικοῦ στρατοῦ συνεκβιβάζειν τὰς ἁμάξας.

η'. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκουν αὐτῷ σχολαίως ποιεῖν, ὥσπερ ὀργῇ ἐκέλευσε τοὺς περὶ αὐτὸν Πέρσας τοὺς κρατίστους συνεπισπεῦσαι τὰς ἁμάξας. ἔνθα δή μέρος τι τῆς εὐταξίας ἦν θεάσασθαι. ῥίψαντες γὰρ τοὺς πορφυροῦς κάνδυς, ὅπου ἕκαστος ἔτυχεν ἑστηκὼς, ἵεντο, (ὥσπερ ἂν δρόμοι τις περὶ νίκης,) καὶ μάλα κατὰ πρανοῦς γηλόφου, ἔχοντες τούτους τε τοὺς πολυτελεῖς χιτῶνας, καὶ τὰς ποικίλας ἀναξυρίδας· ἔνιοι δὲ καὶ

nebat. Quamobrem ſe carnibus milites ſuſtentabant.

7. Et nonnullae ex his ſtationibus admodum longo ex interuallo diſtabant, quoties vel ad aquam, vel ad pabulum peruenire ſuos volebat. Quin aliquando, quum vias anguſtas, lutumque offenderent, quod a plauſtris penetrari non poſſet, Cyrus cum eis, quos ſecum habebat praeſtantiſſimos et fortunatiſſimos, reſtitit; ac Glun Pigretemque cum barbarorum copiis, extrahere de luto plauſtra iuſſit.

8. Quum autem illi hoc lente Cyro facere viderentur, quaſi indignabundus, ſumma penes ſe auctoritate Perſas currus expedire celeriter coniunctis operis mandabat. Heic vero non omnino nullum parentis imperio modeſtiae indicium videre licuiſſet. Nam purpureis veſtibus, quas candyas vocant, abiectis eo loco, quo forte quilibet ſtabat, quaſi quiſpiam de victoria curreret, collem admodum etiam praecipitem ſubibant; quum magni pretii tunicas haberent, et variis coloribus caligas,

καὶ στρεπτὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλλια ἐπὶ τῶν χειρῶν. εὐθὺς δὲ σὺν τούτοις εἰσπηδήσαντες εἰς τὸν πηλὸν, θᾶττον ἢ ὥς τις ἂν ᾤετο, μετεώρους ἐξεκόμισαν τὰς ἁμάξας.

θ'. Τὸ δὲ σύμπαν, δῆλος ἦν Κῦρος σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδὸν, καὶ ὁ διατρίβων, ὅπως μὴ ἐπισιτισμοῦ ἕνεκα, ἢ τινὸς ἄλλης ἀναγκαίας ἐκαθέζετο· νομίζων, ὅσῳ μὲν ἂν θᾶττον ἔλθοι, τοσούτῳ ἀπαρασκευαστέρῳ βασιλεῖ μαχεῖσθαι, ὅσῳ δὲ σχολαιότερον, τοσούτῳ πλέον βασιλεῖ συναγείρεσθαι στράτευμα. καὶ συνιδεῖν δ' ἦν τῷ προσέχοντι τὸν νοῦν, ἡ βασιλέως ἀρχὴ πλήθει μὲν χώρας καὶ ἀνθρώπων ἰσχυρὰ οὖσα, τῷ δὲ μήκει τῶν ὁδῶν, καὶ τῷ διεσπάσθαι τὰς δυνάμεις, ἀσθενὴς, εἴ τις διὰ ταχέων τὸν πόλεμον ποιοῖτο.

ί. Πέραν δὲ τοῦ Εὐφράτου, κατὰ τὰς ἐρήμους σταθμὰς, ἦν πόλις εὐδαίμων καὶ μεγάλη, ὄνομα δὲ Καρμάνδη· ἐκ ταύτης οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐπιτήδεια, σχεδίαις

gas, nonnulli etiam torques circa collum, et circum manus armillas. Nihilominus ſtatim cum his in lutum inſilientes, citius opinione cuiuſquam, plauſtra in ſublime ſublata exportabant.

9. Ad ſummam, res ipſa declarabat, Cyrum itineri feſtinationem addere, neque diutius vſquam haerere, niſi frumentationis vel alterius neceſſariae rei cauſſa alicubi ſubſiſteret. Exiſtimabat enim, tanto ſe imparatiore cum rege dimicaturum, quanto celerius ipſe acceſſiſſet: quanto autem tardius, tanto maiores regi copias coactum iri. Neque non intelligere poterat, quicunque rem attentius conſideraret, regis imperium, regionis quidem illud amplitudine, hominumque copia firmum eſſe: verum et ob itinerum prolixitatem, et quia copiae hinc inde diuulſae ſint, idem illud imbecillum eſſe, ſi quis celeriter bellum gerat.

10. Vltra Euphratem, verſus illas ſtationes deſertas, tum opulenta tum magna vrbs erat, cui nomen Carmanda. Ex hac ſibi milites commeatum comparabant,

σχεδίαις διαβαίνοντες ὧδε· διφθέρας, ἃς εἶχον σεγάσματα, ἐπίμπλασαν χόρτου κύφου· εἶτα συνῆγον καὶ συνέσπων, ὡς μὴ ἅπτεσθαι *τῆς κάρφης τὸ ὕδωρ. ἐπὶ τούτων διέβαινον, καὶ ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια, οἶνόν τε ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος, καὶ σῖτον μελίνης. τοῦτο γὰρ ἦν ἐν τῇ χώρᾳ πλεῖστον.

ια'. Ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐνταῦθα τῶν τε τοῦ Μένωνος στρατιωτῶν καὶ τοῦ Κλεάρχου, ὁ Κλέαρχος κρίνας ἀδικεῖν τὸν τοῦ Μένωνος, πληγὰς ἐνέβαλεν· ὁ δ' ἐλθὼν πρὸς τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, ἔλεγεν. ἀκούσαντες δ' οἱ στρατιῶται, ἐχαλέπαινον, καὶ ὠργίζοντο ἰσχυρῶς τῷ Κλεάρχῳ.

ιβ'. Τῇ δ' αὐτῇ ἡμέρᾳ Κλέαρχος ἐλθὼν ἐπὶ τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκεῖ κατασκεψάμενος τὴν ἀγορὰν, ἀφιππεύει ἐπὶ τὴν αὐτοῦ σκηνὴν διὰ τοῦ Μένωνος στρατεύματος, σὺν ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτόν. Κῦρος δ' ὅπω ἦκεν, ἀλλ' ἔτι προσήλαυνε. τῶν δὲ Μένωνος στρατιωτῶν ξύλα

dum ratibus, opera tumultuaria confectis, in hunc modum traiiciebant: Pelles eas, quibus vtebantur pro tegumentis, leui foeno referciebant; ac deinde futuris arctius iunctis prohibebant, ne aqua pertingere ad paleas poſſet. His ergo traiiciebant, commeatumque comportabant; videlicet vinum ex palmulis factum, et panici frumentum. Nam huius in ea regione maxima erat copia.

11. Caeterum orta inter Menonis et Clearchi milites hoc loco controuerſia, Clearchus Menonis militem, iudicio ſuo illatae reum iniuriae, verberibus caedi iuſſit. Is ad exercitum ſuum reuerſus, rem exponit. Quo milites cognito, moleſte ferebant, et Clearcho ſuccenſebant grauiter.

12. Eodem die Clearchus, quum ad traiectum fluminis acceſſiſſet, foro venalium rerum ibidem inſpecto, ad tabernaculum ſuum per Menonis caſtra cum ſuis perpaucis equo reuehebatur. Cyrus autem nec dum venerat, ſed adhuc erat in itinere, vt accederet. Quum vero quidam e Menonis militibus ligna

* Al. κορυφῆς.

ξύλα σχίζων τις, ὡς εἶδε τὸν Κλέαρχον διελαύνοντα, ἵησι τῇ ἀξίνῃ. καὶ ὅτος μὲν αὐτῦ ἥμαρτεν, ἄλλος δὲ λίθῳ, καὶ ἄλλος· εἶτα πολλοὶ, κραυγῆς γενομένης.

ιγ'. Ο δὲ καταφεύγει εἰς τὸ ἑαυτῦ στράτευμα, καὶ εὐθὺς παραγγέλλει εἰς τὰ ὅπλα, καὶ τὰς μὲν ὁπλίτας ἐκέλευσεν αὐτῦ μεῖναι, τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ γόνατα θέντας· αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰς Θρᾴκας καὶ τὰς ἱππέας, οἳ ἦσαν αὐτῷ ἐν τῷ στρατεύματι πλείους ἢ τετταράκοντα, (τούτων δ' οἱ πλεῖστοι Θρᾷκες) ἤλαυνεν ἐπὶ τὰς Μένωνος, ὥστε ἐκείνους ἐκπεπλῆχθαι, καὶ αὐτὸν Μένωνα, καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ ὅπλα. οἱ δὲ καὶ ἔσασαν ἀποῤῥῦντες τῷ πράγματι.

ιδ'. Ο δὲ Πρόξενος (ἔτυχε γὰρ ὕστερον προσιὼν, καὶ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν) εὐθὺς ὧν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων, ἔθετο τὰ ὅπλα, καὶ ἐδεῖτο τῦ Κλεάρχυ μὴ ποιεῖν ταῦτα. ὁ δὲ ἐχαλέπαινεν, ὅτι αὐτῦ ὀλίγυ δεήσαντος καταλευσθῆναι, πρᾴως λέγοι τὸ αὐτῦ πάθος· ἐκέλευέ τε αὐτὸν ἐκ τῦ μέσυ ἐξίσασθαι.

ιε'. Εν

ligna ſcinderet, viſo Clearcho, qui eques tranſiret, ſecurim in eum coniicit, et ab illo quidem hic aberrat: verum alius eum lapide petebat, et item alius, excitatoque clamore permulti.

13. Clearchus ſua in caſtra fuga elabitur, ac ſtatim arma capi mandat, grauiſque armaturae militibus iſtic ſubſiſtere iuſſis, et ante pedes ſcuta collocare; cum Thracibus et equitibus ipſe, quos in agmine ſuo ſupra quadraginta habebat, et eos maxima ex parte Thraces, ſic aduerſus Menonis milites prouehitur, vt et illi vna cum ipſo Menone terrore perculſi ad arma concurrerent. Stabant autem nonnulli, incerti prorſus quid agerent.

14. Proxenus autem, qui tandem forte cum grauis armaturae militum acie acceſſerat, ſtatim ductis inter vtroſque copiis, arma deponebat †, et Clearchum rogabat, ne haec faceret. Ferebat ille grauiter, quod, cum parum abfuiſſet, quin lapidibus obrutus periiſſet, lenibus verbis acerbum caſum ſuum extenuaret. Denique de medio excederet, iubebat.

 15. In-

† Al. armatus conſtitit, ſ. armis rite diſpoſitis conſtitit.

ιε'. Εν τούτῳ δὲ, ἐπεὶ ἦκε Κῦρος, καὶ ἐπύθετο τὸ πρᾶγμα, εὐθὺς ἔλαβε τὰ ὅπλα εἰς τὰς χεῖρας, καὶ σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πλείστων *ἦκεν ἐλαύνων εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει ὧδε· "Κλέαρχε, καὶ Πρόξενε, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρόντες Ἕλληνες, οὐκ ἴστε ὅ, τι ποιεῖτε. εἰ γάρ τινα ἀλλήλοις μάχην συνάψετε, νομίζετε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐμέ τε κατακεκόψεσθαι, καὶ ὑμᾶς οὐ πολὺ ἐμοῦ ὕστερον· κακῶς γὰρ τῶν ἡμετέρων ἐχόντων, πάντες ὅτοι, οὓς ὁρᾶτε, βάρβαροι πολεμιώτεροι ἡμῖν ἔσονται τῶν παρὰ βασιλεῖ ὄντων." ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο, καὶ παυσάμενοι ἀμφότεροι κατὰ χώραν ἔθεντο τὰ ὅπλα.

ΚΕΦ. ς'.

Ἐντεῦθεν προϊόντων, ἐφαίνετο ἴχνη ἵππων καὶ κόπρος· εἰκάζετο δὲ εἶναι ὁ σῖτος ὡς δισχιλίων ἵππων. ὅτοι προϊόντες ἔκαιον καὶ χιλὸν, καὶ εἴ τι ἄλλο χρήσιμον

15. Interea quum aduenisset Cyrus, ac rem totam percepisset, mox sumtis in manus armis, vna cum maxima illorum manu, qui aderant, in medium aduehitur, et huiusmodi quaedam inquit: Nescitis plane, quid agatis, Clearche, tuque Proxene, ac Graeci caeteri, qui adestis. Nam si proelio inter vos congrediemini, existimare debetis, et me hoc ipso die, et vos non multo post, ad internecionem caesum iri. Nam si non recte nostrae res affectae fuerint, omnes hi barbari, quos cernitis, nobis infensiores erunt; quam ii qui regis partes tuentur. Quae verba quum Clearchus audiisset, ad se rediit; et ambo, facto irascendi fine, arma (*suo loco*) deponebant.

CAP. VI.

Inde quum procederent, ex equorum vestigiis et stercore, quae conspiciebantur, coniecturam faciebant, fuisse istic iter tritum pedibus equorum ad duo millia. Hi praeeundo, tum pabulum, tum si quid aliud esset vsui

* Muretus vult: ἐν τοῖς πλείοσι τῶν παρόντων. Hutchinsonus coniicit: Περσῶν, pro πλείστων.

σιμον ἦν. Ὀρόντας δὲ Πέρσης ἀνὴρ, γένει τε προσήκων βασιλεῖ, καὶ τὰ *πολέμια λεγόμενος ἐν τοῖς ἀρίστοις Περσῶν, ἐπιβουλεύει Κύρῳ, καὶ πρόσθεν πολεμήσας.

β'. Καταλλαγεὶς δὲ ἔτος Κύρῳ, εἶπεν· εἰ αὐτῷ δοίη ἱππέας χιλίους, ὅτι τοὺς προκατακαίοντας ἱππέας ἢ κατακαίνοι ἂν ἐνεδρεύσας, ἢ ζῶντας πολλοὺς αὐτῶν ἕλοι, καὶ κωλύσειε τῷ καίειν ἐπιόντας, καὶ ποιήσειεν ὥστε μή ποτε δύνασθαι αὐτοὺς, ἰδόντας τὸ Κύρου στράτευμα, βασιλεῖ διαγγεῖλαι. τῷ δὲ Κύρῳ ἀκούσαντι ταῦτα ἐδόκει ὠφέλιμα εἶναι· καὶ ἐκέλευεν αὐτὸν λαμβάνειν μέρος παρ' ἑκάστου τῶν ἡγεμόνων.

γ'. Ὁ δὲ Ὀρόντας, νομίσας ἑτοίμους αὐτῷ εἶναι τοὺς ἱππέας, γράφει ἐπιστολὴν παρὰ βασιλέα, ὅτι ἥξοι ἔχων ἱππέας ὡς ἂν δύνηται πλείστους· ἀλλὰ φράσαι τοῖς ἑαυτοῦ ἱππεῦσιν ἐκέλευεν, ὡς φίλιον αὐτὸν ὑποδέχεσθαι. ἐνῆν δ' ἐν τῇ ἐπιστολῇ καὶ τῆς πρόσθεν φιλίας ὑπομνήματα, καὶ πίστεως.

vsui futurum, exurebant. Erat quidam Orontas Persa, qui genere familiam regis attingebat, et inter Persas rerum bellicarum peritia excellere ferebatur. Is Cyro insidias facere instituit, atque etiam ante hoc tempus arma contra Cyrum ceperat.

2. Tamen modo reconciliatus, aiebat; si mille sibi equites traderet, aut, structis insidiis, equites illos incendiis omnia vastantes se interemturum, aut multos in potestatem suam vivos redacturum; prohibiturumque, ne accedendo reliqua incenderent; facturum denique ne vlli vnquam renuntiare regi possent, quod vidissent Cyri exercitum. Quae quum audiisset Cyrus, visa ei sunt e re sua futura. Quamobrem iussit, vt a singulis ducibus copiarum partem acciperet.

3. Orontes, qui existimaret, paratos sibi equites fore, literas ad regem scribit, venturum se cum equitatu quam posset maximo: saltem dici iuberet equitibus suis, vt se tanquam amicum exciperent. Eadem in epistola pristinam regi amicitiam ac fidem in memoriam

* Al. verius: πολεμικὰ.

πίστεως. ταύτην τὴν ἐπιστολὴν δίδωσι πιστῷ ἀνδρὶ, ὡς ὤετο.

δ'. Ὁ δὲ λαβὼν, Κύρῳ δείκνυσιν. ἀναγνὺς δὲ αὐτὴν Κῦρος, συλλαμβάνει Ὀρόντην, καὶ συγκαλεῖ εἰς τὴν αὐτῦ σκηνὴν Περσῶν τὺς ἀρίστυς τῶν περὶ αὐτὸν ἑπτά· καὶ τὺς τῶν Ἑλλήνων στρατηγὺς ἐκέλευεν ὁπλίτας ἀγαγεῖν, τύτυς δὲ θέσθαι τὰ ὅπλα περὶ τὴν αὐτῦ σκηνήν. οἱ δὲ ταῦτα ἐποίησαν, ἀγαγόντες ὡς τρισχιλίυς ὁπλίτας.

ε'. Κλέαρχον δὲ καὶ εἴσω παρεκάλεσε σύμβυλον, ὅς γε καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει προτιμηθῆναι μάλιστα τῶν Ἑλλήνων. ἐπεὶ δ' ἐξῆλθεν, ἐξήγγειλε τοῖς φίλοις τὴν κρίσιν τῦ Ὀρόντυ, ὡς ἐγένετο. ὃ γὰρ ἀπόῤῥητον ἦν. ἔφη δὲ Κῦρον ἄρχειν τῦ λόγυ ὧδε·

ς'. "Παρεκάλεσα ὑμᾶς, ἄνδρες φίλοι, ὅπως σὺν ὑμῖν βυλευόμενος ὅ, τι δικαιότατον καὶ πρὸς Θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων, τῦτο πράξω περὶ Ὀρόντυ τυτυί. τῦτον γὰρ πρῶτον

reuocabat, eamque homini, quemadmodum ipse existimabat, fideli tradebat.

4. Is quum primum eam accepisset, Cyro ostendit: qui ea lecta, comprehendit Orontam; et ad tabernaculum suum Persas septem, auctoritate apud se praestantissimos, arcessit; Graecorumque duces iubet grauis armaturae milites adducere, qui cum armis tabernaculum suum circumsisterent. Parebant illi, circiterque militum armaturae grauis tria millia ducebant.

5. Clearchum intro vocatum etiam in consilium adhibebat, quod is tum ipsi, tum caeteris, Graecos longe dignitate videretur antecellere. Quumque post ille de tabernaculo exisset, quo pacto de Oronta iudicium factum fuisset, amicis narrabat: quippe qui rem silentio tegere iussus non esset. Aiebat autem, Cyrum fecisse dicendi principium huiusmodi quoddam:

6. Equidem vos, amici, huc aduocari volui, quo de vestri consilii sententia, de hoc Oronta id statuam, quod et ad Deos, et ad homines aequissimum fuerit. Hunc primum

pater

πρῶτον μὲν ὁ ἐμὸς πατὴρ ἔδωκεν ὑπήκοον ἐμοὶ εἶναι. ἐπεὶ δὲ ταχθεὶς, ὡς ἔφη αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ, ὅτος ἐπολέμησεν ἐμοὶ, ἔχων τὴν ἐν Σάρδεσιν ἀκρόπολιν, καὶ ἐγὼ αὐτὸν προσπολεμῶν ἐποίησα, ὥστε δόξαι τούτῳ τοῦ πρὸς ἐμὲ πολέμου παύσασθαι, καὶ δεξιὰν ἔλαβον καὶ ἔδωκα.

ζ'. Μετὰ ταῦτα, ἔφη, ὦ Ὀρόντα, ἔστιν ὅ, τι σε ἠδίκησα; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔ. πάλιν ὁ Κῦρος ἠρώτα· ἀκοῦν ὕστερον, ὡς αὐτὸς σὺ ὁμολογεῖς, οὐδὲ ὑπ' ἐμοῦ ἀδικούμενος, ἀποστὰς εἰς Μυσοὺς, κακῶς ἐποίεις τὴν ἐμὴν χώραν ὅ, τι ἐδύνω; ἔφη ὁ Ὀρόντης. ἀκοῦν, ἔφη ὁ Κῦρος, ὁπότ' αὖ ἔγνως τὴν σεαυτοῦ δύναμιν, ἐλθὼν ἐπὶ τὸν τῆς Ἀρτέμιδος βωμὸν, μεταμεμελῆσθαί σοι ἔφησθα, καὶ πείσας ἐμὲ, πιστὰ πάλιν ἔδωκάς μοι, καὶ ἔλαβες παρ' ἐμοῦ; καὶ ταῦθ' ὁμολογεῖ ὁ Ὀρόντης.

η'. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀδικηθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, νῦν τοτρίτον ἐπιβουλεύων μοι φανερὸς γέγονας; εἰπόντος δὲ τοῦ Ὀρόντου

pater meo ſub imperio eſſe voluit. Poſtea fratris mei iuſſu, quemadmodum ipſe faſſus eſt, aduerſum me arma cepit, Sardium arce occupata. Ego vero bello hominem perſequens, effeci, vt abſtinendum ſibi a bello aduerſus me putaret; adeoque dextram ipſi et dedi, et accepi.

7. Poſt haec, ait, vllane te iniuria affeci, Oronta? Quum is reſpondiſſet, Nulla; rurſus interrogabat Cyrus: Ergo deinceps, vti quidem ipſe profiteris, nihil a me laeſus, nonne facta ad Myſos defectione, agrum meum, quacunque ratione poteras, infeſtum habuiſti? Factum, Orontes ait. Ergo quum rurſus, quae tuae vires eſſent, agnoſceres; nonne ad aram Dianae acceſſiſti, ac poenituiſſe te facinoris tui dixiſti, mihique perſuaſo fidem dediſti, et accepiſti? Haec itidem Orontes faſſus eſt.

8. Quanam igitur, ait Cyrus, affectus a me iniuria, tertium modo mihi deprehenſus es inſidias ſtruere? Quum nulla ſe affectum Orontes iniuria diceret,

τι ὅτι ἀδὲν ἀδικηθεὶς, ἠρώτησεν ὁ Κῦρος αὐτὸν, ὁμολογεῖς ἂν περὶ ἐμὲ ἄδικος εἶναι; ἦ γὰρ ἀνάγκη, ἔφη ὁ Ὀρόντης. ἐκ τούτου πάλιν ἠρώτησεν ὁ Κῦρος· ἔτι ἂν ἂν γένοιο τῷ ἐμῷ ἀδελφῷ πολέμιος, ἐμοὶ δὲ καὶ φίλος καὶ πιστός; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι ἀδ' εἰ γενοίμην, ὦ Κῦρε, σοί γ' ἂν ἔτι ποτὲ δόξαιμι.

θ'. Πρὸς ταῦτα ὁ Κῦρος εἶπε τοῖς παροῦσιν· ὁ μὲν ἀνὴρ τοιαῦτα μὲν πεποίηκε, τοιαῦτα δὲ λέγει· ὑμῶν δὲ σὺ πρῶτος, ὦ Κλέαρχε, ἀπόφηναι γνώμην ὅ, τι σοι δοκεῖ. Κλέαρχος δὲ εἶπε τάδε· Συμβουλεύω ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι ὡς τάχιστα· ὡς μηκέτι δέοι τοῦτον φυλάττεσθαι, ἀλλὰ σχολὴ ἡμῖν, τὸ κατὰ τοῦτον εἶναι, τοὺς ἐθέλοντας φίλους τούτους εὖ ποιεῖν.„

ι'. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους προσθέσθαι. μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην, ἐπὶ θανάτῳ, ἅπαντες ἀναστάντες, καὶ οἱ συγγενεῖς. εἶτα δὲ ἐξῆγον αὐτὸν οἷς προσετάχθη. ἐπεὶ δὲ εἶδον

ret, Cyrus eum interrogat: Ergone te fateris in me iniurium esse? Id quidem necesse est, ait Orontes. Tum rursum Cyrus: Etiamne deinceps fratri meo hostis fueris, mihique amicus et fidus? Cui ille: Tametsi maxime sim, respondit: tibi tamen, Cyre, non amplius fidus videbor.

9. Ad quae verba Cyrus iis, qui aderant, ait: Hic quidem huiusmodi tum fecit, tum fatetur: vestrûm vero tu primus dicito, Clearche, sententiam tuam. Et Clearchus: Equidem censeo, ait, hunc hominem quamprimum e medio tollendum esse, ne deinceps necesse sit ab ipso nos cauere; sed otium nobis sit, quod hunc attinet, de iis, qui amici nobis esse volunt, bene promerendi.

10. Ad hanc sententiam Clearchus aiebat et caeteros accessisse. Post haec surgentes vniuersi, atque in his etiam propinqui hominis, Cyro sic iubente, cum iudicio necis, zonam Orontae prehenderunt. Deinde quibus hoc negotii datum erat, ipsum educebant: quem quum viderent ii, qui

prius

εἶδον αὐτὸν οἵπερ πρόσθεν προσεκύνουν, καὶ τότε προσεκύνησαν, καίπερ εἰδότες ὅτι ἐπὶ θανάτῳ ἄγοιτο.

ια'. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἀρταπάτα σκηνὴν εἰσήχθη, τοῦ πιστοτάτου τῶν Κύρου σκηπτούχων, μετὰ ταῦτα οὔτε ζῶντα Ὀρόντην, οὔτε τεθνεῶτα οὐδεὶς πώποτε εἶδεν, οὐδ' ὅπως ἀπέθανεν οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν. εἰκαζον δ' ἄλλοι ἄλλως. τάφος δ' οὐδεὶς πώποτε αὐτοῦ ἐφάνη. —

ΚΕΦ. ζ'.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Βαβυλωνίας σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας δώδεκα. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ σταθμῷ Κῦρος ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐν τῷ πεδίῳ, περὶ μέσας νύκτας· (ἐδόκει γὰρ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἕω ἥξειν βασιλέα σὺν τῷ στρατεύματι μαχούμενον) καὶ ἐκέλευε Κλέαρχον μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως ἡγεῖσθαι, Μένωνα δὲ τὸν Θετταλὸν τοῦ εὐωνύμου· αὐτὸς δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διετάττε.

β'. Μετὰ

prius eum ſummiſſe venerabantur, etiam tunc eundem illi venerationis honorem exhibebant, tametſi hominem duci ad mortem intelligerent.

11. Poſteaquam introductus in Artapatae, quo Cyrus vno ſceptrigerorum fidelisſimo vtebatur, tabernaculum fuiſſet; nemo deinceps Orontam vel viuum vel mortuum vnquam vidit, aut dicere certo potuit, quo pacto extinctus eſſet; aliter aliis ſuſpicantibus. Ne quidem vnquam ſepulchri ipſius vllum veſtigium extitit.

CAP. VII.

Inde per agrum Babyloniam caſtris tertiis, paraſangas XII conficit. Quum caſtra tertia metatus eſſet, tam Graecas quam barbaras copias in planitie luſtrabat, idque nocte media: exiſtimabat enim regem poſtridie mane, ineundi proelii cauſſa, cum copiis adfuturum. Et Clearchum quidem dextrum cornu ducere iubet: Menonem Theſſalum, ſiniſtrum. Suos ſtruebat ipſe.

2. Poſtea-

β'. Μετὰ δὲ τὴν ἐξέτασιν, ἅμα τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, αὐτόμολοι παρὰ μεγάλου βασιλέως ἥκοντες ἀπήγγελλον Κύρῳ περὶ τῆς βασιλέως στρατιᾶς. Κῦρος δὲ συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς τῶν Ἑλλήνων, συνεβούλευε τότε, πῶς ἂν τὴν μάχην ποιοῖτο· καὶ αὐτοὺς *παρῄνει θαῤῥύνων τοιάδε·

γ'. Ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἀνθρώπων ἀπορῶν βαρβάρων συμμάχους ὑμᾶς ἄγω, ἀλλὰ νομίζων ἀμείνονας καὶ κρείττους πολλῶν βαρβάρων ὑμᾶς εἶναι, διὰ τοῦτο προσελαβόμην. ὅπως ἂν ἔσεσθε ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἐλευθερίας, ἧς κέκτησθε, καὶ ὑπὲρ ἧς ὑμᾶς ἐγὼ εὐδαιμονίζω. εὖ γὰρ ἴσθε, ὅτι τὴν ἐλευθερίαν ἑλοίμην ἂν ἀντὶ ὧν ἔχω πάντων καὶ ἄλλων πολλαπλασίων.

δ'. Ὅπως δὲ εἰδῆτε εἰς οἷον ἔρχεσθε ἀγῶνα, ἐγὼ ὑμᾶς διδάξω. τὸ μὲν πλῆθος πολύ, καὶ πολλῇ κραυγῇ ἐπίασιν· ἂν δὲ ταῦτα ἀνάσχησθε, τἆλλα καὶ αἰσχύνεσθαί μοι

2. Posteaquam lustratae copiae fuissent, aderant postridie magno a rege transfugae, qui de exercitu regis Cyro nuntios adferebant. Is, aduocatis Graecorum praetoribus, et cohortium praefectis, quo pacto pugnam institueret, consultabat; simulque cohortatus ipsos, huiusmodi verbis fiduciam addebat:

3. Ego vos, Graeci, non quod barbarorum mihi deesset copia, socios belli huc adduxi; sed quod praestare multis vos barbaris existimarem, idcirco mecum sumendos putaui. Quamobrem date quaeso operam, vt vos eos exhibeatis, qui libertate, quam obtinetis, et cuius gratia vos equidem beatos arbitror, digni sitis. Nam scire vos volo, me libertatem rebus vniuersis anteferre, quas possideo, multoque etiam maioribus aliis.

4. Verum vt intelligatis, quale vobis in certamen sit descendendum; rem omnem vobis aperiam. Hostium multitudo ingens est, et ingenti cum clamore aduersarios invadunt. Quae si pertuleritis, quoad caetera pudet me dicere,

* Al. αὐτοὺς.

μοι δοκῶ οἵους ἡμῶν γνώσεσθε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ ὄντας ἀνθρώπους. ὑμῶν δὲ ἀνδρῶν ὄντων, καὶ εὐτόλμων γενομένων, ἐγὼ ὑμῶν τὸν μὲν οἴκαδε βουλόμενον ἀπιέναι τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν, πολλοὺς δ' οἴμαι ποιήσειν τὰ παρ' ἐμοὶ αἱρήσεσθαι ἀντὶ τῶν οἴκοι.„

ε'. Ἐνταῦθα Γαυλίτης παρὼν, Φυγὰς Σάμιος, πιστὸς δὲ Κύρῳ, εἶπε· "καὶ μὴν, ὦ Κῦρε, λέγουσί τινες, ὅτι πολλὰ ὑπισχνῇ νῦν, διὰ τὸ ἐν τοιούτῳ εἶναι τοῦ κινδύνου τοῦ προσιόντος· ἂν δ' εὖ γένηταί τι, οὐ μεμνῆσθαί σε· ἔνιοι δὲ, οὐδ' εἰ μέμνησό τε καὶ βούλοιο, δύνασθαι ἂν ἀποδοῦναι, ὅσα ὑπισχνῇ.„

ς'. Ἀκούσας ταῦτα ἔλεξεν ὁ Κῦρος· "ἀλλ' ἔστι μὲν ἡμῖν, ὦ ἄνδρες, ἡ ἀρχὴ ἡ πατρῴα, πρὸς μὲν τὴν μεσημβρίαν, μέχρις οὗ διὰ καύματα οὐ δύνανται οἰκεῖν οἱ ἄνθρωποι· πρὸς δὲ ἄρκτον, μέχρις ὅτου διὰ χειμῶνα. τὰ δ' ἐν μέσῳ τούτων ἅπαντα σατραπεύουσιν οἱ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ φίλοι. ἢν δ' ἡμεῖς νικήσωμεν,

dicere, quales esse nostros in his terris homines experiemini. Vos si, vt viri estis, etiam audentes vosmet exhibueritis: faciam, vt, quicunque domum redire voluerit, ciuibus suis suspiciendus redeat: quamquam etiam effecturum me arbitrer, vt multi rebus patriis oblatas a me rationes sint anteposituri.

5. Heic quum Gaulites quidam Samius exul adesset, Cyro fidus: Atqui, ait, nonnulli te dicunt, Cyre, multa polliceri hoc tempore, quod tali verseris in periculo, eoque iam imminente. Sed si fortuna prospera vtare, nullius te rei memorem fore. Nonnulli etiam aiunt te, si et memineris, et velis, minime tamen posse praestare, quae te praestaturum polliceare.

6. Quae quum Cyrus audisset: Nobis, inquit, paternum regnum, milites, pertingit versus meridiem ad ea loca, in quibus caloris caussa homines habitare nequeunt; versus septentriones ad ea, in quibus nemo hyemis caussa habitat. Quae his interiecta sunt omnia, fratris amici, satraparum cum titulo et potestate, obtinent. Quod si nos vicerimus,

μεν, ὑμᾶς δεῖ τὰς ἡμετέρας φίλας τούτων ἐγκρατεῖς ποιῆσαι. ὥστε καὶ τοῦτο δέδοικα, μὴ οὐκ ἔχω ὅ, τι δῶ ἑκάστῳ τῶν φίλων, ἂν εὖ γένηται, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἔχω ἱκανοὺς, οἷς δῶ. ὑμῶν δὲ τῶν Ἑλλήνων καὶ στέφανον ἑκάστῳ χρυσοῦν δώσω.»

ζ'. Οἱ δὲ, ταῦτα ἀκούσαντες, αὐτοί τε ἦσαν πολὺ προθυμότεροι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήγγελλον. εἰσήεσαν δὲ παρ' αὐτὸν οἵ τε στρατηγοὶ, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τινὲς, ἀξιοῦντες εἰδέναι, τί σφίσιν ἔσται, ἐὰν κρατήσωσιν. ὁ δὲ, ἐμπιπλὰς ἁπάντων τὴν γνώμην, ἀπέπεμπε.

η'. Παρεκελεύοντο δ' αὐτῷ πάντες, ὅσοιπερ διελέγοντο, μὴ μάχεσθαι, ἀλλ' ὅπισθεν ἑαυτῶν τάττεσθαι. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ Κλέαρχος ὧδέ πως ἤρετο Κῦρον· "οἴει γάρ σοι, ὦ Κῦρε, μαχεῖσθαι τὸν ἀδελφόν; νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, εἴπερ γε Δαρείου καὶ Παρυσάτιδός ἐστι παῖς, καὶ ἐμὸς ἀδελφὸς, οὐκ ἀμαχεὶ ταῦτα ἐγὼ λήψομαι."

θ'. Ευ-

vicerimus, vos amicos noſtros his per me potiri aequum eſt. Quapropter non eſt quod metuam, ne, quod amicis ſingulis largiar, ſi quidem res ſucceſſerint, habeam: ſed ne non ſatis multos habiturus ſim, quibus dem. Vobis quidem Graecis etiam coronam ſingulis auream dabo.

7. Quae quum illi audiſſent, non ſolum ſuo nomine multo alacriores erant, ſed eadem aliis quoque renuntiabant. Ingreſſi deinde ad ipſum partim duces, partim quidam de Graecis caeteris, ſcire cupiebant, quid eſſent habituri, ſi vincerent. Hos omnes Cyrus, animis ſpe refertis, dimittit.

8. Quotquot autem cum ipſo colloquerentur, hortabantur eum, ne proeliaretur ipſe, ſed poſt aciem ſuam ſubſiſteret. Atque hoc ipſo tempore Clearchus eum interrogabat, in hanc ſententiam: Exiſtimaſne, Cyre, fratrem tuum proelio tecum decertaturum? Profecto, inquit Cyrus, ſiquidem Darii et Paryſatidis filius eſt, et frater meus, non ſine proelio equidem haec conſequar.

9. Cae-

θ'. Ενταῦθα δὴ ἐν τῇ ξοπλισίᾳ ἀριθμὸς ἐγένετο τῶν μὲν Ελλήνων, ἀσπὶς μυρία καὶ τετρακοσία· πελτασταὶ δὲ δισχίλιοι καὶ *τετρακόσιοι· τῶν δὲ μετὰ Κύρου Βαρβάρων δέκα μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. τῶν δὲ πολεμίων ἐλέγοντο εἶναι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια. ἄλλοι δὲ ἦσαν ἑξακισχίλιοι ἱππεῖς, ὧν **Αρταγέρσης ἦρχεν· οἵτοι δὲ πρὸ αὐτοῦ βασιλέως τεταγμένοι ἦσαν.

ί. Τοῦ δὲ βασιλέως στρατεύματος ἦσαν ἄρχοντες, καὶ στρατηγοὶ, καὶ ἡγεμόνες τέτταρες, τριάκοντα μυριάδων ἕκαστος, ***Αβροκόμας, Τισσαφέρνης, Γωβρύας, Αρβάκης. τούτων δὲ παρεγένοντο ἐν τῇ μάχῃ ἐνενήκοντα μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Αβροκόμας γὰρ ὑστέρησε τῆς μάχης ἡμέρας πέντε, ἐκ Φοινίκης ἐλαύνων. ταῦτα δὲ ἤγγελλον πρὸς Κῦρον οἱ αὐτομολήσαντες ἐκ τῶν πολεμίων παρὰ μεγάλου βασιλέως πρὸ τῆς μάχης· καὶ μετὰ τὴν μάχην οἱ ὕστερον ἐλήφθησαν τῶν πολεμίων, ταῦτα ἤγγελλον.

ια'. Εντεῦ-

9. Caeterum quum exercitus armaretur, censa sunt Graecorum CCIↃↃ et CCCC, qui scutati erant; cetratorum, IICIↃ et CCCC. Barbarorum, qui Cyro militabant, erant CCCIↃↃↃ, currus falcati fere XX. Hostium numerus esse ferebatur duodecies centena millia, currus falcati CC. Item equitum millia sex, quibus Artagerses cum imperio praeerat; et hi ante regem dispositi erant.

10. Regiarum copiarum imperatores, et praetores, et duces quatuor, trecentis millibus singuli praeerant, Abrocomas, Tissaphernes, Gobryas, Arbaces. Verum ex hac multitudine tantum noningenta millia proelio interfuerunt, et currus falcati CL. Nam Abrocomas serius ex Phoenicia venit, nimirum die quinto a pugna. Etenim haec Cyro renuntiabant transfugae quidam, qui e castris magni Regis ante proelium excesserant: et qui, commisso iam proelio, deinceps intercepti fuerunt, eadem commemorabant.

11. Hinc

* Al. πενταχόσιοι. ** Al. Ανταγέρσης.
*** Al. Αμροκόμας, Τισσ. Γοβρύας, Αρκάβης.

ια'. Ἐντεῦθεν δὲ Κῦρος ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας τρεῖς, συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι παντὶ, καὶ τῷ Ἑλληνικῷ καὶ τῷ βαρβαρικῷ. ᾤετο γὰρ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ μαχεῖσθαι βασιλέα. κατὰ γὰρ μέσον τὸν σταθμὸν τοῦτον τάφρος ἦν ὀρυκτὴ, βαθεῖα, τὸ μὲν εὖρος ὀργυιαὶ πέντε, τὸ δὲ βάθος ὀργυιαὶ τρεῖς.

ιβ'. Παρετέτατο δὲ ἡ τάφρος ἄνω διὰ τοῦ πεδίου ἐπὶ δώδεκα παρασάγγας, μέχρι τοῦ Μηδίας τείχους. ἔνθα δὴ εἰσὶν αἱ διώρυχες ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ ῥέουσαι. εἰσὶ δὲ τέτταρες, τὸ μὲν εὖρος πλεθριαῖαι, βαθεῖαι δὲ ἰσχυρῶς, καὶ πλοῖα πλεῖ ἐν αὐταῖς σιταγωγά. εἰσβάλλουσι δὲ εἰς τὸν Εὐφράτην, διαλείπουσι δὲ ἑκάστη παρασάγγην, γέφυραι δὲ ἔπεισιν.

ιγ'. Ἦν δὲ παρ' αὐτὸν τὸν Εὐφράτην πάροδος στενὴ, μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς τάφρου, ὡς εἴκοσι ποδῶν τὸ εὖρος. ταύτην δὲ τὴν τάφρον βασιλεὺς μέγας ποιεῖ ἀντὶ ἐρύματος, ἐπειδὴ πυνθάνετο Κῦρον προσελαύνοντα. ταύτην δὴ τὴν πάροδον Κῦρός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρῆλθε, καὶ

11. Hinc Cyrus caſtris vnis, paraſangas tres progreditur, quum copias vniuerſas, tum Graecas tum barbaras, inſtructas duceret. Nam hoc die regem proelium commiſſurum exiſtimabat. Etenim non longius quam dimidii diei itinere foſſa aberat alta, latitudine quinque orgyarum, altitudine trium.

12. Ea per campos ſurſum verſus ad paraſangas XII, nimirum vſque ad Mediae caſtellum, porrigebatur. Quo loco ſunt aluei numero quatuor, latitudine plethri, profunditate ingenti; qui ex Tigri fluuio deriuantur, atque etiam naues in eis agi frumentariae poſſunt. Iidem in Euphratem influunt, et paraſangae interuallo diſtant inter ſe, pontibuſque ſtrati ſunt.

13. Propter ipſum Euphratem tranſitus erat arctus, inter fluuium ac foſſam, latitudine fere XX pedum. Hanc foſſam magnus Rex pro munimento fecit, poſteaquam inaudiſſet, Cyrum cum exercitu aduentare. Sed tranſitum hunc Cyrus cum exercitu ſuperauit, atque

καὶ ἐγένοντο εἴσω τῆς τάφρου. ταύτῃ μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐμαχέσατο βασιλεύς, ἀλλ' ὑποχωρούντων φανερὰ ἦσαν καὶ ἵππων καὶ ἀνθρώπων ἴχνη πολλά.

ιδ'. Ἐνταῦθα Κῦρος Σιλανὸν καλέσας τὸν Ἀμβρακιώτην μάντιν, ἔδωκεν αὐτῷ Δαρεικοὺς τρισχιλίους, ὅτι τῇ ἑνδεκάτῃ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας πρότερον *θυόμενος, εἶπεν αὐτῷ, ὅτι βασιλεὺς οὐ μαχεῖται δέκα ἡμερῶν. Κῦρος δ' εἶπεν· οὐκ ἄρα ἔτι μαχεῖται, εἰ μὴ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις μαχεῖται. ἐὰν δ' ἀληθεύσῃς, ὑπισχνοῦμαί σοι δέκα τάλαντα. τοῦτο τὸ χρυσίον τότε ἀπέδωκεν, ἐπεὶ παρῆλθον αἱ δέκα ἡμέραι.

ιε'. Ἐπεὶ **τῇ τάφρῳ οὐκ ἐκώλυε βασιλεὺς τὸ Κύρου στράτευμα διαβαίνειν, ἔδοξε καὶ Κύρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπεγνωκέναι τοῦ μαχεῖσθαι· ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ Κῦρος ἐπορεύετο ἠμελημένως μᾶλλον. τῇ δὲ τρίτῃ ἐπί τε τοῦ ἅρματος καθήμενος τὴν πορείαν ἐποιεῖτο, καὶ ὀλίγους ἐν τάξει ἔχων πρὸ αὐτοῦ· τὸ δὲ πολὺ αὐτῷ ἀνατεταραγμένον ἐπορεύετο,

atque intra foſſam ſeſe recepit. Ac Rex quidem eo die pugnam non commiſit, ſed tum equorum tum hominum retrocedentium multa veſtigia manifeſto cernebantur.

14. Heic Cyrus, arceſſito Silano Ambraciota vate, Daricis eum mille donauit, quod Cyro, die ante eum diem vndecimo, conſultis prius extis, dixiſſet, regem diebus decem proximis proelium non commiſſurum. Quo tempore Cyrus reſpondit, non amplius ſubiturum aleam proelii, ſi diebus iis non proeliaretur. Quod ſi tu verum dixeris, decem tibi talenta polliceor. Quapropter quum dies illi x. praeteriiſſent, aurum hoc ei tunc dedit.

15. Rex vbi Cyri copias foſſam traiicere non prohiberet, viſum eſt Cyro et caeteris, ipſum pugnandi conſilium abieciſſe. Quamobrem poſtridie Cyrus negligentius iter faciebat. Die tertio etiam in curru ſedens proficiſcebatur, paucis acie inſtructa praeeuntibus. Ipſum militum vulgus, confu-

* Al. πυθόμενος.

** Al. forte melius: ἐπεὶ δ' ἐπὶ τῇ etc. *vbi vero iuxta foſſam rex Cyri copias tranſitu non prohiberet etc.*

ἐπορεύετο, καὶ τῶν ὅπλων τοῖς στρατιώταις πολλὰ ἐπὶ ἁμαξῶν καὶ ὑποζυγίων ἤγετο.

ΚΕΦ. η'.

Καὶ ἤδη τε ἦν ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν, καὶ πλησίον ἦν ὁ στάθμος, ἔνθα ἔμελλε καταλύσειν, ἡνίκα Παταγύας ἀνὴρ Πέρσης, τῶν ἀμφὶ Κῦρον *πιστὸς, προφαίνεται ἐλαύνων κατὰ κράτος ἱδρῶντι τῷ ἵππῳ, καὶ εὐθὺς πᾶσιν, οἷς ἐνετύγχανεν, ἐβόα καὶ βαρβαρικῶς καὶ Ἑλληνικῶς, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι πολλῷ προσέρχεται, ὡς εἰς μάχην παρεσκευασμένος.

β'. Ἐνθα δὴ πολὺς τάραχος ἐγένετο. αὐτίκα γὰρ ἐδόκουν οἱ Ἕλληνες, καὶ πάντες δὲ, ἀτάκτοις σφίσιν ἐπιπεσεῖσθαι. καὶ Κῦρός τε καταπηδήσας ἐκ τοῦ ἅρματος τὸν θώρακα ἐνέδυ, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας ἔλαβε, τοῖς τε ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλεν ἐξοπλίζεσθαι, καὶ καθίσασθαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ τάξιν ἕκαστον.

γ'. Ἐνθα

sis copiis pergebat, ac plerique in plaustris et iumentis arma vehebant.

CAP. VIII.

Iamque adeo id temporis erat, quo forum frequenti hominum turba refertum esse consueuit, et locus erat in proximo, quo metatis castris subsistere volebat; quum Patagyas Persa, vir ex familiaribus imprimis Cyro fidus, aduehi totis viribus e longinquo conspicitur equo sudante, statimque ad omnes, in quos incideret, clamabat tum barbaricis tum Graecis verbis, regem magno cum exercitu aduentare, paratum proelio congredi.

2. Tum vero tumultus ingens exortus est, Graecis et caeteris omnibus futurum existimantibus, vt in ipsos non instructos statim irrueret. Atque Cyrus etiam e curru desiliens loricam induebat, equoque conscenso, et arreptis trigulis, denuntiabat vniuersis, vt arma caperent, et suo quisque se loco sisteret.

3. Ibi

* Al. πιστῶν.

γ'. Ενθα δὴ σὺν πολλῇ σπουδῇ καθίσαντο, Κλέαρχος μὲν τὰ δεξιὰ τοῦ κέρατος ἔχων, πρὸς τῷ Ευφράτῃ ποταμῷ, Πρόξενος δὲ ἐχόμενος· οἱ δ' ἄλλοι, μετὰ τοῦτον· Μένων δὲ, καὶ τὸ στράτευμα, τὸ εὐώνυμον κέρας εἶχε τῶν Ελληνικῶν. τῶν δὲ βαρβαρικῶν, ἱππεῖς μὲν Παφλαγόνες εἰς χιλίους παρὰ Κλέαρχον ἔστασαν ἐν τῷ δεξιῷ, καὶ τὸ Ελληνικὸν πελτασικόν· ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ, Αριαῖός τε ὁ Κύρου ὕπαρχος, καὶ τὸ ἄλλο βαρβαρικόν.

δ'. Κῦρος δὲ, καὶ ἱππεῖς μετ' αὐτοῦ ἑξακόσιοι, *κατὰ τὸ μέσον, ὡπλισμένοι θώραξι μεγάλοις, καὶ παραμηριδίοις, καὶ κράνεσι πάντες, πλὴν Κύρου· Κῦρος δὲ ψιλὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν μάχην καθίστατο. λέγεται δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πέρσας ψιλαῖς ταῖς κεφαλαῖς ἐν τῷ πολέμῳ διακινδυνεύειν. οἱ δ' ἵπποι ἅπαντες, οἱ μετὰ Κύρου, εἶχον καὶ προμετωπίδια καὶ προστερνίδια· εἶχον δὲ καὶ μαχαίρας οἱ ἱππεῖς Ελληνικάς.

ε'. Καὶ ἤδη τε ἦν μέσον ἡμέρας, καὶ ὔπω καταφανεῖς ἦσαν οἱ πολέμιοι. ἠνίκα δὲ δείλη ἐγένετο, ἐφάνη κονιορτὸς,

3. Ibi tum impigre conſtiterunt; Clearchus quidem ad cornu dextrum propter Euphratem fluuium, cui Proxenus contiguus erat, ac poſt eum ſtabant caeteri: laeuum cornu Graecarum copiarum obtinebat Menon, et ipſius agmen. De barbaris, equites mille Paphlagones ad dextrum cornu, propter Clearchum ſteterunt, itemque Graeci, qui ceteris vtebantur. In cornu ſiniſtro Ariaeus, Cyri praefectus, cum barbaricis copiis erat.

4. Cyrus cum equitibus 600 in medio, qui omnes grandibus loricis muniti erant, et femorum tegumentis, et galeis: vnus Cyrus nudo capite, pugnam expectans conſtitit. Aiunt caeteros etiam Perſas capitibus nudis aleam proelii ſubire. Habebant et equi omnes, in exercitu Cyri, frontium pectorumque munimenta, et equites ipſi gladios Graecos.

5. Iam meridies erat, nec hoſtes adhuc conſpiciebantur. Verum vbi poſtmeridianum tempus appetiiſſet, puluis quidam viſus

* Deſideratur in aliis ed. κατὰ τὸ μέσον.

τὸς, ὥσπερ νεφέλη λευκὴ, χρόνῳ δὲ * συχνῷ ὕστερον, ὥσπερ μελανία τις ἐν τῷ πεδίῳ ἐπιπολύ. ὅτε δὲ ἐγγύτερον ἐγίγνοντο, τάχα δὴ καὶ χαλκός τις ἠστραπτε, καὶ αἱ λόγχαι, καὶ αἱ τάξεις καταφανεῖς ἐγίγνοντο.

ς'. Καὶ ἦσαν ἱππεῖς μὲν λευκοθώρακες ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τῶν πολεμίων· (Τισσαφέρνης ἐλέγετο τούτων ἄρχειν) ἐχόμενοι δὲ τούτων, γερροφόροι· ἐχόμενοι δὲ ὁπλῖται σὺν ποδήρεσι ξυλίναις ἀσπίσιν· (Αἰγύπτιοι δὲ ἔτοι ἐλέγοντο εἶναι) ἄλλοι δὲ ἱππεῖς· ἄλλοι τοξόται. πάντες δὲ ἔτοι κατὰ ἔθνη, ἐν πλαισίῳ πλήρει ἀνθρώπων ἕκαστον ἔθνος ἐπορεύετο.

ζ'. Πρὸ δ' αὐτῶν, ἅρματα διαλείποντα συχνὸν ἀπ' ἀλλήλων, τὰ δρεπανηφόρα λεγόμενα. εἶχον δὲ τὰ δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντύχοιεν. ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις

visus est, tanquam nubes albicans, et tempore magno interiecto, tanquam nigredo quaedam, diu totum campum occupauit. Quum propius accessissent, statim et aes fulsit, et hastae, et ordines palam conspiciebantur.

6. Ac laeua quidem in parte copiarum hostilium equites erant, loricis albis induti: quibus cum imperio praeesse Tissaphernes perhibebatur. His erant proximi, qui scuta Persica gestabant; succedebant gravis armaturae pedites, cum scutis ligneis, ad pedes vsque tendentibus, qui esse ferebantur Aegyptii. Succedebant et alii tum equites, tum sagittarii. Atque hi omnes per gentes dispositi, agminibus quadratis, iisque plenis, singillatim incedebant.

7. Praeibant currus, qui magnis a se distabant interuallis, et falcati appellabantur. Ii falces habebant, ab ipsis axibus in obliquum porrectas, et sub curruum sellis in terram spectantes, vt, in quamcunque rem incidissent, eam discinderent. Erat autem hoc ipsis consilii, quod currus hos in ordines

* Al. ὀ συχνῷ.

τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακωλύοντων.

η'. Ὁ μέντοι Κῦρος εἶπεν, ὅτε καλέσας παρεκελεύετο τοῖς Ἕλλησι τὴν κραυγὴν τῶν βαρβάρων ἀνασχέσθαι, ἐψεύσθη τοῦτο. οὐ γὰρ κραυγῇ, ἀλλὰ σιγῇ ὡς οἷόν τε, καὶ ἡσυχῇ, ἐν ἴσῳ καὶ βραδέως προσῄεσαν. καὶ ἐν τούτῳ Κῦρος παρελαύνων αὐτὸς σὺν Πίγρητι τῷ ἑρμηνεῖ, καὶ ἄλλοις τρισὶν ἢ τέτταρσι, τῷ Κλεάρχῳ ἐβόα, ἄγειν τὸ στράτευμα κατὰ μέσον τὸ τῶν πολεμίων, ὅτι ἐκεῖ βασιλεὺς εἴη. κἂν τοῦτ', ἔφη, νικῶμεν, πάνθ' ἡμῖν πεποίηται.

θ'. Ὁρῶν δὲ ὁ Κλέαρχος τὸ μέσον σῖφος, καὶ ἀκμὴν Κύρῳ ἔξω ὄντα τοῦ Ἑλληνικοῦ εὐωνύμου βασιλέα, (τοσούτῳ γὰρ πλήθει περιῆν βασιλεὺς, ὥστε μέσον τὸ ἑαυτοῦ ἔχων, τοῦ Κύρου εὐωνύμου ἔξω ἦν) ἀλλ' ὅμως ὁ Κλέαρχος οὐκ ἤθελεν ἀποσπάσαι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὸ δεξιὸν κέρας, φοβούμενος μὴ κυκλωθείη ἐκατέρωθεν. τῷ δὲ Κύρῳ ἀπεκρί-

dines Graecorum acturi essent, eosque disturbaturi.

8. Enimuero Cyrus in eo, quod dixerat, quum Graecos adhortaretur, vt barbarorum clamores sustinerent, falsus est. Non enim cum clamore, sed quantò maxime silentio poterant, sedate, inceſſu aequabili, atque etiam lente ad praelium accedebant. Heic Cyrus, cum Pigrete interprete, aliisque tribus aut quatuor, praeteruectus equo, clamore significabat Clearcho; vt aduersus mediam hostium aciem copias suas duceret, quod istic Rex esset. Eam, inquit, si vicerimus, omnia nobis confecta erunt.

9. Clearchus, tametsi medium illum globum videret, ac de Cyro audiret, Regem longe vltra Graecorum cornu laeuum esse; (nam tanta Rex multitudine hominum superabat, vt, tametsi suorum aciem mediam obtineret, tamen laeuum Cyri cornu, ex aduerso sibi oppositum, non haberet) non tamen volebat Clearchus cornu dextrum a flumine auellere, quia meteuret, ne ex vtraque parte circumdaretur. Cyro quidem re-

ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτῷ μέλοι, ὅπως καλῶς ἔχοι.

ί. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τὸ μὲν βαρβαρικὸν στράτευμα ὁμαλῶς προήει· τὸ δ' Ἑλληνικόν, ἀτ' ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ μένον, συνετάττετο ἐκ τῶν ἔτι *προσιόντων. καὶ ὁ Κῦρος παρελαύνων ἀ πάγυ πρὸς αὐτῷ τῷ στρατεύματι, κατεθεᾶτο ἑκατέρους ἄποθεν, τούς τε πολεμίους ἀποβλέπων, τούς τε φιλίους.

ια'. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, ὑπελάσας ὡς συναντῆσαι, ἤρετο εἴ τι παραγγέλλοι· ὁ δ' ἐπισήσας εἶπε, καὶ λέγειν ἐκέλευε πᾶσιν, ὅτι τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια καλὰ εἴη. ταῦτα δὲ λέγων, θορύβου ἤκουσε διὰ τῶν τάξεων ἰόντος, καὶ ἤρετο τίς ὁ θόρυβος. ὁ δὲ Ξενοφῶν εἶπεν, ὅτι τὸ σύνθημα παρέρχεται δεύτερον ἤδη. καὶ ὃς ἐθαύμασε, τίς παραγγέλλει, καὶ ἤρετο ὅ,τι καὶ εἴη τὸ σύνθημα. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι Ζεὺς Σωτὴρ καὶ Νίκη. ὁ δὲ Κῦρος ἀκούσας· ἀλλὰ δέχομαί τε, ἔφη, καὶ τοῦτο ἔστω.

ιβ'. Ταῦ-

spondebat, curae ſibi futurum, vt res praeclare gereretur.

10. Interea barbari aequabiliter procedunt, et Graecorum ordines, quamdiu adhuc eodem loco ſubſiſtebant, ex iis, qui ſubinde accedebant, inſtruebantur. Cyrus autem copias modico ex interuallo praeteruectus, vtrosque ſpectabat eminus, tum conuerſis in hoſtes oculis, tum in ſuarum partium milites.

11. Quem de Graecorum exercitu Xenophon Athenienſis vbi vidiſſet, equo nonnihil adacto, vt ei occurreret, num aliquid imperaret, quaerit. Cyrus paulum ſubſiſtens, dici iubet ad omnes, exta et hoſtias perpulchre ſibi addicere. Quae proferens, tumultum quendam ordines peruagari audiit; et quis eſſet ille fremitus, interrogauit. Reſpondit Xenophon, iterum iam teſſeram dari. Mirum Cyro videri, quis eam prodidiſſet. Quapropter interrogat, quaenam ſit teſſera. Cui Xenophon: Iupiter, inquit, Seruator, et Victoria. Quod vbi Cyrus audiſſet: Accipio teſſeram hanc, ait, atque ita ſane eſto.

12. Quae

* Al. προϊόντων.

ιβ'. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, εἰς τὴν ἑαυτῦ χώραν ἀπήλαυνε· καὶ οὐκέτι τρία ἢ τέτταρα στάδια ἀπεῖχέτην τὼ φάλαγγε ἀπ' ἀλλήλων, ἡνίκα ἐπαιάνιζόν τε οἱ Ἕλληνες, καὶ ἤρχοντο ἀντίοι ἰέναι τοῖς πολεμίοις. ὡς δὲ πορευομένων ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος, τὸ ἐπιλειπόμενον ἤρξατο δρόμῳ θεῖν, καὶ ἅμα ἐρρόθεγξαντο πάντες, οἷόν περ τῷ Ἐνυαλίῳ ἐλελίζουσι, καὶ πάντες δὲ ἔθεον.

ιγ'. Λέγουσι δέ τινες, ὡς καὶ ταῖς ἀσπίσι πρὸς τὰ δόρατα ἐδόπησαν, φόβον ποιοῦντες τοῖς ἵπποις. πρὶν δὲ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, ἐκκλίνουσιν οἱ βάρβαροι τοῖς ἵπποις καὶ φεύγουσι. καὶ ἐνταῦθα δὴ ἐδίωκον μὲν κατὰ κράτος οἱ Ἕλληνες, ἐβόων δὲ ἀλλήλοις, μὴ θεῖν δρόμῳ, ἀλλ' ἐν τάξει ἕπεσθαι.

ιδ'. Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων, τὰ δὲ καὶ δι' αὐτῶν* τῶν Ἑλλήνων, κενὰ ἡνιόχων. οἱ δὲ, ἐπεὶ προϊδοιεν, ἵσαντο· ἔνθ' ὅς τις καὶ κατελήφθη, ὥσπερ ἐν ἱπποδρόμῳ, ἐκπλαγείς. καὶ ὠδὲν μέντοι

12. Quae loquutus, ſuum ad locum ſe recepit. Iamque adeo non vltra tria quatuorue ſtadia phalanges ambae ab ſe inuicem diſtabant, quum Graeci paeanem canunt, et in hoſtes aduerſos incipiunt pergere. Quumque progredientibus ipſis, pars aciei quaedam fluctus inſtar prorueret; qui relicti a tergo erant, curſu ferri coeperunt. Simul vniuerſi, dum currerent, conclamabant; quemadmodum Martiae vlulationes fieri conſueuerunt.

13. Nonnulli aiunt, eos etiam, ſcutis ad haſtas alliſis, ſtrepitum excitaſſe, quo equis terrorem incuterent. Priuſquam intra ictum teli ventum eſſet, barbari conuerſis equis fugiunt. Tum vero totis viribus Graeci perſequendo incumbunt, et acclamant alter alteri, ne curſu ferrentur, ſed ordine non perturbato ſequerentur hoſtem.

14. Currus partim per hoſtium ipſorum aciem agebantur, partim per Graecos, aurigis vacui. Quos quia Graeci nonnulli praeuiderant, ſubſiſtebant: nonnulli territi, ſicut in equeſtri curriculo fieri ſolet, a curribus adacti fuere: quibus tamen

* Muretus et alii rectius omittunt: αὐτῶν.

μέντοι ὐδὲ τῶτον παθεῖν ἔφασαν, ὐδὲ ἄλλος δὲ τῶν Ελλήνων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἔπαθεν ὐδεὶς ὐδὲν, πλὴν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τοξευθῆναί τις ἐλέγετο.

ιε'. Κῦρος δὲ, ὁρῶν τὺς Ελληνας νικῶντας τὸ καθ' αὐτὺς καὶ διώκοντας, ἡδόμενος καὶ προσκυνέμενος ἤδη ὡς βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ὐδ' ὡς ἐξήχθη διώκειν· ἀλλὰ συνεσπειραμένην ἔχων τὴν τῶν σὺν ἑαυτῷ ἑξακοσίων ἱππέων τάξιν, ἐπεμελεῖτο ὅ, τι ποιήσει βασιλεύς. καὶ γὰρ ἤδει αὐτὸν, ὅτι μέσον ἔχοι τὺ Περσικὺ στρατεύματος.

ις'. Καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν ἡγῦντο, νομίζοντες ὕτως ἐν ἀσφαλεστάτῳ εἶναι, ἢν ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἑκατέρωθεν ἦ, καὶ εἴ τι παραγγεῖλαι χρήζοιεν, ἡμίσει ἐν χρόνῳ αἰσθάνεσθαι τὸ στράτευμα.

ιζ'. Καὶ βασιλεὺς δὴ τότε μέσον ἔχων τῆς ἑαυτῦ

men nihil accidiſſe mali proditum eſt; ſicuti nec quiſquam alius Graecorum hac in pugna perpeſſus eſt aliquid, extra quam quod a latere laeuo quidam ſagitta vulneratus fuiſſe dicebatur.

15. Cyrus, quum Graecos a parte ſua victores euaſiſſe cerneret, eoſdemque iam hoſtes perſequi, voluptatem magnam capiebat: iamque nonnulli eorum, qui apud ipſum erant, tanquam regem eum adorabant. Neque tamen ad perſequendum propterea fuit euagatus, ſed ſtipatus conferto 10c equitum globo, quos apud ſe habebat, quid Rex facturus eſſet, ſtudioſe obſeruabat. Norat enim, hunc mediam exercitus Perſici aciem obtinere.

16. Quin etiam caeteri barbarorum praefecti ſic ſuos ducebant, vt ipſi media in acie eſſent; quod exiſtimarent, hoc pacto ſe quam tutiſſimo loco futuros, ſi ex vtraque parte robur ſuum haberent, et animadverſum iri duplo citius ab exercitu putarent, ſi quid oporteret imperari.

17. Rex autem, quanquam id

temporis

Tom II. Arab. I. 8. pag. 59.

τῆς τραπῆς, ὅμως ἔξω ἐγένετο τῆς Κύρου εὐωνύμου κέρατος. ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς αὐτῷ ἐμάχετο ἐκ τῶν ἐναντίων, οὐδὲ τοῖς αὐτῶν τεταγμένοις ἔμπροσθεν, ἐπέκαμψεν ὡς εἰς κύκλωσιν. ἔνθα δὴ Κῦρος δείσας, μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψῃ τὸ Ἑλληνικὸν, ἐλαύνει ἀντίος· καὶ ἐμβαλὼν σὺν τοῖς ἑξακοσίοις, νικᾷ τοὺς πρὸ βασιλέως τεταγμένους, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε τοὺς ἑξακισχιλίους· καὶ ἀποκτεῖναι λέγεται αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ Ἀρταγέρσην τὸν ἄρχοντα αὐτῶν.

ιή. Ὡς δὲ ἡ τροπὴ ἐγένετο, διασπείρονται καὶ οἱ Κύρου ἑξακόσιοι, εἰς τὸ διώκειν ὁρμήσαντες· πλὴν πάνυ ὀλίγοι ἀμφ' αὐτὸν κατελείφθησαν, σχεδὸν οἱ ὁμοτράπεζοι καλούμενοι. σὺν τούτοις δὲ ὢν, καθορᾷ βασιλέα καὶ τὸ ἀμφ' ἐκεῖνον τῖφος· καὶ εὐθὺς οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' εἰπὼν, Ὁρῶ τὸν ἄνδρα, ἴετο ἐπ' αὐτὸν, καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ Κτησίας

temporis aciem ſuam mediam obtineret, tamen vltra Cyri laeuum cornu erat. Quum autem nemo in ipſum acie pugnarer aduerſa, nec in eos, quos ante ſe collocatos habebat: inflectendo ſe mouit, tanquam hoſtes circumdaturus. Ibi vero metuens Cyrus, ne, poſteaquam a tergo ſuos inuaderet, Graecum agmen caederet; aduerſus irruit, et facta cum ipſo illis impreſſione, vincit eos, qui ante regem collocati erant, adeoque illa equitum victo in fugam vertit. Quin et ipſe manu ſua Artagerſen, horum praefectum, interfeciſſe dicitur.

18. Poſteaquam illi terga vertere, Cyri eriam illi ipſe equites perſequendi ſtudio diſſipantur, praeter paucos admodum, qui reliqui apud ipſum erant, fere qui menſae participes dicebantur. Hos quum apud ſe haberet, regem cum globo ſuo conſpicit; et mox, quia ſe continere non poterat: Video, inquit, hominem. Iraque facto in ipſum impetu, pectus ei ferit, et per ipſam loricam fratrem vulnerat, quemadmodum Cteſias medi-

cus

Κτησίας ὁ ἰατρὸς, καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμά φησι.

ιθ'. Παίοντα δ' αὐτὸν ἀκοντίζει τις παλτῷ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· καὶ ἐνταῦθα μαχόμενοι καὶ βασιλεὺς καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸς ὑπὲρ ἑκατέρου, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· (παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν) Κῦρος δὲ, αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ.

κ'. Ἀρταπάτης δὲ, ὁ πιστότατος αὐτῷ τῶν σκηπτούχων θεραπόντων, λέγεται, ἐπειδὴ εἶδε πεπτωκότα Κῦρον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, περιπεσεῖν αὐτῷ. καὶ οἱ μέν φασι βασιλέα κελεῦσαί τινα ἐπισφάξαι αὐτὸν Κύρῳ· οἱ δὲ, ἑαυτὸν ἐπισφάξαι, σπασάμενον τὸν ἀκινάκην. εἶχε γὰρ χρυσοῦν. καὶ στρεπτὸν δὲ ἐφόρει, καὶ ψέλλια, καὶ τἆλλα, ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν. ἐτετίμητο γὰρ ὑπὸ Κύρου δι' εὔνοιάν τε καὶ πιστότητα.

ΚΕΦ.

cus memoriae prodidit, qui ſe etiam vulnus illud curaſſe commemorat.

19. Dum fratrem Cyrus ferit, quidam magna vi haſtam vibrans, ſub oculum eius adigit. Ibi dum et Rex et Cyrus inter ſe dimicant, et qui vtrumque tutabantur; quot homines ex parte regis perierint, Cteſias refert, qui apud regem tunc erat. Cyrus et ipſe interfectus eſt, et ſupra ipſum octo longe fortiſſimi ſtipatores eius iacuerunt.

20. Artapatas autem, miniſter vnus Cyro inter ſceptrigeros fideliſſimus, poſteaquam humi cecidiſſe Cyrum vidit, ab equo deſiliens, ad ipſum ſe abieciſſe fertur. Atque hunc, ſunt qui dicant, iuſſu regis a quodam ſupra Cyri cadauer iugulatum eſſe. Alii tradunt, eum, ſtricto, quem aureum habebat, acinace, manus ipſi ſibi attuliſſe. Nam torquem etiam geſtabat, et armillas, et alia, vt quiuis e Perſarum praeſtantiſſima dignitate viris. Erat enim apud Cyrum in honore tum ob beneuolentiam, tum fidem.

CAP.

ΚΕΦ. θ'.

Κῦρος μὲν δὴ οὕτως ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ ὢν Περσῶν, τῶν μετὰ Κῦρον τὸν ἀρχαῖον γενομένων, βασιλικώτατός τε καὶ ἄρχειν ἀξιώτατος, ὡς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν Κύρῳ δοκούντων ἐν πείρᾳ γενέσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ παῖς ἔτι ὢν, ὅτε ἐπαιδεύετο καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις παισὶ, πάντων πάντα κράτιστος ἐνομίζετο.

β'. Πάντες γὰρ οἱ τῶν ἀρίστων Περσῶν παῖδες ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παιδεύονται, ἔνθα πολλὴν μὲν σωφροσύνην καταμάθοι ἄν τις, αἰσχρὸν δ' οὐδὲν ἔστε ἀκοῦσαι ἔστ' ἰδεῖν ἔστι. θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς τιμωμένους ὑπὸ βασιλέως, καὶ ἀκούσι, καὶ ἄλλους ἀτιμαζομένους· ὥστ' εὐθὺς παῖδες ὄντες μανθάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι.

γ'. Ἔνθα Κῦρος *εὐμαθέστατος μὲν πρῶτον τῶν ἡλίκων ἐδόκει εἶναι, τοῖς τε πρεσβυτέροις καὶ τῶν ἑαυτῷ ὑποδεεστέρων

CAP. IX.

Hic Cyri fuit exitus, qui vir inter Perſas, conſentiente omnium iudicio, qui vſi eius conſuetudine fuiſſent, poſt Cyrum illum priſcum, maxime regia fuit indole, ac imperio digniſſimus. Primo, quum puer adhuc eſſet, ac vna cum fratre, caeteriſque pueris inſtitueretur, omnium in omnibus viſus eſt eſſe praeſtantiſſimus.

2. Nam ſumma dignitate hominum apud Perſas liberi, Regis ad portam educantur; vbi magnam continentiam animadvertere licet, nec eſt quidquam iſtic turpe vel audire, vel videre. Quinetiam ſpectant pueri tum eos, qui a rege ornantur, deque iis audiunt; tum alios, qui ignominia notantur. Quo fit, vt mox a prima pueritia parendi et imperandi leges diſcant.

ια'. Ἄλλους δέ τινας ἔφασαν λέγειν ὑπομαλακιζομένους, ὡς καὶ Κύρῳ πιστοὶ γένοιντο, καὶ βασιλεῖ γ' ἂν πολλῷ ἄξιοι γένωνται, εἰ βούλοιτο φίλος γενέσθαι καὶ εἴ τέ τι ἄλλο βούλεται χρῆσθαι, εἴτ' ἐπ' Αἴγυπτον στρατεύειν, συγκαταστρέψαιντ' ἂν αὐτῷ. ἐν τούτῳ καὶ Κλέαρχος ἦκε, καὶ ἠρώτησεν, εἰ ἤδη ἀποκεκριμένοι εἶεν. Φαλῖνος δ' ὑπολαβών, εἶπεν·

et virtutem. Quamobrem, quamdiu arma retinebimus, virtutem vſui nobis fore putabimus: eadem ſi tradiderimus, veremur corpora nobis ereptum iri. Quamobrem non exiſtimes, ea nos bona, quae ſola nobis reliqua ſunt, tradituros: ſed horum ipſorum ope, de bonis etiam veſtris pugnaturos. Quae quum Phalinus audiiſſet: cum riſu, Tu quidem, ait, philoſophi ſpeciem prae te fers, adoleſcens, et non iniucunda quaedam profers. Sed enim ſtultum te eſſe ſcito, ſi fortitudinem veſtram viribus regis ſuperiorem fore ſperas.

11. Alios autem nonnullos ferebatur animis nonnihil remiſſis fuiſſe, qui Cyro ſe fidos fuiſſe dicerent; atque etiam regi maximo commodo futuros, ſi recipere ipſos in amicitiam vellet. Nam et in aliis quibuſuis expeditionibus affuturos, in quibus vſurus ipſorum eſſet opera; et, ſi debellare Aegyptum vellet, vna cum ipſo eam expugnaturos. Interea Clearchus reuertens, ecquid iam reſpondiſſent, quaerebat. Eius ſermonem Phalinus excipiens: Horum, inquit,

* Al. ἡμετέρων.

πεν· ἄτοι μὲν, ὦ Κλέαρχε, ἄλλος ἄλλα λέγει· σὺ δ' ἡμῖν εἰπὲ, τί λέγεις.

ιβ'. Ο δ' εἶπεν· ἐγώ σε, ὦ Φαλῖνε, ἅσμενος εἶδα· οἶμαι δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄτοι. σύ τε γὰρ Ελλην εἶ, καὶ ἡμεῖς, τοσοῦτοι ὄντες, ὅσους σὺ ὁρᾷς· ἐν τοιούτοις δὲ ὄντες πράγμασι, συμβουλευόμεθά σοι, τί χρὴ ποιεῖν περὶ ὧν λέγεις. σὺ οὖν, πρὸς Θεῶν, συμβούλευσον ἡμῖν ὅ, τι σοι δοκεῖ κάλλιστον καὶ ἄριστον εἶναι, καὶ ὅ σοι τιμὴν οἴσει εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀναλεγόμενον, ὅτι Φαλῖνος ποτὲ πεμφθεὶς παρὰ βασιλέως, κελεύσων τοὺς Ελληνας τὰ ὅπλα παραδοῦναι, συμβουλευόμενος συνεβούλευσεν αὐτοῖς τάδε. οἶδα δὲ, ὅτι ἀνάγκη λέγεσθαι ἐν τῇ Ελλάδι, ὃ ἂν συμβουλεύσῃς.

ιγ'. Ο δὲ Κλέαρχος ταῦτα ὑπήγετο, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν παρὰ βασιλέως πρεσβεύοντα συμβουλεῦσαι μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα, ὅπως εὐέλπιδες μᾶλλον οἱ Ελληνες εἶεν. Φαλῖνος δὲ ὑποστρέψας, παρὰ τὴν δόξαν

quit, alius aliud ait, Clearche. Tu quid dicas, exponito.

12. Et ille: Ego vero Phaline, ait, lubens te vidi, atque itidem omnes hi, mea quidem ſententia. Nam et tu perinde Graecus es, ac nos, qui tot numero ſumus, quot ipſe vides, et hoc rerum noſtrarum ſtatu, conſilium abs te de eo, quod nobis agendum ſit illa in cauſſa, quam affers, poſcimus. Quamobrem, per Deos immortales, te obteſtamur, vt conſulas nobis, quod tibi pulcherrimum et optimum factu videbitur, et quod ſequuturis temporibus repetitum commemoratumque honorem tibi afferet: Phalinum videlicet, a rege miſſum olim, vt Graecos arma tradere iuberet, haec et illa ipſis conſuluiſſe. Scis autem neceſſario futurum, vt eius conſilii, quod dederis, in Graecia mentio fiat.

13. Haec Clearchus adiiciebat, quia vellet, illum ipſum, qui legationem regis obiret, hoc ipſis conſilii dare, ne arma traderent, vt Graeci ſpem meliorem conciperent. Phalinus autem (ſecedens) vbi reuertiſſet, praeter ipſius opinionem

δόξαν αὐτῷ εἶπεν ὧδε· "Εγὼ, εἰ μὲν τῶν μυρίων ἐλπίδων μία τις ὑμῖν ἐστι σωθῆναι πολεμοῦντας βασιλεῖ, συμβουλεύω μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα· εἰ μέντοι μηδεμιᾶς * σωτηρίας ἐστὶν ἐλπὶς ἄλλου τινὸς βασιλέως, συμβουλεύω σώζεσθαι ὅπη δυνατόν.

ιδ'. Κλέαρχος δὲ πρὸς ταῦτα εἶπεν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ σὺ λέγεις· παρ' ἡμῶν δὲ ἀπάγγελλε ταῦτα, ὅτι ἡμεῖς οἰόμεθα, εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι, πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι, ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ παραδόντες ἄλλῳ· εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν, ἄμεινον ἂν πολεμεῖν ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ ἄλλῳ παραδόντες.

ιε'. Ὁ δὲ Φαλῖνος εἶπε· ταῦτα μὲν δὴ ἀπαγγελοῦμεν· ἀλλὰ καὶ τάδε ὑμῖν ἐκέλευσεν εἰπεῖν βασιλεύς, ὅτι μένουσι μὲν ὑμῖν αὐτῷ, σπονδαὶ εἶησαν, προϊοῦσι δὲ καὶ ἀπιοῦσι, πόλεμος. εἴπατε οὖν καὶ περὶ τούτου, πότερα μενεῖτε καὶ σπονδαί ἐισιν, ἢ ὡς πολέμου ὄντος παρ' ὑμῶν ἀπαγγελῶ. Κλέαρχος δ' ἔλεξεν· ἀπάγγελλε τοίνυν καὶ περὶ τούτων, ὅτι καὶ ἡμῖν ταῦτα ** δοκεῖ, ἅπερ βασιλεῖ.

ιε'. Τί

nem hoc modo respondit: Ego, si vel vna spes de mille vobis est reliqua, fore vos saluos, si bellum cum rege geratis; hoc consilii do, ne tradatis arma: Sin rege inuito nulla vobis spes salutis supereſt, salutem amplectendam esse consulo, quacunque ratione poteritis.

14. Ad ea Clearchus: Dicis tu quidem haec, inquit. Verum nostris verbis renuntiato, existimare nos, si regi amicos esse oporteat, multo nos ipsi futuros vtiliores amicos, quum arma retinebimus, quam si alteri ea tradiderimus. Sin bellum cum ipso gerendum erit, melius id geremus armis instructi, quam iisdem alii traditis.

15. Renuntiabimus haec, ait Phalinus: sed et illa dici Rex iussit, se vobis heic manentibus, foedera; discedentibus ac progredientibus, bellum offerre. Quamobrem de hoc etiam respondete, num manendo iniri foedera velitis, an bellum vos anteponere nuntiandum sit? Et Clearchus: Hac etiam in parte, inquit, renuntiato, nobis eadem, quae regi, videri.

16. At

* Al. μηδεμίας etc. quod rectius opponatur antec. τῶν μυρίων etc.
** Alii mālunt ταυτὰ etc.

ις'. Τί ἂν ταῦτ' ἐσίν; ἔφη ὁ Φαλῖνος. ἀπεκρίνατο Κλέαρχος· ἢν μὲν μένωμεν, σπονδαί· ἀπιοῦσι δὲ καὶ προϊοῦσι, πόλεμος. ὁ δὲ πάλιν ἠρώτησε· σπονδὰς ἢ πόλεμον ἀπαγγελῶ; Κλέαρχος δὲ ταῦτα* πάλιν ἀπεκρίνατο· σπονδαὶ μὲν μένουσιν, ἀπιοῦσι δὲ ἢ προϊοῦσι πόλεμος. ὅ, τι δὲ ποιήσοι, οὐ διεσήμανε.

ΚΕΦ. β'.

Φαλῖνος μὲν δὴ ὤχετο, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. οἱ δὲ παρὰ Ἀριαίου ἦκον, Πρόκλης καὶ Χειρίσοφος· Μένων δὲ αὐτοῦ ἔμεινε παρὰ Ἀριαίῳ. ἔτοι δ' ἔλεγον, ὅτι πολλοὺς φαίη Ἀριαῖος εἶναι Πέρσας ἑαυτῷ βελτίους, οὓς οὐκ ἂν ἀνασχέσθαι αὐτῷ βασιλεύοντος. ἀλλ' εἰ βούλεσθε συναπιέναι, ἧκειν ἤδη κελεύει τῆς νυκτός· εἰ δὲ μή, αὐτὸς πρωῒ ἀπιέναι φησίν. ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπεν· ἀλλ' ὅτω χρὴ ποιεῖν, ἂν μὲν ἥκωμεν, ὥσπερ λέγετε. εἰ δὲ μή, πράττετε ὁποῖον ἄν τι ὑμῖν οἴησθε μάλιστα

16. At quae ſunt illa? ſubiecit Phalinus. Si manebimus, ait Clearchus, foedera nos facturos: ſin abeamus ac progrediamur, bellum. Et Phalinus iterum quaerit: Foederane, an bellum renuntiabo? Clearchus rurſum: Foedera quidem manentibus; diſcedentibus autem, vel progredientibus, bellum eſto. Quid autem ipſe facturus eſſet, non ſignificabat.

CAP. II.

Quapropter Phalinus cum ſuis abibat. Procles vero, et Cheriſophus, ab Ariaeo quum rediiſſent, Menone apud Ariaeum remanente: aiebant dixiſſe Ariaeum, multos Perſas ſibi longe praeſtare dignitate, qui laturi non ſint, vt rerum ipſe potiatur. Verum ſi vultis cum ipſo diſcedere, noctu iam venire nos iubet: ſin autem, ſcire vos vult, prima ſe luce cras diſceſſurum. Et Clearchus: Sic faciendum eſt, inquit, ſi ad ipſum accedere volumus, quemadmodum vos dicitis: ſin autem, facite id, quod vobis maxime profuturum exiſtima-

* Al. ταυτὰ etc.

λισα συμφέρειν. ὅ, τι δὲ ποιήσοι, ἀδὲ τούτοις εἶπε.

β'. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤδη ἡλίῳ δύνοντος, συγκαλέσας τὺς στρατηγὺς καὶ λοχαγύς, ἔλεξε τοιάδε· "Εμοὶ, ὦ ἄνδρες, θυομένῳ ἱέναι ἐπὶ βασιλέα, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. καὶ εἰκότως ἄρα οὐκ ἐγίγνετο. ὡς γὰρ ἐγὼ νῦν πυνθάνομαι, ἐν μέσῳ ἡμῶν καὶ βασιλέως ὁ Τίγρης ποταμός ἐστι ναυσίπορος, ὃν οὐκ ἂν δυναίμεθα ἄνευ πλοίων διαβῆναι· πλοῖα δ' ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν. ὁ μὲν δὴ αὐτῷ γε μένειν οἷόν τε. τὰ γὰρ ἐπιτήδεια οὐκ ἔστιν. ἰέναι δὲ παρὰ τὺς Κύρου φίλους, πάνυ καλὰ ἡμῖν τὰ ἱερὰ ἦν. ὧδε ἂν χρὴ ποιεῖν. ἀπιόντας δειπνεῖν, ὅ, τι τὶς ἔχει· ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι, συσκευάζεσθε· ἐπειδὰν δὲ τὸ δεύτερον, ἀνατίθεσθε ἐπὶ τὰ ὑποζύγια· ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ, ἕπεσθε τῷ ἡγουμένῳ, τὰ μὲν ὑποζύγια

tis. Ipſe quid facturus eſſet, non indicabat.

2. Poſt haec, ſole iam occidente, conuocatis praetoribus et cohortium praefectis, huiuſmodi quaedam loquutus eſt: Sacram mihi rem facienti, milites, expeditionis aduerſus regem ſuſcipiendae cauſa, exta abdixerunt, et merito quidem. Nam vt ego iam comperio, medio inter regem et nos loco Tigris fluuius intereſt, qui nauibus tantum traiici poteſt: ideoque traiici a nobis abſque nauigiis haudquaquam poterit, quod a nauibus deſtituimur. Heic autem fieri non poteſt vt ſubſiſtamus, quod commeatus nos deficit. Caeterum de profectione ad amicos Cyri, auſpicata nobis exta imprimis obtigerunt. Quamobrem ſic res eſt agenda: abite, ac coenam, pro copia quiſque ſua, capite: deinde quum eo modo, quo quieſcendi tempus ſignificatur, datum cornu ſignum fuerit, colligite res veſtras: quum ſignum alterum dabitur, iumentis eas imponite: ad ſignum tertium, ducentem ſic ſequimini, vt ſecundum flumen

ζύγια ἔχοντες πρὸ τῦ ποταμῦ, τὰ δὲ ὅπλα ἔξω.»

γ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ ἀπῆλθον, καὶ ἐποίουν ὅτω· καὶ τὸ λοιπὸν ὁ μὲν ἦρχεν, οἱ δ' ἐπείθοντο, οὐχ ἑλόμενοι, ἀλλ' ὁρῶντες, ὅτι μόνος ἐφρόνει οἷα δεῖ τὸν ἄρχοντα, οἱ δὲ ἄλλοι ἄπειροι ἦσαν. ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδῦ, ἣν ἦλθον ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐνενήκοντα, παρασάγγαι πέντε καὶ τριάκοντα καὶ πεντακόσιοι, στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι. ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τρισχίλιοι.

δ'. Ἐντεῦθεν δὴ, ἐπεὶ σκότος ἐγένετο, Μιλτοκύθης μὲν ὁ Θρᾷξ, ἔχων τούς τε ἱππέας τοὺς μεθ' ἑαυτῦ εἰς τεσσαράκοντα, καὶ τῶν πεζῶν Θρᾳκῶν ὡς τριακοσίους, ηὐτομόλησε πρὸς βασιλέα. Κλέαρχος δὲ τοῖς ἄλλοις ἡγεῖτο, κατὰ τὰ παρηγγελμένα, οἱ δ' εἵποντο. καὶ ἀφικνῦνται εἰς τὸν πρῶτον σταθμὸν παρὰ Ἀριαῖον καὶ τὴν ἐκείνου στρατιὰν, ἀμφὶ μέσας νύκτας, καὶ ἐν τάξει θέμενοι τὰ ὅπλα, συνῆλθον

men iumenta ſint, exterius arm ti.

3. Quae quum duces audiiſſent, itemque praefecti cohortium, abeunt, et imperata faciunt. Atque ex hoc tempore Clearchus imperium obtinebat, parebant illi, non quod eum ad hoc delegiſſent, ſed quia viderent ſolum ſic ſapere, vt principem in exercitu virum oporteat, quum alii rerum vſum nullum haberent. Iter, quod ab Epheſo Ioniae oppido ad proelii tempus vſque confecerant, caſtris XCIII abſoluerant, quae paraſangae ſunt IDXXXV, ſtadia vero XVIDIↃ, et L. A pugna dicebantur Babylonem vſque reſtare tria millia ſtadiorum et ſexaginta.

4. Inde quum adueſperaſſet, Miltocythes Thrax cum XL equitibus, et circiter CCC e Thracia peditibus, ad regem perfugit. Caeterorum dux erat Clearchus, quemadmodum conuenerat. Qui quum eum ſequerentur, ad caſtra prima perueniunt prope Ariaeum, et ipſius exercitum, circa medium noctis. Quumque †armatorum acies inſtructa eſſet, Graecorum

† Al. vertit: *arma ordine diſpoſuiſſent.*

συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ τῶν Ἑλλήνων παρὰ Ἀριαῖον, καὶ ὤμοσαν οἵτε Ἕλληνες, καὶ Ἀριαῖος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ οἱ κράτιστοι, μήτε προδώσειν ἀλλήλους, σύμμαχοί τε ἔσεσθαι· οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοσαν, καὶ ἡγήσεσθαι ἀδόλως· ταῦτα δ' ὤμοσαν, σφάξαντες κάπρον, καὶ ταῦρον, καὶ λύκον, καὶ κριόν, εἰς ἀσπίδα βάλλοντες οἱ μὲν Ἕλληνες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην.

ε'. Ἐπεὶ δὲ τὰ πιστὰ ἐγένετο, εἶπεν ὁ Κλέαρχος· ἄγε δή, ὦ Ἀριαῖε, ἐπείπερ ὁ αὐτὸς ἡμῖν στόλος ἐστὶ καὶ ὑμῖν, εἰπὲ τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς πορείας· πότερον ἅπιμεν ἥνπερ ἤλθομεν, ἢ ἄλλην τινὰ ἐννενοηκέναι δοκεῖς ὁδὸν πρεῖττω; ὁ δ' εἶπεν· ἢν μὲν ἤλθομεν ἀπιόντες, πάντες ἂν ὑπὸ λιμῷ ἀπολοίμεθα. ὑπάρχει γὰρ νῦν ἡμῖν οὐδὲν τῶν ἐπιτηδείων. ἐπτακαίδεκα γὰρ σταθμῶν τῶν ἐγγυτάτω οὐδὲ δεῦρο ἰόντες ἐκ τῆς χώρας οὐδὲν εἴχομεν λαμβάνειν· ἔνθα δ' εἴ τι ἦν,

praetores, et praefecti cohortium, apud Ariaeum conueniunt; et tam Graeci, quam Ariaeus, cum aliis apud hunc dignitate praestantissima viris, iuramento confirmant: non prodituros se mutuo, sed in societate constanter permansuros; addentibus hoc sacramentum barbaris, sine fraude se itineris duces futuros. Haec sacramenta sic conceperunt, vt apro, tauro, lupo, ariete, mactatis; Graeci gladium, barbari hastam in scutum tingerent.

5. Posteaquam fidei sacramento se obligassent, Clearchus inquit: Age vero, mi Ariaee, quando eadem nobis et vobis expeditio suscipitur, dic mihi, quae sententia tua sit de itinere: eademne redeundum nobis via sit, qua venimus, an aliam animaduertisse tibi potiorem videris? Et Ariaeus: Si viam, qua venimus, inquit, fuerimus ingressi, omnes fame peribimus: quippe qui commeatum nullum habeamus. Nam totis denis septenis castris proximis, ne tum quidem, quum huc pergeremus, quidquam ex ipsa regione habere potuimus; et si quid sane istic

ἦν, ἡμεῖς διαπορευόμενοι κατεδαπανήσαμεν. νῦν δ' ἐπινοοῦμεν πορεύεσθαι μακροτέραν μὲν, τῶν δ' ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορήσομεν. πορευτέον δ' ἡμῖν τὰς πρώτας σταθμὰς, ὡς ἂν δυνώμεθα, μακροτάτας, ἵνα ὡς πλεῖστον ἀποσπασθῶμεν τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος. ἢν γὰρ ἅπαξ δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπόσχωμεν, οὐκέτι μὴ δύνηται βασιλεὺς ἡμᾶς καταλαβεῖν. ὀλίγῳ μὲν γὰρ στρατεύματι οὐ τολμήσει ἐφέπεσθαι· πολὺν δ' ἔχων σῖτον, οὐ δυνήσεται ταχὺ πορεύεσθαι· ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανιεῖ. ταύτην, ἔφη, γνώμην ἔχω.

ς'. Ην δὲ αὕτη ἡ στρατηγία οὐδὲν ἄλλο δυναμένη ἢ ἀποδρᾶναι, ἢ ἀποφυγεῖν· ἡ δὲ τύχη ἐστρατήγησε κάλλιον. ἐπεὶ γὰρ ἡμέρα ἐγένετο, ἐπορεύοντο ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν ἥλιον, λογιζόμενοι ἥξειν ἅμα ἡλίῳ δύνοντι εἰς κώμας τῆς Βαβυλωνίας χώρας. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐψεύσθησαν.

ζ. Ετι δὲ ἀμφὶ δείλην ἔδοξαν πολεμίους ὁρᾶν ἱπ-

istic fuit, nos quum iter illac faceremus, totum abſumſimus. Iam vero cogitamus via longiore quidem illa proficiſci, ſed in qua commeatus nobis haud deerit. Ac caſtra quidem prima, quàm fieri poterit, longiſſime promouenda erunt; vt quam maxime regiis a copiis diuellamur. Nam ſi ſemel bidui vel tridui ab ipſis itinere abfuerimus, non iam Rex amplius nos aſſequi poterit. Nam paruis cum copiis ſequi nos minime audebit, et magno cum exercitu celeriter progredi non poterit, atque etiam fortaſſe commeatus inopia laborabit. Haec mea, inquit, ſententia eſt.

6. Caeterum hoc, de ducendo exercitu, conſilium ad nihil aliud, quam ad receſſum et fugam, accommodatum erat. Verumenimuero fortuna melius ducis eſt officio functa. Nam vbi primum illuxiſſet, ſic iter faciebant, vt ſolem haberent ad dextram. Exiſtimabant enim, occidente ſole ad vicos agri Babylonici ſe peruenturos; in quo ſane haudquaquam falſi ſunt.

7. Verum circa veſperam hoſti-

ἱππέας· καὶ τῶν τε Ἑλλήνων οἱ μὴ ἔτυχον ἐν ταῖς τάξεσιν ὄντες, εἰς τὰς τάξεις ἔθεον, καὶ Ἀριαῖος (ἐτύγχανε γὰρ ἐφ' ἁμάξης πορευόμενος, διότι ἐτέτρωτο) καταβὰς ἐθωρακίζετο, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. ἐν ᾧ δὲ ὡπλίζοντο, ἦκον λέγοντες οἱ προπεμφθέντες σκοποὶ, ὅτι οὐχ ἱππεῖς εἰσιν, ἀλλὰ ὑποζύγια νέμοιτο. καὶ εὐθὺς ἔγνωσαν πάντες, ὅτι ἐγγύς που ἐστρατοπεδεύετο βασιλεύς. καὶ γὰρ καὶ καπνὸς ἐφαίνετο ἐν κώμαις οὐ πρόσω.

η'. Κλέαρχος δὲ, ἐπὶ μὲν τοὺς πολεμίους οὐκ ἦγεν· (ἤδει γὰρ καὶ ἀπειρηκότας τοὺς στρατιώτας, καὶ ἀσίτους ὄντας· ἤδη δὲ καὶ ὀψὲ ἦν) οὐ μέντοι οὐδ' ἀπέκλινε, φυλαττόμενος μὴ δοκοίη φεύγειν· ἀλλ' εὐθύωρον ἄγων, ἅμα τῷ ἡλίῳ δυομένῳ εἰς τὰς ἐγγυτάτω κώμας τοὺς πρώτους ἔχων κατεσκήνωσεν, ἐξ ὧν διήρπασο ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος καὶ αὐτὰ τὰ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν ξύλα.

θ'. Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι ὁμοίῳ τρόπῳ τινὶ ἐστρατοπεδεύοντο,

les equitum copias videre viſi ſunt. Quare tum Graeci, qui extra ordines incedebant, curſu ſe ad eos receperunt: tum Ariaeus, qui forte curru faciebat iter, quod vulneratus eſſet, deſcendens de eo, lorica ſe muniebat vna cum ſuis. Interea dum armis illi ſe induerent, ſpeculatores praemiſſi redeunt, ac non equites hos eſſe renuntiant, ſed iumenta paſtum quaerentia. Quapropter omnes animaduertebant, regem alicubi in propinquo habere caſtra. Nam et fumus non magno ex interuallo in vicis conſpiciebatur.

8. Ibi Clearchus, tametſi in hoſtem non duceret, quod norat, milites tantum non animos deſpondiſſe, atque etiam affligi inedia; quum praeterea dies quoque declinaſſet admodum: non tamen etiam deflectebat, quod caueret, ne fugere videretur; ſed recto ducens tramite, ſole iam occidente, cum iis, qui erant in fronte, proximis in vicis caſtra locat. Erant autem ex illis ab agmine regio direpta etiam ipſa aedificiorum ligna.

9. Ac primi quidem tali quodam modo caſtra ſunt metati:

δεύοντο, οἱ δ' ὕστεροι σκοταῖοι προσιόντες, ὡς ἐτύγχανον ἕκαστοι ηὐλίζοντο, καὶ κραυγὴν πολλὴν ἐποίων καλοῦντες ἀλλήλους, ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν· ὥστε οἱ μὲν ἐγγύτατα τῶν πολεμίων καὶ ἔφυγον ἐκ τῶν σκηνωμάτων. δῆλον δὲ τοῦτο τῇ ὑστεραίᾳ ἐγένετο. οὔτε γὰρ ὑποζύγιον ἔτι ὠδὲν ἐφάνη, οὔτε στρατόπεδον, οὔτε καπνὸς ὠδαμοῦ πλησίον. ἐξεπλάγη δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ βασιλεὺς τῇ ἐφόδῳ τοῦ στρατεύματος· ἐδήλωσε δὲ τοῦτο, οἷς τῇ ὑστεραίᾳ ἔπρατ|ε.

ί. Προϊούσης μέντοι τῆς νυκτὸς ταύτης, καὶ τοῖς Ἕλλησι φόβος ἐμπίπ|ει, καὶ θόρυβος, καὶ δοῦπος ἦν, οἷον εἰκὸς, φόβου ἐμπεσόντος, γίγνεσθαι. Κλέαρχος δὲ Τολμίδην Ἠλεῖον, ὃν ἐτύγχανεν ἔχων παρ' ἑαυτῷ κήρυκα, ἄριστον τῶν τότε, τοῦτον ἀνειπεῖν ἐκέλευσε, σιγὴν κατακηρύξαντα, ὅτι προαγορεύουσιν οἱ ἄρχοντες, ὃς ἂν *τὸν ἀφιέντα τὸν ὄνον εἰς τὰ ὅπλα καταμηνύσῃ, ὅτι λήψεται μισθὸν τάλαντον ἀργυρίου. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐκηρύχθη,

tati: posteriores quia nocte obscura venerant, quo forte quilibet loco erat, cubabant; ac mutuo se appellando, tantum clamorem excitabant, vt is ab hostibus etiam audiretur. Quo factum est, vt hostium proximi suis e tentoriis fugerent. Satis hoc postridie animaduersum fuit. Nam neque iumentum vllum vsquam apparuit, neque castra, neque fumus vllus in proximo. Quin et rex ipse nostri exercitus recessu, quemadmodum videbatur, perterritus fuit: idque satis declarauit iis, quae altero die fecit.

10. Sed tamen eadem nocte procedente, Graecos etiam terror ac tumultus quidam invasit, tantusque strepitus erat, quantum esse consentaneum est tum, quum terror aliquis incidit. Clearchus vero Tolmidem, Eleum, quem longe praestantissimum eius temporis praeconem apud se forte tunc habebat, pronuntiare iussit, silentio prius indicto: Significare duces omnibus, eum, qui indicarit a quo fuerit immissus in exercitum asinus, pro mercede talentum argenti accepturum. Id postea quam proclamatum

* Legendum videtur: ὃς ἂν τὸν ἀφιέντα τὸν φόβον etc. Nam paulo supra dicitur, τοῖς Ελλ. φόβος ἐμπίπτει, et mox ὅτι κενὸς ὁ φόβος εἴη.

ρύχθη, ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται, ὅτι κενὸς ὁ φόβος εἴη, καὶ οἱ ἄρχοντες σῶοι. ἅμα δὲ ὄρθρῳ παρήγγειλε Κλέαρχος εἰς τάξιν τὰ ὅπλα τίθεσθαι τοὺς Ἕλληνας, ἥπερ εἶχον, ὅτε ἦν ἡ μάχη.

ΚΕΦ. γ'.

Ὅδε δὴ ἔγραψα, ὅτι βασιλεὺς ἐξεπλάγη τῇ ἐφόδῳ τῇδε, δῆλον ἦν. τῇ μὲν γὰρ πρόσθεν ἡμέρᾳ πέμπων, τὰ ὅπλα παραδιδόναι ἐκέλευε, τότε δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνατέλλοντι κήρυκας ἔπεμψε περὶ σπονδῶν. οἱ δ' ἐπεὶ ἦλθον πρὸς τοὺς προφύλακας, ἐζήτουν τοὺς ἄρχοντας. ἐπεὶ δ' ἀπήγγειλαν οἱ προφύλακες, Κλέαρχος τυχὼν τότε τὰς τάξεις ἐπισκοπῶν, εἶπε τοῖς προφύλαξι, κελεύειν τοὺς κήρυκας περιμένειν, ἄχρις ἂν σχολάσῃ.

β'. Ἐπεὶ δὲ κατέστησε τὸ στράτευμα, ὥστε καλῶς ἔχειν ὁρᾶσθαι πάντη φάλαγγα πυκνὴν, τῶν δὲ ὁπλων μηδένα

clamatum per praeconem fuit, intellexere milites terrorem vanum fuiſſe, ac duces ſaluos eſſe. Sub primam lucem Clearchus Graecis imperat, vt armati illum in ordinem ſe collocarent, quo in proelio priori conſtiterant.

CAP. III.

Caeterum quod paullo ante ſcripſi, regem hoc aduentu noſtro exterritum fuiſſe; id ſane manifeſtum erat. Nam miſſis ad nos quibuſdam pridie eius diei, poſtulabat arma ſibi tradi: tunc vero ſub ortum ſolis per caduceatores de foederibus agebat. Illi quum ad primas excubias veniſſent, duces quaerere ſe aiebant. Quod vbi renuntiatum a cuſtodibus eſſet, forte Clearchus id temporis ordines luſtrans, cuſtodibus ait; mandarent eis, vt opperirentur, donec ſibi otium eſſet.

2. Quum autem ſic inſtruxiſſet exercitum, vt omni ex parte pulcherrimam denſae phalangis ſpeciem exhiberet, nec quisquam

μηδένα καταφανῆ εἶναι, ἐκάλεσε τὰς ἀγγέλους, καὶ αὐτός τε προῆλθε τάξας τε εὐοπλοτάτους ἔχων καὶ εὐειδεστάτους τῶν αὐτῷ στρατιωτῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς ταῦτα ἔφρασεν.

γ'. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τοῖς ἀγγέλοις ἦσαν, ἠρώτα τί βούλοιντο. οἱ δ' ἔλεγον, ὅτι περὶ σπονδῶν ἥκοιεν ἄνδρες, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται τά τε παρὰ βασιλέως τοῖς Ἕλλησιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ τὰ παρὰ τῶν Ἑλλήνων, βασιλεῖ. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· ἀπαγγέλλετε τοίνυν αὐτῷ, ὅτι μάχης δεῖ πρῶτον. ἄριστον γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὁ τολμήσων περὶ σπονδῶν τοῖς Ἕλλησι λέγειν, μὴ πορίσας ἄριστον.

δ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἄγγελοι ἀπήλαυνον, καὶ ἦκον ταχύ· ᾧ καὶ δῆλον ἦν, ὅτι ἐγγύς που ἦν βασιλεύς, ἢ ἄλλος τις, ᾧ ἐπετέτακτο ταῦτα πράττειν. ἔλεγον δὲ, ὅτι εἰκότα δοκοῖεν λέγειν βασιλεῖ, καὶ ἥκοιεν ἡγεμόνας ἔχοντες, οἳ αὐτοὺς, ἐὰν σπονδαὶ γένωνται, ἄξουσιν ἔνθεν

quam inermis eſſet in conſpectu: nuntios arceſſit, ac tum ipſe progreditur aliquantum cum parte militum ſuorum armis inſtructiſſima, viſuque pulcherrima; tum aliis haec ducibus denuntiat.

3. Poſteaquam ad nuntios peruentum eſſet, quid vellent, interrogat. Reſpondent illi, miſſos eſſe homines idoneos ineundorum foederum cauſſa, qui et Graecis renuntiare mandata regis poſſent, et Graecorum mandata regi. Quibus Clearchus: Ergo renuntiate regi, ait, primum proelio decertandum eſſe. Nam et prandium nuſquam nobis eſt, et nemo eſt hominum, qui apud Graecos mentionem facere foederum audeat, niſi prandium praebeat.

4. His nuntii auditis abequitant, ac ſtatim redeunt: vnde conſtabat in propinquo regem alicubi eſſe, vel quendam alium, cui huius rei perficiendae negotium datum eſſet. Reſpondent autem, regi videri aequa eſſe, quae proponerent: itaque venire ſe cum ducibus itinerum, qui eos, ſi foedera inirentur, ducturi eſſent, vbi commeatum

ἔνθεν ἔξεσι τὰ ἐπιτήδεια. ὁ δ' ἠρώτα, εἰ αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι σπένδοιτο ἴσοι καὶ ἀπίσσιν, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσονται σπονδαί. οἱ δὲ, πᾶσιν, ἔφασαν, μέχρις ἂν βασιλεῖ τὰ παρ' ὑμῶν διαγγελθῇ.

ε'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπον, μετασησάμενος αὐτὸς ὁ Κλέαρχος, ἐβουλεύετο· καὶ ἐδόκει ταχὺ τὰς σπονδὰς ποιεῖσθαι, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἐλθεῖν τε ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια, καὶ λαβεῖν. ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπε· δοκεῖ μὲν καὶ ἐμοὶ ταῦτα· ἐγὼ μέντοι ταχύ γε ἀπαγγελῶ, ἀλλὰ διατρίψω, ἕως ἂν ὀκνήσωσιν οἱ ἄγγελοι, μὴ ἀποδόξῃ ἡμῖν τὰς σπονδὰς ποιήσασθαι. οἶμαί γε μέντοι, ἔφη, καὶ τοῖς ἡμετέροις στρατιώταις τὸν αὐτὸν φόβον παρέσεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐδόκει καιρὸς εἶναι, ἀπήγγελλεν ὅτι σπένδοιτο, καὶ εὐθὺς ἡγεῖσθαι ἐκέλευε πρὸς τὰ ἐπιτήδεια· καὶ οἱ μὲν ἦγον.

ς'. Κλέαρχος μέντοι ἐπορεύετο, τὰς μὲν σπονδὰς ποιησόμενος, τὸ δὲ στράτευμα ἔχων ἐν τάξει, καὶ αὐτὸς ὡπλισ-

meatum abunde habituri eſſent. Quos viciſſim Clearchus interrogabat, an iis tantum foedera polliceretur, qui ad ipſum ituri ac rediturí eſſent: an futurum ſit, vt omnes iiſdem foederibus comprehendantur? Reſpondent illi, pacem omnibus promitti, quouſque a vobis propoſita ad regem referantur.

5. Quae quum dixiſſent, Clearchus, nonnihil ſummotis ipſis, de tota re conſultabat; decretumque eſt, quam primum foedera ineunda eſſe, vt pacate perueniri ad capiendum commeatum poſſet. Idem ſibi placere Clearchus aiebat: ſed tamen hoc confeſtim ipſis non ſignificabo, ſed cunctabor aliquandiu, donec legati vereantur, ne foederum ineundorum ratio a nobis repudietur. Equidem noſtros etiam milites eodem in metu futuros arbitror. Poſteaquam viſum eſt illi eſſe commodum, percuſſurum ſe foedus ait, ſtatimque duci ad commeatum parandum ſe iuſſit. Praeibant illi.

6. Clearchus foedera percuſſurus, copiis inſtructis iter faciebat, quarum ipſe partem vltimam

ὠπισθοφυλάκει. καὶ ἐνετύγχανον τάφροις καὶ αὐλῶσι πλήρεσιν ὕδατος, ὡς μὴ δύναθαι διαβαίνειν ἄνευ γεφυρῶν· ἀλλ' ἐποιοῦντο διαβάσεις ἐκ τῶν φοινίκων, οἳ ἦσαν ἐκπεπλωκότες, τοὺς δὲ καὶ ἐξέκοπτον.

ζ'. Καὶ ἐνταῦθα ἦν Κλέαρχον καταμαθεῖν ὡς ἐπεσάτει, ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὸ δόρυ ἔχων, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βακτηρίαν· καὶ εἴ τις αὐτῷ δοκοίη τῶν πρὸς τοῦτο τεταγμένων βλακεύειν, ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον *ἔπαυσεν ἂν, καὶ ἅμα αὐτὸς προσελάμβανεν εἰς τὸν πηλὸν ἐμβαίνων, ὥστε πᾶσιν αἰσχύνην εἶναι, μὴ ἀσπουδάζειν.

η'. Καὶ ἐτάχθησαν μὲν πρὸς αὐτὸν οἱ τριάκοντα ἔτη γεγονότες· ἐπεὶ δὲ καὶ Κλέαρχον ἑώρων σπουδάζοντα, προσελάμβανον καὶ οἱ πρεσβύτεροι. πολὺ δὲ μᾶλλον ὁ Κλέαρχος ἔσπευδεν, ὑποπτεύων μὴ αἰεὶ οὕτω πλήρεις εἶναι τὰς τάφρους ὕδατος· (ἦ γὰρ ἦν ὥρα οἵα

mam cuſtodiebat. Incidunt autem in foſſas et alueos aqua plenos, quos abſque pontibus tranſire non poterant. Sed tamen eos palmarum adiumento traiiciebant, quae partim humi ſtratae iacebant, partim ab ipſis caedebantur.

7. Atque heic animaduerti poterat, quo pacto Clearchus praeeſſet. Nam manu laeua tenebat haſtam, dextra baculum: ac ſi quis ei videretur illorum, quibus hoc negotii dederat, ignauius ſe gerere; mox idoneum eligens, illum alterum remouebat: quum quidem ipſe deſcendens in coenum, cum aliis manum operi admoveret. Quo fiebat, vt omnes dedecori ſibi fore ducerent, ſi non et ipſi magno ſtudio rem maturarent.

8. Quanquam autem apud ſe triginta tantum annos natos conſtituiſſet, tamen etiam aetate prouectiores, poſteaquam Clearchum maturantem opus viderunt, et ipſi manus admoverunt. Multo certe magis Clearchus feſtinabat, quod foſſas in hunc modum non ſemper aqua plenas eſſe ſuſpicaretur: quippe quum illud anni tempus non

* Al. ἔπαιεν.

οἷα τὸ πεδίον ἄρδειν) ἀλλ' ἵνα πολλὰ τὰ ἄπορα φαίνοιτο τοῖς Ελλησιν εἶναι εἰς τὴν πορείαν, τούτου ἕνεκα βασιλέα ὑπώπτευεν ἐπὶ τὸ πεδίον τὸ ὕδωρ ἀφειμένον.

θ'. Πορευόμενοι δὲ ἀφίκοντο εἰς κώμας, ὅθεν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια. ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς, καὶ οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἐψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν. αὗται δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, οἵας μὴ *ἐν τοῖς Ελλησιν ἔστιν ἰδεῖν, τοῖς οἰκέταις ἀπέκειντο· αἱ δὲ τοῖς δεσπόταις ἀποκείμεναι, ἦσαν ἀπόλεκτοι, θαυμάσιαι τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος· ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε. τὰς δέ τινες **ξηραίνοντες, τραγήματα ἀπετίθεσαν. καὶ ἦν καὶ παρὰ πότον ἡδὺ μὲν, κεφαλαλγὲς δέ. ἐνταῦθα καὶ τὸν ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος πρῶτον ἔφαγον οἱ στρατιῶται, καὶ οἱ πολλοὶ ἐθαύμαζον τό, τε εἶδος, καὶ τὴν ἰδιότητα τῆς ἡδονῆς. ἦν δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο κεφαλαλγές. ὁ δὲ φοίνιξ,

non esset, quo campi rigari solerent. Existimabat nimirum regem idcirco aquam campo immisisse, quo multa Graecis in itinere difficultatem allatura viderentur.

9. Confecto itinere, ad vicos veniunt, e quibus duces viae commeatum capiendum esse demonstrauerant. Erat heic magna frumenti copia, et vinum expressum de palmulis, cum aceto, quod de iisdem palmulis decoctum erat. Hae palmarum glandes, cuiusmodi [non] inuenias in Graecia, famulis reseruabantur. Quae autem dominorum in vsum seruabantur, delectae cum cura erant, admirabili tum pulchritudine, tum magnitudine. Aspectu nihil ab electro differebant. Nonnullas exsiccatas pro bellariis reposuerant. Et erant ad potum suaues quidem illae, sed capitis tamen dolorem excitabant. Hoc loco primum milites etiam medulla palmae vesci coeperunt, multis et genus ipsum, et propriam quandam in hoc cibo suauitatem admirantibus. Sed tamen idem hoc etiam capiti vehementer infestum erat. Palma ipsa,

*. Al. pro μὴ legunt μὲν, cui respondet δὲ, quod proxime sequitur.
**. Al. τὰς δὲ τινας, siue τάςδε τινὰς.

φοίνιξ, ὅθεν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος, ὅλος αὐαί-νετο.

ί. Ἐνταῦθα δὲ ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· καὶ παρὰ μεγάλου βασιλέως ἦκε Τισσαφέρνης, καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, καὶ ἄλλοι Πέρσαι τρεῖς· δοῦλοι δὲ πολλοὶ εἵποντο. ἐπεὶ δὲ ἀπήντησαν αὐτοῖς οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ, ἔλεγε πρῶτον Τισσαφέρνης δι' ἑρμηνέως τοιάδε·

ια'. "Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, γείτων οἰκῶ τῇ Ἑλλάδι· καὶ ἐπεὶ ὑμᾶς εἶδον εἰς πολλὰ κακὰ καὶ ἀμήχανα πεπλωκότας, εὕρημα ἐποιησάμην, εἴ πως δυναίμην παρὰ βασιλέως αἰτήσασθαι δοῦναί μοι ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑμᾶς. οἶμαι γὰρ, οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν ὅτε πρὸς ὑμῶν, ὅτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. ταῦτα δὲ γνοὺς, ἠτούμην βασιλέα, λέγων αὐτῷ, ὅτι δικαίως ἄν μοι χαρίζοιτο, ὅτι αὐτῷ Κύρου τε ἐπιστρατεύοντα πρῶτος ἤγγειλα, καὶ βοήθειαν ἔχων ἅμα τῇ ἀγγελίᾳ ἀφικόμην, καὶ μόνος τῶν κατὰ τοὺς Ἕλληνας τεταγμένων οὐκ ἔφυγον, ἀλλὰ διήλασα καὶ συνέμιξα βασιλεῖ ἐν τῷ ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ, ἔνθα

ipsa, cui medulla esset ademta, prorsus exarescebat.

10. Tres hoic dies commorati sunt, et interea Tissaphernes a magno rege venit, cum coniugis regiae fratre, ac tribus aliis Persis, quos multi servi sequebantur. His quum duces Graecorum obuiam processissent, prior Tissaphernes haec per interpretem ioquutus est:

11. Equidem, Graeci, proximus vestrae sum Graeciae, et quia videbam vos in multa et inexplicabilia mala incidisse; reperiundum mihi aliquid duxi, si qua ratione petere a rege possem, vt vos per ipsum mihi liceret saluos in Graeciam reducere. Pro quo quum intelligerem, tum vos, tum Graeciam vniuersam erga me non ingratam fore: petii hoc a rege, simulque dixi, iure ipsum hac in parte mihi gratificaturum, qui primus de Cyri expeditione ad ipsum retulerim, et vna cum nuntio mecum etiam attulerim copias auxiliares; ac solus ex iis, qui oppositi Graecis fuere, non fugerim; sed aciem perruperim, ac cum rege, vestris in castris, me coniunxerim,

ἔνθα βασιλεὺς ἀφίκετο, ἐπεὶ Κῦρον ἀπέκτεινε· καὶ τὰς σὺν Κύρῳ βαρβάρους ἐδίωξα σὺν τοῖσδε τοῖς παρῶσι νῦν μετ' ἐμοῦ, οἵπερ αὐτῷ εἰσι πιστότατοι. καὶ περὶ μὲν τούτων ὑπέσχετό μοι βουλεύσασθαι· ἔρεσθαι δέ με ὑμᾶς ἐκέλευσεν ἐλθόντα, τίνος ἕνεκα ἐστρατεύσατε ἐπ' αὐτόν. καὶ συμβουλεύω ὑμῖν μετρίως ἀποκρίνασθαι, ἵνα μοι εὐπρακτότερον ᾖ, ἐάν τι δύνωμαι ἀγαθὸν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ διαπράξασθαι."

ιβ'. Πρὸς ταῦτα μεταξὺ οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο, καὶ ἀπεκρίναντο. Κλέαρχος δὲ ἔλεγεν· "Ἡμεῖς ὅτε συνήλθομεν ὡς βασιλεῖ πολεμήσοντες, ὅτ' ἐπορευόμεθα ἐπὶ βασιλέα· ἀλλὰ πολλὰς προφάσεις Κῦρος εὕρισκεν, ὡς καὶ σὺ εὖ οἶδα, ἵνα ὑμᾶς τε ἀπαρασκευάστους λάβοι, καὶ ἡμᾶς ἐνθάδε ἀναγάγοι. ἐπεὶ μέντοι ἤδη ἐῶμεν αὐτὸν ἐν δεινῷ ὄντα, ᾐσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους προδόναι αὐτὸν, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παρέχοντες ἡμᾶς αὐτοὺς εὖ ποιεῖν. ἐπεὶ δὲ

rim, in quae rex, Cyro iam interfecto, venerat: qui denique barbaros ex parte Cyri, cum iis ipsis, quas nunc mecum habeo, fidissimas ipsi, copiis prosequutus fuerim. Itaque mihi pollicitus est, se de his deliberaturum. Sed tamen quaeri ex vobis iussit, quamobrem aduersus ipsum arma ceperitis. Equidem vobis suadeo, moderate respondeatis; vt mihi facilius sit, quantum quidem potero boni, vobis ab ipso impetrare.

12. Ad quae verba Graeci, nonnihil secedentes, quum inter se consultassent, Clearchi verbis in hanc sententiam respondent; Nos neque propterea coiuimus, vt bellum regi faceremus, neque aduersus regem profecti sumus: sed, quod ipse nosti, multos Cyrus praetextus inueniebat, vt et vos imparatos offenderet, et nos huc perduceret. Posteaquam vero circumuentum iam ipsum difficilibus periculis videremus, Deos atque homines reueriti sumus, ne ipsum desereremus; praesertim qui superioribus temporibus ipsius beneficia non fuissemus aspernati. Posteaquam

δὲ Κῦρος τέθνηκεν, ἤτε ἀντιποιούμεθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, ἤτ' ἔστιν ἕ ἕνεκ' ἂν βουλοίμεθα τὴν βασιλέως χώραν κακῶς ποιεῖν· ἀδ' αὐτὸν ἀποκτεῖναι ἂν ἐθέλοιμεν, πορευοίμεθα δὲ ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη. ἀδικοῦντα μέντοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς Θεοῖς ἀμύνασθαι. ἐὰν μέντοι τις ἡμᾶς καὶ εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ, καὶ τοῦτο εἰς γε δύναμιν οὐκ ἡττησόμεθα εὖ ποιοῦντες.»

ιγ'. Ὁ μὲν ἅτως εἶπεν. ἀκούσας δὲ ὁ Τισσαφέρνης, ἔφη· «Ταῦτα ἐγὼ ἀπαγγελῶ βασιλεῖ, καὶ ὑμῖν πάλιν τὰ παρ' ἐκείνου. μέχρι δ' ἂν ἐγὼ ἥκω, αἱ σπονδαὶ μενόντων. ἀγορὰν δὲ ἡμεῖς παρέξομεν. καὶ εἰς μὲν τὴν ὑστεραίαν οὐκ ἦκεν· ὥθ' οἱ Ἕλληνες ἐφρόντιζον· τῇ δὲ τρίτῃ ἥκων ἔλεγεν, ὅτι διαπεπραγμένος ἥκοι παρὰ βασιλέως, δοθῆναι αὐτῷ σώζειν τοὺς Ἕλληνας, καίπερ πάνυ πολλῶν ἀντιλεγόντων, ὡς οὐκ ἄξιον εἴη βασιλεῖ, ἀφεῖναι τοὺς ἐφ' ἑαυτὸν στρατευσαμένους. τέλος δ' εἶπε· καὶ νῦν ἔξεστιν ὑμῖν

eaquam Cyrus e viuis exceſſit, neque de regno cum rege contendimus; neque quidquam habuimus cauſſae, cur ipſius agrum infeſtare vellemus; nec eum tollere de medio cupimus, modo liceat domum ſine cuiuſquam moleſtia redire. Quod ſi quis iniurius erit, in hunc cum Deûm ope vindicare conabimur. Si quis etiam beneficiis nos proſequatur, ab illo ſuperari nos benefaciendo, pro viribus noſtris, haud patiemur.

13. Haec Clearchus; quae Tiſſaphernes quum audiſſet, inquit: Equidem haec regi nuntiabo, viciſſimque mandata ipſius vobis. Sunto autem induciae, donec ego rediero. Itidem forum vobis nos ſuppeditabimus. Poſtridie non rediit: quae res ſane ſollicitos Graecos habuit. Die tertio quum veniſſet, ait perfeciſſe ſe apud regem, vt ſibi facultas Graecos incolumes domum reducendi conceſſa ſit; tametſi quamplurimi fuiſſent, qui contradicerent, non ex regis eſſe dignitate, qui aduerſus ipſum arma cepiſſent, dimittere. Ad extremum: Licet iam, ait, fidem

ὑμῖν πιστὰ λαβεῖν παρ' ἡμῶν, ἢ μὴν φιλίαν ὑμῖν παρέξειν τὴν χώραν, καὶ ἀδόλως ἀπάξειν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἀγορὰν παρεχοντας. ὅπως δ' ἂν μὴ παρέχωμεν ἀγορὰν, λαμβάνειν ὑμᾶς ἐκ τῆς χώρας ἐάσομεν τὰ ἐπιτήδεια. ὑμᾶς δ' αὖ ἡμῖν δεήσει ὀμόσαι, ἢ μὴν πορεύεσθαι ὡς διὰ φιλίας ἀσινῶς, σῖτα καὶ ποτὰ λαμβάνοντας, ὁπόταν μὴ παρέχωμεν ἀγοράν· ἐὰν δὲ παρέχωμεν ἀγορὰν, ὠνουμένους ἔξειν τὰ ἐπιτήδεια.

ιδ'. Ταῦτα ἔδοξε, καὶ ὤμοσαν, καὶ δεξιὰς ἔδοσαν Τισσαφέρνης, καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς, καὶ ἔλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων. μετὰ δὲ ταῦτα Τισσαφέρνης εἶπε· νῦν μὲν δὴ ἄπειμι ὡς βασιλέα· ἐπειδὰν δὲ διαπράξωμαι ἃ δέομαι, ἥξω συσκευασάμενος, ὡς ἀπάξων ὑμᾶς εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ αὐτὸς ἀπιὼν ἐπὶ τὴν ἐμαυτοῦ ἀρχήν.»

ΚΕΦ.

a nobis accipiatis, certo nos ditionem regis pacatam vobis redditurus; et ſuppeditato commeatu, ſine fraude vos ducturos in Graeciam: Sicubi forum non ſuppeditauerimus, poteſtatem vobis faciemus, commeatum ex regione noſtra ſumendi: Vos viciſſim nobis iureiurando ſancte pollicebimini, tanquam per regionem amicorum, ſine vllo damno vos iter facturos; ac ſi forum non praebuerimus, eſculenta et potulenta ſumturos: ſin forum inſtituatur, commeatum pretio numerato redemturos.

14. Decreta ſunt haec, et iureiurando ſancita; quum Tiſſaphernes, et coniugis regiae frater, Graecorum ducibus ac praefectis cohortium manus dextras porrigerent, ac viciſſim a Graecis acciperent. Poſt haec Tiſſaphernes: Equidem, ait, ad regem me iam confero. Poſteaquam vero perfecero, quae perfici neceſſe erit; redibo, paratis omnibus, deductum vos in Graeciam, et meam in prouinciam memet receptum.

CAP.

ΚΕΦ. δ'.

Μετὰ ταῦτα περιέμενον Τισσαφέρνην οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος, ἐγγὺς ἀλλήλων ἑσρατοπεδευμένοι, ἡμέρας πλείους ἢ εἴκοσιν. ἐν δὲ ταύταις ἀφικνοῦνται πρὸς Ἀριαῖον καὶ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκαῖοι, καὶ πρὸς τοὺς σὺν ἐκείνῳ Περσῶν τινὲς παραθαῤῥύνοντές τε καὶ δεξιὰς ἔνιοι παρὰ βασιλέως φέροντες, μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς τῆς σὺν Κύρῳ ἐπισρατείας, μηδὲ ἄλλῳ μηδενὸς τῶν παροιχομένων. τούτων δὲ γιγνομένων, ἔνδηλοι ἦσαν οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον ἧττον τοῖς Ἕλλησι προσέχοντες τὸν νοῦν· ὥσε καὶ τοῦτο τοῖς μὲν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἤρεσκεν, ἀλλὰ προσιόντες τῷ Κλεάρχῳ ἔλεγον, καὶ τοῖς ἄλλοις σρατηγοῖς·

β'. "Τί μένομεν; ἢ οὐκ ἐπισάμεθα, ὅτι βασιλεὺς ἡμᾶς ἀπολέσας περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιτο, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι φόβος ᾖ ἐπὶ βασιλέα σρατεύειν; καὶ νῦν μὲν

CAP. IV.

Hinc iam et Graeci, et Ariaeus, caſtris in proximo locatis, Tiſſaphernem amplius viginti diebus opperiebantur. Interea veniunt ad Ariaeum fratres, et propinqui caeteri, itemque nonnulli Perſarum ad ipſius milites, qui animum eis addebant, nonnullis a a rege fidem datam ſignificantibus, non fore memorem eius iniuriae regem, quod in armis cum Cyro fuiſſent, nec vllius alterius rei praeteritae. Quae quum ita fierent, palam animaduerti poterat, Ariaeum cum ſuis minus iam Graecis addictos eſſe: vt iam illud ipſum pleriſque Graecorum non placeret, qui Clearchum quum acceſſiſſent, ac duces caeteros:

2. Quid, inquiunt, heio expectamus? an neſcimus, nihil regem malle, quam nos perditos, vt Graecis etiam caeteris metum incutiat, ne adverſus ipſum arma capiant? Nimirum iam dedita opera

μὲν ἡμᾶς ὑπάγεται μένειν, διὰ τὸ διεσπάρθαι αὐτῷ τὸ στράτευμα· ἐπειδὰν δὲ πάλιν ἁλισθῇ αὐτῷ ἡ στρατιά, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἐπιθήσεται ἡμῖν. ἴσως δέ που ἢ ἀποσκάπτει τι, ἢ ἀποτειχίζει, ὡς ἄπορος ἡ ἡ ὁδός. οὐ γάρ ποτε ἑκών γε βουλήσεται ἡμᾶς ἐλθόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀπαγγεῖλαι, ὡς ἡμεῖς τοσοίδε ὄντες ἐνικῶμεν τὴν βασιλέως δύναμιν ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοῦ, καὶ καταγελάσαντες ἀπήλθομεν.„

γ'. Κλέαρχος δὲ ἀπεκρίνατο τοῖς ταῦτα λέγουσιν· „Ἐγὼ ἐνθυμοῦμαι μὲν καὶ ταῦτα πάντα. ἐννοῶ δὲ, ὅτι εἰ νῦν ἄπιμεν, δόξομεν ἐπὶ πολέμῳ ἀπιέναι, καὶ παρὰ τὰς σπονδὰς ποιεῖν. ἔπειτα πρῶτον μὲν ἀγορὰν οὐδεὶς ἡμῖν παρέξει, οὐδ' ὁπόθεν ἐπισιτισόμεθα· αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται. καὶ ἅμα ταῦτα ποιούντων ἡμῶν εὐθὺς Ἀριαῖος ἀφεστήξει· ὥστε φίλος ἡμῶν οὐδεὶς λελείψεται, ἀλλ' οἱ καὶ πρόσθεν ὄντες, πολέμιοι ἡμῖν ἔσονται. ποταμὸς δὲ εἰ μέν

nos hoic retinere conatur, quum exercitum hinc inde diſperſum habeat. Verum quamprimum is de integro collectus fuerit, fieri non poteſt, quin nos adoriatur. Fortaſſis etiam alicubi vel foſſas ſtruit, vel munimenta, vt nobis iter nullum pateat. Neque enim fiet ipſo volente, vt nos in Graeciam reuerſi nuntium afferamus, tam exignas copias noſtras regiam potentiam, non procul a portis eius, fregiſſe, ac, illuſo rege, rediiſſe.

3. Clearchus autem iis, qui haec aiebant: Equidem, reſpondebat, haec omnia cum animo meo perpendo: ſed tamen illud etiam cogito, ſi iam diſcedamus, futurum, vt videamur ita voluiſſe diſcedere, quaſi bellum expetamus, et contra foedera facere velimus. Deinde forum nemo nobis praebebit, neque frumentandi copia ſuppetet. Praeterea ducem itineris neminem habebimus. Etiam Ariaeus mox a nobis deficiet, ſi hoc fecerimus. Quo fiet, vt neminem amicum ſimus habituri reliquum: ſed illi etiam futuri ſint hoſtes, qui prius amici erant. Fluuius quidem

μέν τις καὶ ἄλλος ἄρα ἡμῖν ἐστι διαβατέος, ἢ οἶδα· τὸν δ' ἂν Εὐφράτην ἴσμεν ὅτι ἀδύνατον διαβῆναι, κωλυόντων πολεμίων. ἃ μὲν δὴ, ἂν μάχεσθαι δέῃ, ἱππεῖς εἰσιν ἡμῖν σύμμαχοι· τῶν δὲ πολεμίων ἱππεῖς εἰσιν οἱ πλεῖστοι καὶ πλείστου ἄξιοι· ὥστε νικῶντες μὲν τίνα ἂν ἀποκλείναιμεν; ἡττωμένων δὲ μὴν ἀδένα οἷόν τε σωθῆναι. ἐγὼ μὲν ἂν βασιλέα, ᾧ πολλὰ ἄτως ἐστὶ τὰ σύμμαχα, εἴπερ προθυμεῖται ἡμᾶς ἀπολέσαι, ἢ οἶδα ὅ, τι δεῖ αὐτὸν ὀμόσαι, καὶ δεξιὰν δῶναι, καὶ θεὰς ἐπιορκῆσαι, καὶ τὰ ἑαυτῷ πιστὰ ἄπιστα ποιῆσαι Ἕλλησι καὶ βαρβάροις.„

δ'. Τοιαῦτα ἔλεγε πολλά. ἐν δὲ τούτῳ Τισσαφέρνης ἦκεν, ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὡς εἰς οἶκον ἀπιών, καὶ Ὀρόντας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως ἐπὶ γάμῳ. ἐντεῦθεν δὲ Τισσαφέρνους ἡγουμένου, καὶ ἀγορὰν παρέχοντος ἐπορεύοντο. ἐπορεύετο δὲ καὶ Ἀριαῖος, ἔχων τὸ Κύρου βαρβα-

dem num traiiciendus ſit nobis alius, haud ſcio: Euphratem certe ſcimus, hoſte impediente, nullo modo tranſiri poſſe. Nec equites habemus auxiliarios, ſi pugnam res poſcat. At hoſti tum ampliſſimus, tum pretii quantiuis equitatus eſt. Quemnam igitur interficiemus, ſi maxime ſuperiores in pugna ſimus? certe ſi vincemur, nemo ſaluus euadere poterit. Equidem haud ſcio, cur regem, perdere nos cupientem, iusiurandum praeſtare neceſſe fuerit, ac dare dextram, Deosque iurisiurandi teſtes implorare †, datam denique tum Graecis tum barbaris fidem irritam facere, quum a tam multis ipſe auxiliis inſtructus ſit.

4. Multa in hanc ſententiam dicebat. Interea Tiſſaphernes cum copiis ſuis aderat, quaſi domum profecturus, itemque cum copiis ſuis Orontas. Etiam regis filiam Orontas, matrimonio ſibi iunctam, ſecum ducebat. Itaque deinceps Tiſſaphernе praeeunte, ac forum ſuppeditante, proficiſcebantur. Comitabatur et Ariaeus Tiſſaphernem ac Orontam, cum copiis

† Al. *per Deos fallendi animo et dolo malo iurare.*

βαρβαρικὸν στράτευμα, ἅμα Τισσαφέρνει καὶ Ορόντᾳ, καὶ συνεστρατοπεδεύετο σὺν ἐκείνοις.

ε'. Οἱ δὲ Ελληνες ὑφορῶντες τούτους, αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἐχώρουν, ἡγεμόνας ἔχοντες. ἐστρατοπεδεύοντο δὲ ἑκάστοτε ἀπέχοντες ἀλλήλων παρασάγγην, καὶ μεῖον· ἐφυλάττοντο δὲ οἱ ἀμφότεροι, ὥσπερ πολεμίους, ἀλλήλους, καὶ εὐθὺς τοῦτο ὑποψίαν παρεῖχεν. ἐνίοτε δὲ καὶ ξυλιζόμενοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ χόρτον καὶ ἄλλα τοιαῦτα συλλέγοντες, πληγὰς ἐνέτεινον ἀλλήλοις· ὥστε καὶ τοῦτο ἔχθραν παρεῖχε.

ς'. Διελθόντες δὲ τρεῖς σταθμοὺς, ἀφίκοντο πρὸς τὸ Μηδίας τεῖχος, καὶ παρῆλθον αὐτοῦ εἴσω· ἦν δὲ ᾠκοδομημένον πλίνθοις ὀπταῖς ἐν ἀσφάλτῳ κειμέναις, εὖρος εἴκοσι ποδῶν, ὕψος δὲ ἑκατόν· μῆκος δὲ ἐλέγετο εἶναι εἴκοσι παρασαγγῶν· ἀπεῖχε δὲ Βαβυλῶνος ὁ πολύ.

ζ'. Εντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς δύο, παρασάγγας ὀκτὼ, καὶ διέβησαν διώρυχας δύο, τὴν μὲν, ἐπὶ γεφύρας, τὴν δ', ἐζευγμένην πλοίοις ἐπτά. αὗται δὲ ἦσαν ἀπὸ

piis, quas de barbaris Cyrus conſcripſerat; et erant illis caſtra communia.

5. Graeci, quum eos ſuſpectos haberent, ſeorſum cum itineris ducibus ſuis pergebant. Semper ita metabantur caſtra, vt aliquanto minus vna paraſanga ab ſe inuicem diſtarent. Praeterea cauebant alterutri ſibi ab alteris, tanquam hoſtibus; quae res ſtatim ſuſpicioni anſam praebuit. Nonnunquam inter lignandum eodem loco, vel inter pabulandum, vel colligendum eius generis alia, verberibus ſeſe multabant. Quae res et ipſa inimicitias excitabat.

6. Quum caſtra ter habuiſſent, ad Mediae murum perveniunt, quem et ingreſſi ſunt, extructum opere latericio, et bitumine, quum latitudinem haberet xx pedum, altitudinem c. longitudo ferebatur eſſe paraſangarum xx, neque procul a Babylone aberat.

7. Inde caſtris alteris, quum paraſangas confeciſſent octo, binos alueos, manu factos, traiecere, ponte alterum, alterum nauigiis ſeptem iunctum. Ducti erant hi a Tigri

ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ. (κατετέτμηντο δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ τάφροι ἐπὶ τὴν χώραν, αἱ μὲν πρῶται, μεγάλαι, ἔπειτα δ' ἐλάσσους, τέλος δὲ καὶ μικροὶ ὀχετοί, ὥσπερ ἐν τῇ Ελλάδι ἐπὶ τὰς μελίνας) καὶ ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν, πρὸς ᾧ πόλις ἦν μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, ᾗ ὄνομα Σιτάκη, ἀπέχουσα τοῦ ποταμοῦ σταδίους πεντεκαίδεκα.

η'. Οἱ μὲν οὖν Ελληνες παρ' αὐτὴν ἐσκήνωσαν, ἐγγὺς παραδείσου καλοῦ καὶ μεγάλου, καὶ δασέος παντοίων δένδρων. οἱ δὲ βάρβαροι διαβεβηκότες τὸν Τίγρητα, ὑ μέντοι γε καταφανεῖς ἦσαν. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ἔτυχον ἐν περιπάτῳ ὄντες πρὸ τῶν ὅπλων Πρόξενος καὶ Ξενοφῶν· καὶ προσελθὼν ἐρώτησεν ἄνθρωπός τις τοὺς προφύλακας, πᾶ ἂν ἴδοι Πρόξενον ἢ Κλέαρχον. Μένωνα δὲ οὐκ ἐζήτει, καὶ ταῦτα, παρὰ Αριαίου ὢν τοῦ Μένωνος ξένος.

θ'. Επεὶ δὲ Πρόξενος εἶπεν, ὅτι αὐτὸς εἴη, ὃν ζητεῖ, εἶπεν ὁ ἄνθρωπος· "ἔπεμψάν με Αριαῖος καὶ Αρταέζος, πιστοὶ ὄντες Κύρῳ, καὶ ὑμῖν εὖνοι, καὶ κελεύουσι φυλάττε-

σθαι,

gri fluuio, et ab his fossae per totam illam regionem erant deriuatae, primae maiores, deinde minores, tandem etiam exigui canales, cuiusmodi ad panici segetem in Graecia ducuntur. Hinc ad Tigrim fluvium perueniunt, propter quem vrbs erat ingens et populosa, cui nomen Sitaca, interuallo stadiorum xv a flumine remota.

8. Heic ad vrbem Graeci non procul ab horto castra locant; qui et elegans erat, et amplus, et multis arboribus densus. Barbari quum Tigrim transiissent, conspici amplius haud poterant. A coena forte Proxenus et Xenophon pro castris ambulabant, quum quidam accedens, excubias primas interrogat, vbinam vel Proxenum vel Clearchum reperiret. De Menone non quaerebat, quanquam ab Ariaeo veniret, Menonis hospite.

9. Quum respondisset Proxenus, se illum esse, quem quaereret: Ariaeus, inquit, et Artaëzus, fideles olim Cyro, et vobis beneuoli, me miserunt; cauendumque

θαι, μὴ ὑμῖν ἐπιθῶνται τῆς νυκτὸς οἱ βάρβαροι. ἔστι δὲ στράτευμα πολὺ ἐν τῷ πλησίον παραδείσῳ. καὶ ἐπὶ τὴν γέφυραν τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ πέμψαι κελεύσει φυλακήν, ὅτι διανοεῖται λῦσαι αὐτὴν Τισσαφέρνης τῆς νυκτὸς, ἥνπερ δύνηται, ὡς μὴ διαβῆτε, ἀλλ' ἐν μέσῳ ἀποληφθῆτε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς διώρυχος.„

ί. Ακούσαντες ταῦτα ἄγουσιν αὐτὸν παρὰ τὸν Κλέαρχον, καὶ φράζουσιν ἃ λέγει. ὁ δὲ Κλέαρχος ἀκούσας ἐταράχθη, καὶ ἐφοβεῖτο σφόδρα. νεανίσκος δέ τις τῶν παρόντων ἐννοήσας, εἶπεν ὡς οὐκ ἀκόλουθα εἴη, τό, τε ἐπιθήσεσθαι, καὶ τὸ λύσειν τὴν γέφυραν. δῆλον γὰρ, ὅτι ἐπιτιθεμένους ἢ νικᾶν δεήσει αὐτοὺς, ἢ ἡττᾶσθαι. ἐὰν μὲν οὖν νικῶσι, τί δεῖ αὐτοὺς λύειν τὴν γέφυραν; οὐδὲ γὰρ, ἂν πολλαὶ γέφυραι ὦσιν, ἔχοιμεν ἄν, ὅποι φυγόντες ἡμεῖς σωθῶμεν. ἂν δ' αὖ ἡμεῖς νικῶμεν, λελυμένης τῆς γεφύρας οὐκ ἔξουσιν ἐκεῖνοι, ὅποι ἂν φύγωσιν· οὐδὲ μὴν βοηθῆσαι,

dumque vobis esse denuntiant, ne barbari noctu vos adoriantur. Etenim numerosae copiae in vicino vobis horto sunt. Praeterea vos hortantur, vt ad pontem Tigris fluminis praesidium mittatis. Nam Tissaphernes noctu eum soluere cogitat, vt, si fieri possit, non transeatis; sed inter Tigrim et alueum intercludamini.

10. Quae quum illi audiissent, ducunt hominem ad Clearchum; et quae diceret, exponunt. Perturbatus ille hoc nuntio, mirifico in metu erat: quum adolescens quidam ex iis, qui aderant, re considerata, nequaquam esse aiebat consentanea, quod diceretur ipsos adoriturus Tissaphernes, et pontem etiam soluturus. Nam necesse est, eos, si nos adoriantur, vel vincere vel vinci. Si ergo vicerint, quid opus est pontem soluere? Tametsi enim complures pontes fuerint, non tamen erit, quo fugientes euadere salui possimus. Sin e contrario, nos victores fuerimus, soluto ponte, nulla fugiendi facultas ipsis erit reliqua: ne quidem ferre quisquam

σαι, πολλῶν ὄντων πέραν, ὐδεὶς αὐτοῖς δυνήσεται, λελυμένης τῆς γεφύρας.

ιά. Ακούσας δὲ ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἤρετο τὸν ἄγγελον, πόση τις εἴη χώρα ἡ ἐν μέσῳ τῷ Τίγρητος καὶ τῆς διώρυχις. ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι πολλὴ, καὶ κῶμαι ἔνεισι, καὶ πόλεις πολλαὶ καὶ μεγάλαι. τότε δὲ καὶ ἐγνώθη, ὅτι οἱ βάρβαροι τὸν ἄνθρωπον ὑποπέμψαιεν, ὀκνοῦντες μὴ οἱ Ελληνες διελθόντες τὴν γέφυραν, μένοιεν ἐν τῇ νήσῳ, ἐρύματα ἔχοντες, ἔνθεν μὲν τὸν Τίγρητα ποταμὸν, ἔνθεν δὲ τὴν διώρυχα· τὰ δ' ἐπιτήδεια ἔχοιεν ἐκ τῆς ἐν μέσῳ χώρας, πολλῆς καὶ ἀγαθῆς οὔσης, καὶ τῶν ἐργασομένων ἐνόντων· εἶτα δὲ καὶ ἀποσοφὴ γένοιτο, εἴ τις βούλοιτο βασιλέα κακῶς ποιεῖν.

ιβ'. Μετὰ ταῦτα ἀνεπαύοντο, ἐπὶ μέντοι τὴν γέφυραν ὅμως φυλακὴν ἔπεμψαν. καὶ ὅτε ἐπέθετο ὐδεὶς ὐδαμόθεν, ὅτε πρὸς τὴν γέφυραν ὐδεὶς ἦλθε τῶν πολεμίων, ὡς οἱ

quam ipsis auxilium poterit, deiecto ponte, quantumuis trans amnem multi sint.

11. Quae quum Clearchus audiisset, quaerit de nuntio, quam late pateret ea regio, quae Tigri et alueo iit interiecta. Respondit is, amplam esse, multosque vicos, multas et magnas vrbes habere. Tum vero animaduersum est, clam submissum a barbaris hominem fuisse; qui verentur, ne Graeci pontem transirent, ac in insula manerent, in qua ex parte vna Tigri fluuio, ex altera alveo pro munimentis vterentur: commeatum ex agro his interiecto haberent, qui et latus esset, et fertilis, praesertim non defuturis etiam, qui eum colerent. Quo loco pro refugio vterentur, si qui regem petere bello vellent.

12. Secundum haec quieti se dabant, ac nihilo minus ad pontem praesidium mittunt. Verum nec vlla ex parte quisquam eos inuasit, nec ad pontem vllus hostium venit; quemadmodum ii, qui praesidii causa locati ad eum

οἱ φυλάττοντες ἀπήγγελλον. ἐπειδὴ δὲ ἕως ἐγένετο, διέβησαν τὴν γέφυραν ἐζευγμένην πλοίοις τριάκοντα καὶ ἑπτὰ, ὡς οἷόν τε μάλιστα πεφυλαγμένως. ἐξήγγελλον γάρ τινες τῶν παρὰ Τισσαφέρνους Ἑλλήνων, ὡς διαβαινόντων μέλλοιεν ἐπιτίθεσθαι· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ψευδῆ ἦν. διαβαινόντων μέντοι Γλοῦς αὐτοῖς ἐπεφάνη μετ' ἄλλων, σκοπῶν εἰ διαβαίνοιεν τὸν ποταμόν· ἐπεὶ δὲ εἶδεν, ὤχετο ἀπελαύνων.

ιγ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Τίγρητος ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Φύσκον ποταμὸν, τὸ εὖρος πλέθρου. ἐπῆν δὲ γέφυρα, καὶ ἐνταῦθα ᾠκεῖτο πόλις μεγάλη, ᾗ ὄνομα Ὦπις· πρὸς ἣν ἀπήντησε τοῖς Ἕλλησιν ὁ Κύρου καὶ Ἀρταξέρξου νόθος ἀδελφὸς, ἀπὸ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων στρατιὰν πολλὴν ἄγων, ὡς βοηθήσων βασιλεῖ· καὶ στήσας τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, παρεχομένους ἐθεώρει τοὺς Ἕλληνας.

ιδ'. Ὁ δὲ Κλέαρχος ἡγεῖτο μὲν εἰς δύο, ἐπορεύετο δ' ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐφισάμενος. ὅσον δ' ἂν χρόνον τὸ ἡγούμενον

fuerant, nuntiarunt. Mane prima aurora pontem, XXXVII nauigiis iunctum, quam cautissime fieri posset, transeunt. Nam quidam apud Tissaphernem Graeci futuros nuntiarant, qui transeuntes adorirentur; quod sane falsum fuit: nisi quod in ipso transitu Glus, cum quibusdam aliis, conspectus ab eis fuit, qui, num amnem transirent, specularetur: quod quum Graecos facere videret, statim abequitabat.

13. A Tigri fluuio castris quartis, parasangas XX confecerunt, vsque ad Physcum amnem, qui est latitudine plethri. Habebat et pontem, ac non procul aberat ampla ciuitas, cui nomen Opis. Ad eam quum venissent, obuiam habuere Cyri et Artaxerxis fratrem nothum; qui vt opem regi ferret, a Susis et Ecbatanis numerosas copias ducebat. Has quum subsistere iussisset, Graecos transeuntes spectabat.

14. Ducebat exercitum in binos Clearchus, et sic faciebat iter, vt nonnunquam insisteret. Quantisper autem pars copiarum

μενον τῶ στρατεύματος ἐπισχῆ, τοσοῦτον ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίγνεσθαι τὴν ἐπίσασιν· ὥστε τὸ στράτευμα καὶ *αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι δόξαι πάμπολυ εἶναι, καὶ τὸν Πέρσην ἐκπεπλῆχθαι θεωροῦντα.

ιε'. Ἐντεῦθεν δὲ ἐπορεύθησαν διὰ τῆς Μηδίας σταθμοὺς ἐρήμους ἓξ, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς τὰς Παρυσάτιδος κώμας, τῆς Κύρου καὶ βασιλέως μητρός. ταύτας Τισσαφέρνης Κύρῳ ἐπεγγελῶν διαρπάσαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, πλὴν ἀνδραπόδων. ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς, καὶ πρόβατα, καὶ ἄλλα χρήματα.

ις'. Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς ἐρήμους πέντε, παρασάγγας εἴκοσι, τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ σταθμῷ, πέραν τοῦ ποταμοῦ, πόλις ὠκεῖτο μεγάλη καὶ εὐδαίμων, ὄνομα Καιναὶ, ἐξ ἧς οἱ βάρβαροι διῆγον ἐπὶ **σχεδίας διφθερῶν ἄρτους, τυρὸν, οἶνον.

ΚΕΦ.

rum anterior ſubſiſteret, tantiſper etiam, per omnem exercitum, inhibitionem ab itinere fieri neceſſe erat. Quo factum eſt, vt ipſis etiam Graecis ingentes eſſe copiae viderentur, et hic Perſa ſpectans eas obſtupeſceret.

15. Inde per Mediam in ſolitudine caſtris ſextis, paraſangas xxx progreſſi, ad Paryſatidis, quae Cyri ac regis mater erat, vicos perueniunt. Tiſſaphernes, vt Cyro illuderet, eos diripiendi poteſtatem Graecis fecit, exceptis mancipiis. Erat autem in eis magna frumenti, pecudum, caeterarum rerum copia.

16. Hinc per ſolitudinem itinere facto, caſtris quintis, paraſangas xx confecerunt, quum Tigrim amnem ad laevam haberent. Ad caſtra prima, trans flumen, vrbs ampla et opulenta erat, cui nomen Caenae, ex qua barbari ratibus coriaceis panes, caſeum, vinum aduehebant.

CAP.

* Al. αὐτοῖς τοῖς ἱππεῦσι.

** Al. σχεδίαις.

ΚΕΦ. ε'.

Μετὰ ταῦτα ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν Ζάβατον ποταμὸν, τὸ εὖρος τετ[ά]ρων πλέθρων. καὶ ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· ἐν δὲ ταύταις ὑποψίαι μὲν ἦσαν, φανερὰ δ' ἀδεμία ἐφαίνετο ἐπιβουλή. ἔδοξεν οὖν τῷ Κλεάρχῳ συγγενέσθαι Τισσαφέρνει, καὶ εἴ πως δύναιτο, παῦσαι τὰς ὑποψίας, πρὶν ἐξ αὐτῶν πόλεμον γενέσθαι. καὶ ἔπεμψέ τινα ἐρῶντα, ὅτι συγγενέσθαι αὐτῷ χρήζοι. ὁ δὲ ἑτοίμως ἐκέλευσεν ἥκειν. ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον, λέγει ὁ Κλέαρχος τάδε·

β'. "Εγώ, ὦ Τισσαφέρνη, οἶδα μὲν ἡμῖν ὅρκους γεγενημένους, καὶ δεξιὰς δεδομένας, μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους· φυλατ[ό]μενον δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς· καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, ἀντιφυλατ[ό]μεθα. ἐπεὶ δὲ σκοπῶν οὐδὲν δύναμαι ὅτε σε αἰσθέσθαι πειρώμενον ἡμᾶς κακοποιεῖν, ἐγώ

CAP. V.

Deinde ad Zabatum fluuium veniunt, qui erat plethrorum quatuor latitudine. Heic dies tres sunt commorati, quibus nonnullae suspiciones ortae sunt, nullae tamen apparebant insidiae manifestae. Quamobrem Clearcho visum est conuenire Tissaphernem, et si qua ratione posset, suspiciones prius extinguere; quam bellum ex eis oriretur. Mittit ergo, qui diceret, cupere Clearchum cum ipso congredi. Respondit is promte, vt modo veniret. Quum conuenissent, Clearchus hac oratione vsus est:

2. Noui ego, Tissaphernes, sacramentis nos mutuo deuinctos esse, datasque dextras, ne iniuriam alter alteri faciat. Sed tamen cauere te tibimet a nobis, tanquam ab hostibus, video: nosque vicissim, quum id videamus, nobis abs te cauemus. Quia vero mecum ipse dispiciens, nihil animadvertere possum, in quo tu nos laedere coneris; et ipse certo

ἐγώ τε σαφῶς οἶδα, ὅτι ἡμεῖς γε οὐδ' ἐπινοοῦμεν οὐδὲν τοιοῦτον, ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοι ἐλθεῖν, ὅπως, εἰ δυναίμεθα, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπιστίαν. καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακὰ τοὺς ὅτε μέλλοντας, ὅτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. τὰς οὖν τοιαύτας ἀγνωμοσύνας νομίζων συνουσίαις μάλιστα ἂν παύεσθαι, ἦκω, καὶ διδάσκειν σε βούλομαι, ὡς σὺ ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστεῖς. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ μέγιστον, οἱ θεῶν ὅρκοι ἡμᾶς κωλύουσι πολεμίους εἶναι ἀλλήλοις· ὅσις δὲ τούτων σύνοιδεν αὐτῷ παρημεληκὼς, τοῦτον ἐγὼ ὅποτ' ἂν εὐδαιμονίσαιμι. τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον *οὐκ οἶδα ὅτ' ἀπὸ ποίου ἂν τάχους φεύγων τις ἀποφύγοι, ὅτ' εἰς ποῖον ἂν σκότος ἀποδραίη, ὅθ' ὅπως ἂν εἰς ἐχυρὸν χωρίον ἀποσαίη. πάντη γὰρ πάντα τοῖς θεοῖς ὕποχα, καὶ παντα-

ταχῆ

certo ſcio, nos nihil tale ne quidem cogitare: putaui te mihi colloquendi cauſſa conueniendum eſſe, vt, ſi qua ratione poſſemus, finem mutuo diffidendi nobis faceremus. Nam noui equidem homines, qui quum vel propter criminationes, vel ſuſpicionem, mutuo ſeſe metuerent, prius quam quid ipſis accideret, anteuertendi conatu atrociſſimis malis eos afficerent, qui nihil tale nec expectarent, nec uellent. Quare quum huiuſmodi errores exiſtimarem maxime familiari conſuetudine ſopiri, ad te venio, teque docere cupio, non recte nobis te diffidere. Quod enim primum eſt et maximum, ipſa nos iurisiurandi religio nobis inuicem inſeſtos eſſe non patitur: quam ſi quis parui ſe feciſſe ſibimet conſcius eſt, eum equidem beatum praedicare non poſſum. Nam haud ſcio, quo pacto quis bellum ſibi a Diis illatum vlla celeritate poſſit effugere, nec quibus ab eo ſe latebris tegere poſſit, vel propugnaculis includere. Nimirum vbiuis locorum omnia Diis ſubiecta ſunt, et

* Al. οὐκ οἶδα ὑφ' ὁποίῳ.

ταχῆ πάντων ἴσον οἱ Θεοὶ κρατοῦσι. περὶ μὲν δὴ τῶν Θεῶν τε καὶ τῶν ὅρκων οὕτω γιγνώσκω, παρ' οὓς ἡμεῖς τὴν φιλίαν συνθέμενοι κατεθέμεθα. τῶν δὲ ἀνθρωπίνων σε ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι νομίζω μέγιστον ἡμῖν εἶναι ἀγαθόν. σὺν μὲν γάρ σοι πᾶσα ἡμῖν ὁδὸς εὔπορος, πᾶς ποταμὸς διαβατός, τῶν δ' ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορία· ἄνευ δέ σου πᾶσα μὲν ἡ ὁδὸς διὰ σκότους, (οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἐπιστάμεθα) πᾶς δὲ ποταμὸς δύσπορος, πᾶς δ' ὄχλος φοβερός· φοβερώτατον δ' ἐρημία· μεστὴ γὰρ πολλῆς ἀπορίας ἐστίν. εἰ δὲ δὴ καὶ μανέντες σε κατακτείναιμεν, ἄλλο τι ἂν, ἢ τὸν εὐεργέτην κατακτείναντες, πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα; ὅσων δὲ δὴ καὶ οἵων ἐλπίδων ἐμαυτὸν ἂν στερήσαιμι, εἴ σέ τι κακὸν ἐπιχειρήσαιμι ποιεῖν, ταῦτα λέξω. ἐγὼ γὰρ Κῦρον ἐπεθύμησά μοι φίλον γενέσθαι, νομίζων τῶν τότε ἱκανώτατον εἶναι εὖ ποιεῖν ὃν

et vbique Dii pari ratione omnia ſua poteſtate continent. Atque haec eſt mea de Diis ac iureiurando ſententia, apud quos initam nos amicitiam depoſuimus. Quod humanas autem res attinet, equidem te nobis in hoc tempore longe maximum eſſe bonum ſtatuo. Nam per te nobis omnis via tranſitu facilis eſt, omne flumen permeabile, nullą commeatus inopia: abſque eodem ſit, iter omne caliginoſum erit, (quippe cuius ignari plane ſimus) flumen omne traiectu difficile, omnis turba terribilis, multoque maxime terribilis ſolitudo, quippe quae variis difficultatibus referta ſit. Quod ſi te furore impulſi occidamus, quid aliud fecerimus, quam quod, occiſo homine de nobis bene promerito, aduerſus regem maximum, vindicem tuum, decertabimus? Equidem quas et quales mihi ſpes facturus ſim irritas, ſi quid adverſus te mali ſtruere coner, exponam ipſe. Cyri amicitiam ego expetiui, quod illum vnum arbitrarer inter homines ſui temporis idoneum maxime ad bene merendum, de

quibus

ὃν ἂν βούλοιτο. σὲ δὲ νῦν ὁρῶ τήν τε Κύρου δύναμιν καὶ χώραν ἔχοντα, καὶ τὴν σεαυτοῦ ἀρχὴν σώζοντα, τὴν δὲ βασιλέως δύναμιν, ᾗ Κῦρος πολεμίᾳ ἐχρῆτο, σοὶ ταύτην σύμμαχον οὖσαν. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων, τίς ἄτω μαίνεται, ὅστις ἂ σοὶ βούλεται φίλος εἶναι; ἀλλὰ μὴν ἐρῶ γὰρ καὶ ταῦτα, ἐξ ὧν ἔχω ἐλπίδας, καί σε βουλήσεσθαι φίλον ἡμῖν εἶναι. οἶδα μὲν γὰρ ὑμῖν Μυσοὺς λυπηροὺς ὄντας, οὓς ἐλπίζω ἂν σὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει ταπεινοὺς ὑμῖν παρασχεῖν· οἶδα δὲ καὶ Πεισίδας· ἀκούω δὲ καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ τοιαῦτα εἶναι, ἃ οἶμαι ἂν πᾶσαι ἐνοχλοῦντα ἀεὶ τῇ ὑμετέρᾳ εὐδαιμονίᾳ. Αἰγυπτίους δὲ, οἷς μάλιστα ὑμᾶς νῦν γιγνώσκω τεθυμωμένους, οὐχ ὁρῶ ποίᾳ δυνάμει συμμάχῳ χρησάμενοι μᾶλλον ἂν κολάσεσθε τῆς νῦν σὺν ἐμοὶ ὄσης. ἀλλὰ μὴν ἔν γε τοῖς πέριξ οἰκοῦσι σὺ, εἰ μὲν βούλοιό τῳ φίλος εἶναι, ὡς μέγιστος ἂν εἴης· εἰ δέ τίς σε λυποίη, ὡς δεσπότης ἀνα-

quibus ipſi viſum eſſet. Nunc te video potitum et potentia et ditione Cyri, quum nihilominus integrum tibi ſit imperium tuum, atque etiam poteſtas regia, quam Cyrus infeſtam expertus eſt, tibi praeſidio ſit. Quae quum ita ſe habeant, quis vſque adeo inſaniat, vt eſſe tibi nolit amicus? Enimvero dicam etiam, vnde ſpem ipſe concipiam, fore te quoque nobis amicum. Scio Myſos vobis moleſtos eſſe, quos equidem bona in ſpe ſum, me harum copiarum adiumento vobis ſubiecturum. Scio idem de Piſidis; atque etiam alias nationes permultas eiuſmodi eſſe audio, quas cohibiturum me arbitror, quominus ſemper veſtrae felicitati moleſtiae nonnihil exhibeant. In Aegyptios quidem certe, quibus nunc maxime vos inſenſos eſſe intelligo, quarum copiarum auxiliarium ope freti, quam quas ego iam habeo, facilius animaduertere poſſitis, equidem non video. Nimirum ſi cui finitimorum tu amicus eſſe velles, longe eſſes maximus: ſin quis aliquid tibi moleſtiae crearet, eum tanquam

ἀναῤῥέφοιο, ἔχων ἡμᾶς ὑπηρέτας, οἵ σοι οὐκ ἂν τῷ μισθῷ ἕνεκα μόνον ὑπηρετοῖμεν, ἀλλὰ καὶ τῆς χάριτος, ἣν σωθέντες ὑπὸ σοῦ σοὶ ἂν ἔχοιμεν δικαίως. ἐμοὶ μὲν ταῦτα πάντα ἐνθυμουμένῳ οὕτω δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι, τό σε ἡμῖν ἀπιστεῖν, ὥστε καὶ ἥδιστ' ἂν ἀκούσαιμι τοῦνομα, τίς ἐστιν οὕτω δεινὸς λέγειν, ὥστε πεῖσαι λέγων, ὡς ἡμεῖς σοι ἐπιβουλεύοιμεν."

γ'. Κλέαρχος μὲν οὖν τοσαῦτα εἶπε. Τισσαφέρνης δὲ ὧδε ἀπεμείφθη· "Ἀλλ' ἥδομαι μέν, ὦ Κλέαρχε, ἀκούων σου φρονίμως λέγοντος. ταῦτα γὰρ γιγνώσκων, εἴ τι ἐμοὶ κακὸν βουλεύοις, ἅμα ἂν μοι δοκῇς καὶ σεαυτῷ κακὸνους εἶναι. ὡς δ' ἂν μάθῃς, ὅτι οὐδ' ἂν ὑμεῖς δικαίως οὔτε βασιλεῖ οὔτ' ἐμοὶ ἀποσαίητε *, ἀντάκουσον. εἰ γὰρ ὑμᾶς ἐβουλόμεθα ἀπολέσαι, πότερά σοι δοκοῦμεν ἱππέων πλήθους ἀπορεῖν, ἢ πεζῶν, ἢ ὁπλίσεως· ἐν ᾗ ὑμᾶς μὲν βλάπτειν ἱκανοὶ ἂν ἦμεν, ἀντιπάσχειν δὲ οὐδεὶς κίνδυνος; ἀλλὰ χωρίων ἐπιτηδείων ὑμῖν ἐπιτίθεσθαι ἀπο-

quam dominus tibi peſſundares, idque opera noſtra, qui non tantum ſubſeruiremus ſtipendii cauſſa; ſed etiam gratiae, quam abs te incolumes conſeruati merito tuo tibi haberemus. Mihi quidem certe cuncta haec cum animo meo perpendenti adeo mirum eſſe videtur, te fidem nobis non habere: vt lubentiſſime nomen eius etiam ſim auditurus, qui tantum dicendo valeat, vt oratione ſua perſuadere poſſit, tibi nos inſidiari.

2. Haec Clearchus: ad quae Tiſſaphernes in hunc modum reſpondit: Equidem, Clearche, de prudente tua oratione magnam voluptatem capio. Nam quum haec intelligas, ſi quid in me mali moliris, mala mihi contra teipſum agitare conſilia videris. Verum vt intelligas, non iure vos vel a rege, vel a me deficere poſſe, me viciſſim audi. Nam ſi vos perdere vellemus, num arbitraris equitum nobis defuturam copiam? num peditum? num armatorum? quibus ſane vos laedere ſine vllo periculo noſtro poſſemus. Num locorum, quae ad inuadendum vos idonea ſint,

* Al. aptius: ἀπιστοίητε.

ἀπορεῖν ἄν σοι δοκῶμεν; ἃ τοσαῦτα μὲν πεδία ἡμῖν φίλια ὄντα σὺν πολλῷ πόνῳ διαπορεύεσθε, τοσαῦτα δὲ ὄρη ὑμῖν ὁρᾶται ὄντα πορευτέα, ἃ ἡμῖν ἔξεστι προκαταλαβοῦσιν ἄπορα ὑμῖν παρέχειν; τοσοῦτοι δέ εἰσι ποταμοὶ, ἐξ ὧν ἔξεστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ὁπόσοις ἂν ὑμῶν βουλοίμεθα μάχεσθαι; εἰσὶ δ' αὐτῶν, ὃς οὐδ' ἂν παντάπασι διαβαίητε, εἰ μὴ ἡμεῖς ὑμᾶς διαπορεύοιμεν. εἰ δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἡττώμεθα, ἀλλὰ τό γε πῦρ τοῦ καρποῦ κρεῖττόν ἐστιν, ὃν ἡμεῖς δυναίμεθ' ἂν κατακαύσαντες, λιμὸν ὑμῖν ἀντιτάξαι· ᾧ ὑμεῖς, οὐδ' εἰ πάνυ ἀγαθοὶ εἶητε, μάχεσθαι ἂν οὐδύνησθε. πῶς οὖν ἂν ἔχοντες τοσούτους πόρους πρὸς τὸ ὑμῖν πολεμεῖν, καὶ τούτων μηδένα ἡμῖν ἐπικίνδυνον, ἔπειτα ἐκ τούτων πάντων τοῦτον ἂν τὸν τρόπον ἐξελοίμεθα, ὃς μόνος μὲν πρὸς Θεῶν ἀσεβὴς, μόνος δὲ πρὸς ἀνθρώπων αἰσχρός; παντάπασι δὲ ἀπόρων ἐσὶ, καὶ ἀμηχάνων, καὶ ἀνάγκῃ ἐχομένων,

sint, copiam nobis deesse putas? Nonne vos per tot campos pacatos nobis, magno cum labore iter facietis, ac tot montes in conspectu sunt, qui vobis transeundi sunt, et si a nobis praeoccupentur, intercluſi eritis? nonne tot flumina sunt, quorum adiumento liceat nobis, velut e penu, depromere, cum quantis vestrum copiis ipsi velimus dimicare? Immo nonnulla sunt, quae ne transmittere quidem possitis, nisi nostra ope traieceritis. Sed enim fac rebus hisce omnibus inferiores simus, ignis certe fructibus est superior: quibus nos concrematis, famem vobis tanquam in acie possemus opponere? aduersus quam, tametsi vel fortissimi sitis, pugnare tamen non possetis. Qui ergo, quum tot rationes nobis suppetant ad bellum aduersus vos gerendum, quarum etiam nulla nostro sit cum periculo coniuncta, saltem illam de omnibus eligeremus, quae vna sit ad Deos impia, turpis ad homines? quaeque adeo illorum sit, qui et consilii sunt inopes, et difficultatibus obiectis ac necessitate praedium-

μένων, καὶ τούτων πονηρῶν, οἵτινες ἐθέλουσι δι' ἐπιορκίας τε πρὸς θεοὺς, καὶ ἀπιστίας πρὸς ἀνθρώπους, πράττειν τι; οὐχ οὕτως ἡμεῖς, ὦ Κλέαρχε, οὔτε ἠλίθιοι, οὔτε ἀλόγιστοι ἐσμέν. ἀλλὰ τί δὴ, ὑμᾶς ἐξὸν ἀπολέσαι, οὐκ ἐπὶ *τούτῳ ἤλθομεν; εὖ ἴσθι, ὅτι ὁ ἐμὸς ἔρως τούτου αἴτιος, τῷ τοῖς Ἕλλησιν ἐμὲ πιστὸν γενέσθαι, καὶ ὦ Κῦρος ἀνέβη ξενικῷ διὰ μισθοδοσίαν πιστεύων, τούτῳ ἐμὲ καταβῆναι δι' εὐεργεσίας ἰσχυρόν. ὅσα δέ μοι ὑμεῖς χρήσιμοι ἐστὲ, τὰ μὲν καὶ σὺ εἶπες, τὸ δὲ μέγιστον ἐγὼ οἶδα. τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν, τὴν δ' ἐπὶ τῇ καρδίᾳ ἴσως ἂν ὑμῶν παρόντων καὶ ἕτερος εὐπετῶς ἔχοι."

δ'. Ταῦτα εἰπὼν ἔδοξε τῷ Κλεάρχῳ ἀληθῆ λέγειν· καὶ εἶπεν· ἀκήκοα, ἔφη, οἵτινες, τοιούτων ἡμῶν εἰς φιλίαν ὑπαρχόντων, πειρῶνται διαβάλλοντες πολεμίους

pediuntur, atque etiam ſunt improbi; quippe qui periurio erga Deos, et fidei erga homines violatione perficere aliquid cupiunt? Non adeo vecordes vel rationis expertes ſumus, Clearche. Verumenimvero quum noſtra eſſet in poteſtate vos perdere, cur id aggreſſi non ſumus? A meo profectum hoc ſtudio ſcire debes, vt nimirum fidum me Graecis declararem, ac viciſſim ipſe eum externis copiis, quibus Cyrus ſtipendio conductis fretus huc aſcendit, fat beneficentia mea munitus, in Aſiam inferiorem deſcenderem. Quae vero ad res veſtra mihi opportuna ſit opera, quanquam tu fere commemoraſti; tamen ego id, quod eſt maximum, noui. Nimirum vni regi fas eſt tiaram in capite rectam geſtare, verum eandem in corde gerere, ſi vos adiunctos ſibi habeat, fortaſſis alteri quoque non difficulter licuerit.

4. Quae quum dixiſſet, verum Clearcho dicere viſus eſt. Quamobrem ſubiecit: Si ergo res huiuſmodi nobis ad amicitiam mutuam ſuppetunt, extremis ſuppliciis digni ſunt, qui

* Al. malunt ἐπὶ τοῦτο.

μίας ποιῆσαι ἡμᾶς, ἄξιοί εἰσι τὰ ἔσχατα παθεῖν. καὶ ἐγὼ μέν, ἔφη ὁ Τισσαφέρνης, εἰ βούλεσθέ μοι οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ ἐν τῷ ἐμφανεῖ ἐλθεῖν, λέξω τὰς πρὸς ἐμὲ λέγοντας, ὡς σὺ ἐπιβουλεύεις ἐμοί τε καὶ τῇ σὺν ἐμοὶ στρατιᾷ. ἐγὼ δ', ἔφη ὁ Κλέαρχος, ἄξω πάντας· καὶ σοὶ αὖ ἐγὼ δηλώσω, ὅθεν ἐγὼ περί σου ἀκούω.

ε'. Ἐκ τούτων δὴ τῶν λόγων ὁ Τισσαφέρνης φιλοφρονούμενος, τότε μὲν μένειν τε αὐτὸν ἐκέλευσε, καὶ σύνδειπνον ἐποιήσατο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ Κλέαρχος ἐλθὼν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, δῆλός τε ἦν πάνυ φιλικῶς οἰόμενος διακεῖσθαι τῷ Τισσαφέρνει, καὶ ἔλεγεν ἃ ἐκεῖνος ἀπήγγελλεν· ἔφη τε χρῆναι ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει ὃς ἐκέλευσε, καὶ οἳ ἂν ἐξελεχθῶσι διαβάλλοντες τῶν Ἑλλήνων, ὡς προδότας αὐτούς, καὶ κακόνους τοῖς Ἕλλησιν ὄντας, τιμωρηθῆναι. ὑπώπτευε δὲ εἶναι τὸν διαβάλλοντα Μένωνα, εἰδὼς αὐτὸν καὶ συγγεγενημένον Τισσαφέρνει μετὰ Ἀριαίου, καὶ

qui criminando nobis infestos mutuo nosmet reddere conantur. Et Tissaphernes: Equidem, ait, si vos praetores, et cohortium praefecti, palam ad me venire volueritis, indicabo eos, qui dicant, te mihi et exercitui meo insidiari. Ego vero, inquit Clearchus, omnes abducam, atque etiam significabo tibi, a quibus de te audierim.

5. Post haec verba comiter Clearchum Tissaphernes excipiens, iussit eum apud se manere, ac mensae suae adhibuit. Postridie reuersus ille in castra, manifesto prae se ferebat, quasi admodum Tissapherni amicus esset, et quae ille nuntiasset, exponebat. Praeter haec aiebat, ad Tissaphernem iis eundum esse, quos ipse iussisset: quique Graecorum conuicti fuerint, suspectos et inuisos alios velle reddere, hi tanquam proditores, et improba consilia contra Graecos agitantes, suppliciis multabuntur. Suspicabatur vero, Menonem esse illum, qui calumniis alios exponeret. Norat enim, hunc se contulisse ad Tissaphernem cum Ariaeo,

καὶ σασιάζοντα αὐτῷ, καὶ ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ, ὅπως τὸ στράτευμα ἅπαν πρὸς ἑαυτὸν λαβὼν, φίλος ἢ Τισσαφέρνει.

ς'. Ἐβούλετο δὲ καὶ ὁ Κλέαρχος ἅπαν τὸ στράτευμα πρὸς ἑαυτὸν ἔχειν τὴν γνώμην, καὶ τοὺς παραλυπητὰς ἐκποδὼν εἶναι. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἀντέλεγόν τινες αὐτῷ, μὴ ἰέναι πάντας τοὺς λοχαγοὺς καὶ στρατηγούς, μηδὲ πιστεύειν Τισσαφέρνει. ὁ δὲ Κλέαρχος ἰσχυρῶς κατέτεινεν, ἕστε διεπράξατο, πέντε μὲν στρατηγοὺς ἰέναι, εἴκοσι δὲ λοχαγούς. συνηκολούθησαν δὲ, ὡς εἰς ἀγοράν, καὶ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ὡς διακόσιοι.

ζ'. Ἐπεὶ δ' ἦσαν ἐπὶ ταῖς θύραις Τισσαφέρνους, οἱ μὲν στρατηγοὶ παρεκλήθησαν εἴσω, Πρόξενος Βοιώτιος, Μένων Θετταλὸς, Ἀγίας Ἀρκὰς, Κλέαρχος Λάκων, Σωκράτης Ἀχαιός. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἐπὶ θύραις ἔμενον. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου

eundemque ſecum inimicitias exercere, ac eas inſidias ſtruere, quibus exercitu vniuerſo ſuas in partes traducto, cum Tiſſapherne amicitiam coleret.

6. Volebat et Clearchus totius agminis animos in ſe reſpicere, ac eos, quos graues moleſtoſque ſibi experiretur, remouere. Aduerſabantur ei milites plerique, qui dicerent, duces omnes, omneſque cohortium praefectos, nequaquam pergere ad Tiſſaphernem debere, neque illi fidem habendam eſſe. Verum Clearchus tam diu vehementiſſime contendit, donec perfecit, vt duces quinque cum xx praefectis cohortium, ad Tiſſapherneſ irent. Hos vna caeteris ex militibus circiter cc ſequuti ſunt, quaſi ad rerum venalium forum pergerent.

7. Poſteaquam ad praetorium Tiſſaphernis peruentum eſſet, duces intro arceſſiti ſunt, Proxenus Boeotius, Menon Theſſalus, Agias ex Arcadia, Clearchus Lacedaemonius, Socrates Achaeus. Praefecti cohortium ad portas ſubſtiterunt. Neque multo poſt, ad idem ſignum

μείω οἵ τε ἔνδον συνελαμβάνοντο, καὶ οἱ ἔξω κατεκόπησαν. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν βαρβάρων τινὲς ἱππέων διὰ τῦ πεδίω ἐλαύνοντες, ὥτινι ἐντυγχάνοιεν Ελληνι ἢ ὀπλῳ, ἢ ἐλευθέρῳ, πάντας ἔκτεινον.

η'. Οἱ δὲ Ελληνες τήν τε ἱππασίαν αὐτῶν ἐθαύμαζον, ἐκ τῦ στρατοπέδω ὁρῶντες, καὶ ὅ, τι ἐποίων ἠμφιγνόων, πρὶν Νίκαρχος Αρκὰς ἥκε φεύγων, τετρωμένος εἰς τὴν γαστέρα, καὶ τὰ ἔντερα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων, καὶ εἶπε πάντα τὰ γεγενημένα. ἐκ τύτω δὴ οἱ Ελληνες ἔθεον ἐπὶ τὰ ὅπλα πάντες ἐκπεπληγμένοι, καὶ νομίζοντες αὐτίκα ἥξειν αὐτὺς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

θ'. Οἱ δὲ πάντες μὲν ὐκ ἦλθον, Αριαῖος δὲ καὶ Αρταόζος καὶ Μιθραδάτης, οἳ ἦσαν Κύρῳ πιστότατοι. ὁ δὲ τῶν Ελλήνων ἑρμηνεὺς ἔφη, καὶ τὸν Τισσαφέρνυς ἀδελφὸν σὺν αὐτοῖς ὁρᾶν καὶ γιγνώσκειν. συνηκολύθυν δὲ καὶ ἄλλοι Περσῶν τεθωρακισμένοι, εἰς τριακοσίυς.

ί. Οὗτοι, ἐπεὶ ἐγγὺς ἦσαν, προσελθεῖν ἐκέλευον εἴ τις

signum tam ii qui intus erant, comprehensi fuere; quam qui foris, caesi. Tum deinde barbari quidam equites, per campum discurrentes, in quemcunque Graecum, siue seruum, seu ingenuum incidissent, omnes trucidarunt.

8. Horum Graecis et obequitatio admirationi erat, quam e castris spectabant; et quid illud esset, quod ageretur, ambigebant: donec Nicarchus Arcas fuga dilapsus venit, quum, vulnere in ventre accepto, manibus intestina gestaret. Is omnia quae gesta erant commemorat. Quare Graeci ad arma currebant, quum omnes exanimati essent, et hostes mox ad castra venturos existimarent.

9. At illi toto cum agmine non venerunt, sed tantum Ariaeus, et Artaozus, et Mithradates, qui Cyro fide maxima coniuncti fuerant. Et Graecorum interpres vna cum eis se Tissaphernis etiam fratrem videre atque agnoscere aiebat. Praeterea quidam ex Persis alii numero ccc loricati hos sequebantur.

10. Postea quam propius accessissent, venire iubebant

τις εἴη τῶν Ἑλλήνων ἢ στρατηγὸς ἢ λοχαγὸς, ἵνα ἀπαγγείλωσι τὰ παρὰ βασιλέως. μετὰ ταῦτα ἐξῆλθον τῶν Ἑλλήνων φυλαττόμενοι, στρατηγοὶ μὲν, Κλεάνωρ Ὀρχομένιος, καὶ Σοφαίνετος Στυμφάλιος, σὺν αὐτοῖς δὲ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, ὅπως μάθῃ τὰ περὶ Πρόξενον. Χειρίσοφος δ' ἐτύγχανεν ἄπων, ἐν κώμῃ τινὶ σὺν ἄλλοις ἐπισιτιζόμενος.

ια'. Ἐπεὶ δ' ἔσησαν εἰς ἐπήκοον, λέγει Ἀριαῖος· "Κλέαρχος μὲν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἐπεὶ ἐπιορκῶν τε ἐφάνη, καὶ τὰς σπονδὰς λύων, ἔχει τὴν δίκην καὶ τέθνηκε· Πρόξενος δὲ καὶ Μένων, ὅτι κατήγγειλαν * αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν, ἐν μεγάλῃ τιμῇ εἰσιν. ὑμᾶς δὲ βασιλεὺς τὰ ὅπλα ἀπαιτεῖ· ἑαυτοῦ γὰρ εἶναι φησὶν, ἐπείπερ Κύρου ἦσαν, τοῦ ἐκείνου δούλου."

ιβ'. Πρὸς ταῦτα ἀπεκρίναντο οἱ Ἕλληνες· ἔλεγε δὲ Κλεάνωρ ὁ Ὀρχομένιος· "Ὦ κάκιστε ἀνθρώπων Ἀριαῖε, καὶ ἄλλοι, ὅσοι ἦτε Κύρου φίλοι, οὐκ αἰσχύνεσθε ὅτε θεοὺς, ὅτε ἀνθρώ-

omnes, quicunque Graecorum vel praetores, vel praefecti cohortium eſſent; vt eis, quae a rege mandata haberent, exponerent. Prodeunt ergo Graeci, quum ſibi ſat cauiſſent, duces quidem, Cleanor Orchomenius, Sophaenetus Stymphalius, et cum eis Xenophon Athenienſis, qui, Proxeno quid accidiſſet, cognoſcere cupiebat. Cheriſophus forte aberat, cum aliis, commeatus parandi cauſſa, quendam in vicum profectus.

11. Poſteaquam eo loco conſtitere, de quo audiri poterant, Ariaeus inquit: Clearchus ſane, viri Graeci, quia palam et iusiurandum et foedera violauit, morte poenas meritas luit. Proxenus et Menon, quod inſidias eius detulerint, magno ſunt in honore. Caeterum a vobis Rex arma poſtulat. Nam ea ſibi deberi ſtatuit, quippe quae Cyri, ſerui ſui, fuerint.

12. Ad ea reſpondit, Graecorum nomine, Cleanor Orchomenius: Sceleratiſſime hominum Ariaee, voſque caeteri, qui Cyro amicitia coniuncti eratis, non Deos atque homines reueremini?

* Al. αὐτῷ τ. ἐπ. ἐς μέγα τιμῆς.

ἀνθρώπους, οἵτινες ὁμόσαντες ἡμῖν τὰς αὐτὰς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομιεῖν, προδόντες ἡμᾶς σὺν Τισσαφέρνει τῷ ἀθεωτάτῳ τε καὶ πανουργοτάτῳ, τούς τε ἄνδρας αὐτοὺς, οἷς ὤμνυτε, ὡς ἀπολωλέκατε, καὶ τοὺς ἄλλους ἡμᾶς προδεδωκότες, σὺν τοῖς πολεμίοις ἔρχεσθε ἐφ' ἡμᾶς; ὁ δὲ Ἀριαῖος εἶπε· Κλέαρχος γὰρ πρόσθεν ἐπιβουλεύων φανερὸς ἐγένετο Τισσαφέρνει τε, καὶ Ὀρόντᾳ, καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς σὺν τούτοις.

ιγ'. Ἐπὶ τούτοις δὲ Ξενοφῶν τάδε εἶπε· Κλέαρχος μὲν τοίνυν, εἰ παρὰ τοὺς ὅρκους ἔλυε τὰς σπονδὰς, τὴν δίκην ἔχει. δίκαιον γὰρ ἀπόλλυσθαι τοὺς ἐπιορκοῦντας. Πρόξενος δὲ, καὶ Μένων, ἐπείπερ εἰσὶν ὑμέτεροί τε εὐεργέται, ἡμέτεροί τε στρατηγοὶ, πέμψατε αὐτοὺς δεῦρο. δῆλον γὰρ, ὅτι φίλοι γε ὄντες ἀμφοτέροις, πειράσονται καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν.„ πρὸς ταῦτα οἱ βάρβαροι, πολὺν χρόνον διαλεχθέντες ἀλλήλοις, ἀπῆλθον, οὐδὲν ἀποκρινόμενοι.

ΚΕΦ.

ni? qui quum iureiurando vosmet obligaueritis, eosdem vos nobiscum et amicos et hostes ducturos, iam cum Tissapherne, homine omnium impiissimo et vaferrimo, nos etiam proditis; ac posteaquam eos, quibus sacramento confirmabatis, vos plane periisse †, cum nobis vniuersis deseruistis, iam cum hostibus etiam aduersus nos tenditis? Ad quae Ariaeus: Atqui Clearchus, inquit, antea deprehensus est, Tissapherni, et Orontae, et nobis omnibus, qui cum ipsis eramus, insidias moliri.

13. Heic Xenophon ait: Si ergo Clearchus praeter religionem iurisiurandi foedera rupit, merito poenas dedit. Iustum est enim, periuros interire. At Proxenum et Menonem, qui bene de vobis promeriti, ac duces nostri sunt, nobis huc remittite. Manifestum est enim, eos, quia vtriusque amici sunt, conaturos, tam vobis quam nobis id dare consilii, quod optimum facto fuerit. Ad quae barbari, quum diu colloquuti inter se essent, nullo responso dato, discessérunt.

† Al. *quibus dedisti iusiurandum, perdidisti.*

ΚΕΦ. ς.

Οἱ μὲν δὴ στρατηγοὶ οὕτω ληφθέντες, ἀνήχθησαν ὡς βασιλέα, καὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς ἐτελεύτησαν. εἷς μὲν αὐτῶν Κλέαρχος, ὁμολογουμένως ἐκ πάντων τῶν ἐμπείρως αὐτῷ ἐχόντων, δόξας γενέσθαι ἀνὴρ καὶ πολεμικὸς καὶ φιλοπόλεμος ἐσχάτως.

β'. Καὶ γὰρ δὴ ἕως μὲν πόλεμος ἦν τοῖς Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, παρέμεινεν. ἐπεὶ δ' εἰρήνη ἐγένετο, πείσας τὴν αὑτῷ πόλιν, ὡς οἱ Θρᾷκες ἀδικοῦσι τοὺς Ἕλληνας· καὶ διαπραξάμενος ὡς ἐδύνατο παρὰ τῶν Ἐφόρων, ἐξέπλει ὡς πολεμήσων τοῖς ὑπὲρ Χερρονήσου καὶ Περίνθου Θρᾳξίν. ἐπεὶ δὲ μεταγνόντες πως οἱ Ἔφοροι, ἤδη ἔξω ὄντος αὐτοῦ, ἀποστρέφειν αὐτὸν ἐπειρῶντο ἐξ Ἰσθμοῦ, ἐνταῦθα μὲν οὐκέτι πείθεται, ἀλλ' ὤχετο πλέων εἰς Ἑλλήσποντον. ἐκ τούτου καὶ ἐθανατώθη

CAP. VI.

Duces quidem ipſi, hoc pacto comprehenſi, ad regem deducti ſunt, et capitibus abſciſſis viuendi finem fecerunt. Ex eis Clearchus omnium conſenſu, qui vſu eum norant, viſus eſt fuiſſe vir et peritus rerum bellicarum, et earundem ſupra modum cupidus.

2. Etenim quamdiu bellum inter ſe Lacedaemonii et Athenienſes gerebant, non deſeruit ſuos: pace conſtituta, ciuibus ſuis perſuaſit, Thraces aduerſus Graecos iniurios eſſe; reque ab Ephoris, quanto poterat conatu, impetrata, claſſem Thracibus iis, qui ſupra Cherſoneſum et Perinthum ſedes habent, bellum illaturus eduxit. Poſteaquam vero Ephori, mutata quodammodo ſententia, quum iam domo profectus eſſet, ex Iſthmo reuocare ipſum niterentur; non iam amplius obtemperauit, ſed nauigare in Helleſpontum perrexit. Ex eo factum, vt Spartani magiſtratus

ϑη ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ τελῶν, ὡς ἀπειϑῶν.

γ'. Ηδη δὲ φυγὰς ὢν ἔρχεται πρὸς Κῦρον, καὶ ὁποίοις μὲν λόγοις ἔπεισε Κῦρον, ἀλλαχῆ γέγραπται· δίδωσι δ' αὐτῷ Κῦρος μυρίους Δαρεικούς. ὁ δὲ λαβὼν, οὐκ ἐπὶ ῥᾳϑυμίαν ἐτράπετο, ἀλλ' ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων συλλέξας στράτευμα, ἐπολέμει τοῖς Θρᾳξί· καὶ μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ ἀπὸ τούτου ἔφερε, καὶ ἦγεν αὐτούς· καὶ πολεμῶν διεγένετο, μέχρις οὗ Κῦρος ἐδεήϑη τοῦ στρατεύματος. τότε δ' ἀπῆλθεν, ὡς σὺν ἐκείνῳ αὖ πολεμήσων.

δ'. Ταῦτα οὖν φιλοπολέμου δοκεῖ ἀνδρὸς ἔργα εἶναι, ὅστις, ἐξὸν μὲν εἰρήνην ἔχειν ἄνευ αἰσχύνης καὶ βλάβης, αἱρεῖται πολεμεῖν· ἐξὸν δὲ ῥᾳϑυμεῖν, βούλεται πονεῖν ὥστε πολεμεῖν· ἐξὸν δὲ χρήματα ἔχειν ἀκινδύνως, αἱρεῖται πολεμῶν μείονα ταῦτα ποιεῖν. ἐκεῖνος δὲ, ὥσπερ εἰς παιδικὰ, ἢ εἰς ἄλλην

gistratus hominem morti addicerent, quasi qui parere noluisset.

3. Quapropter in exilio quum ageret, Cyrum accedit, quem cuiusmodi rationibus sibi conciliauerit, alibi perscriptum a nobis est. Cyrus quidem ei Daricorum nummorum CCIↃↃ quum donasset, non ille, auro accepto, secordiae se dedit; sed collectis hac pecunia copiis, Thracibus bellum intulit, quos et proelio vicit, et deinceps populatus est, continuato adversus eos bello, donec Cyrus exercitu eius egeret. Tunc enim discessit e Thracia, vt qui vna cum Cyro ad bellum gerendum se coniuncturus esset.

4. Haec igitur satis apparet opera fuisse hominis ad belli studia propensi, qui cum citra ignominiam et detrimentum suum pacem colere posset, bellum gerere malebat: quum secordiae se dare posset, labores suscipere malebat, vt bello interesset: quum extra omne periculum in re lauta esse posset, potius fortunas suas deminuendas bellicis sumtibus statuebat. Quapropter in bellum pecunias

λην τινα ἡδονὴν, ἤθελε δαπανᾶν εἰς πόλεμον. οὕτω μὲν φιλοπόλεμος ἦν.

ε'. Πολεμικὸς δὲ αὖ ταύτῃ εἶναι ἐδόκει, ὅτι φιλοκίνδυνός τε ἦν, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἄγων ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς φρόνιμος, ὡς οἱ παρόντες πανταχοῦ πάντες ὡμολόγουν. καὶ ἀρχικὸς δὲ ἐλέγετο εἶναι, ὡς δυνατὸν, ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου, οἷον καὶ ἐκεῖνος εἶχεν. ἱκανὸς μὲν γὰρ, ὥς τις καὶ ἄλλος, φροντίζειν ἦν, ὅπως ἕξει ἡ στρατιὰ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια, καὶ παρασκευάζειν ταῦτα· ἱκανὸς δὲ καὶ ἐμποιῆσαι τοῖς παροῦσιν, ὡς οὐκ ἀπειστέον * εἴη Κλεάρχῳ.

ς'. Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐκ τοῦ χαλεπὸς εἶναι. καὶ γὰρ ὀργὰν συγνὸς ἦν, καὶ τῇ φωνῇ τραχὺς, ἐκόλαζέ τε αἰεὶ ἰσχυρῶς, καὶ ὀργῇ ἐνίοτε, ὥστε καὶ αὐτῷ μεταμέλειν ἔσθ' ὅτε. καὶ γνώμῃ δὲ ἐκόλαζεν. ἀκολάστου γὰρ στρατεύματος ὠφέλειν ἡγεῖτο ὄφελος εἶναι. "Ἀλλὰ καὶ λέγειν αὐτὸν

erogabat, atque ſi eas in amores et voluptates alias expenderet. Tantum in eo belli ſtudium erat.

5. Peritus autem bellicarum rerum fuiſſe viſus eſt ex eo, quod pericula non reformidaret, et noctu dieque in hoſtem duceret, inque rebus formidoloſis prudens eſſet: quemadmodum ii, qui cum eo fuerunt, omnes vbique faſſi ſunt. Praeterea imperandi artem egregie tenere dicebatur, pro illo ingenio, quo ipſe praeditus erat. Nam ſi quis alius, Clearchus certe procurare poterat, vt exercitus a commeatu inſtructus eſſet, ac eundem compararet. Idem militum animis hoc ipſum indere poterat, vt imperium Clearchi minime detrectandum ſtatuerent.

6. Atque hoc acerba duritie ſua conſequebatur. Nam et triſtis erat in eius vultu ſeueritas, et aſperitas in voce. Semper puniebat grauiter, nonnunquam iracunde, vt etiam aliquando ipſum ſupplicii poeniteret. Sed tamen etiam certo animi iudicio poenas ſumebat. Nam exercitus impuniti nullum eſſe putabat vſum. Quin dicere ſolitum

* Al. ἀπιστέον eodem ſenſu.

αὐτὸν ἔφασαν, ὡς δέοι τὸν στρατιώτην φοβεῖσθαι μᾶλλον τὸν ἄρχοντα, ἢ τὰς πολεμίας, εἰ μέλλοι ἢ φυλακὰς φυλάξειν, ἢ φίλων ἀφέξεσθαι, *μὴ ἀπροφασίστως ἰέναι πρὸς τὰς πολεμίας.„

ζ'. Ἐν μὲν δὴ τοῖς δεινοῖς ἤθελον αὐτῷ ἀκούειν σφόδρα, καὶ οὐκ ἄλλον ἠρῶντο οἱ στρατιῶται. καὶ γὰρ τὸ συγγνὸν τότε φαιδρὸν αὐτῷ ἐν τοῖς προσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι, καὶ τὸ χαλεπὸν, ἐρρωμένον πρὸς τὰς πολεμίας ἐδόκει εἶναι· ὥστε σωτήριον καὶ οὐκέτι χαλεπὸν ἐφαίνετο. ὅτε δ' ἔξω τοῦ δεινοῦ γένοιντο, καὶ ἐξείη πρὸς ἄλλους ἀρχομένους ἀπιέναι, πολλοὶ αὐτὸν ἀπέλειπον. τὸ γὰρ ἐπίχαρι οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν· ὥστε διέκειντο πρὸς αὐτὸν οἱ στρατιῶται ὥσπερ παῖδες πρὸς διδάσκαλον. καὶ γὰρ ἦν φιλίᾳ μὲν καὶ εὐνοίᾳ ἑπομένους οὐδέ ποτ' εἶχεν· οἵτινες δὲ ἢ ὑπὸ πόλεως τεταγμένοι, ἢ

solitum aiunt, militem metuere magis imperatorem debere, quam hostem; si quidem vel excubias recte sit obiturus, vel abstinenter in amicos se gesturus, vel sine recusatione perrecturus in hostem.

7. In periculosis quidem rebus milites admodum ipsius orationem expetebant, neque quemquam alium ei praeferebant. Nam pro seueritate illa tristi, aiebant tum quandam hilaritatem ex eius vultu relucere, et acerbitas videbatur aliquid habere roboris aduersus hostem. Quo fiebat, vt non iam amplius acerbitas illa molesta, sed esse salutaris existimaretur. Verum posteaquam periculis liberati erant, et iam ad aliorum imperia conferendi se potestatem habebant, complures eum relinquebant. Nam suauitas in eo morum nulla erat, sed semper esse grauis ac saeuus pergebat. Denique militum erat is erga Clearchum animus, qui puerorum est erga magistrum. Quippe nunquam eum sequuti sunt propter quandam erga ipsum beneuolentiam et amorem. Qui autem vel a republica ipsi erant

*Al. ἢ pro μὴ.

ἢ ὑπὸ τῦ δεῖσθαι, ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀνάγκῃ κατεχόμενοι παρείησαν αὐτῷ, σφόδρα πειθομένοις ἐχρῆτο.

η'. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἤρξαντο νικᾶν σὺν αὐτῷ τὺς πολεμίυς, μεγάλα ἤδη ἦν τὰ χρησίμυς ποιῦντα εἶναι τὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας. τό, τε γὰρ πρὸς τὺς πολεμίυς θαῤῥαλέως ἔχειν παρῆν, καὶ τὸ τὴν παρ' ἐκείνυ τιμωρίαν φοβεῖσθαι, αὐτὺς εὐτάκτυς ἐποίει. τοιῦτος μὲν δὴ ἄρχων ἦν· ἄρχεσθαι δ' ὑπὸ ἄλλων ὀ μάλα ἐθέλειν ἐλέγετο. ἦν δὲ, ὅτε ἐτελεύτα, ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη.

θ'. Πρόξενος δὲ ὁ Βοιώτιος, εὐθὺς μὲν μειράκιον ὢν, ἐπεθύμει γενέσθαι ἀνὴρ τὰ μεγάλα πράττειν ἱκανός, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν ἔδωκε Γοργίᾳ ἀργύριον τῷ Λεοντίνῳ. ἐπεὶ δὲ συνεγένετο ἐκείνῳ, ἱκανὸς ἤδη νομίσας εἶναι καὶ ἄρχειν, καὶ, φίλος ὢν τοῖς πρώτοις, μὴ ἠτιᾶσθαι εὐεργετῶν, ἦλθεν εἰς ταύτας τὰς σὺν Κύρῳ πράξεις, καὶ ᾤετο κτήσεσθαι ἐκ τύτων

erant attributi, vel egerent, vel neceſſitate quadam alia coacti aderant: hos admodum in officio continere poterat.

8. Poſteaquam vero milites etiam hoſtes vincere vna cum ipſo coeperunt, tum vero deinde permulta ipſi ſuppetebant, quibus milites ſuos frugi redderet. Nam et praeſentibus aduerſus hoſtes animis erant, et quia ſupplicia ducis metuerent, magis obſeruantes ordinis. Huiuſmodi Clearchus imperator extitit. Caeterum alterius imperio non lubenter parere ferebatur. Annum agebat, quum migraret e vita, circiter quinquageſimum.

9. Proxenus autem Boeotius, mox inde a prima aetate, in eum virum euadere cupiebat, qui magnis rebus gerendis idoneus eſſet. Qua cupiditate ductus, Gorgiae Leontino mercedem dedit; cuius vbi conſuetudine vſus eſſet, ac ſe iam idoneum arbitraretur, qui in alios imperium obtineret, atque etiam ſic principibus viris amicus eſſet, vt beneficiis ſuperari ſe non pateretur: his Cyri negotiis ſeſe implicauit, paraturumque de iis clarum

τούτων ὄνομα μέγα, καὶ δύναμιν μεγάλην, καὶ χρήματα πολλά. τούτων δ' ἐπιθυμῶν, σφόδρα ἔνδηλον αὖ καὶ τοῦτο εἶχεν, ὅτι τούτων οὐδὲν ἂν θέλοι κτᾶσθαι μετὰ ἀδικίας, ἀλλὰ σὺν τῷ δικαίῳ καὶ καλῷ ᾤετο δεῖν τούτων τυγχάνειν, ἄνευ δὲ τούτων μή.

ι. Ἄρχειν δὲ καλῶν μὲν καὶ ἀγαθῶν ἱκανὸς ἦν· ἀ μέντοι γε δὴ αἰδῶ τοῖς στρατιώταις ἑαυτοῦ ἔτε φόβον ἱκανὸς ἐμποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἠσχύνετο μᾶλλον τοὺς στρατιώτας, ἢ οἱ ἀρχόμενοι ἐκεῖνον, καὶ φοβούμενος μᾶλλον ἦν φανερὸς τὸ ἀπεχθάνεσθαι τοῖς στρατιώταις, ἢ οἱ στρατιῶται, τὸ ἀπιστεῖν ἐκείνῳ. ᾤετο δὲ ἀρκεῖν πρὸς τὸ ἀρχικὸν εἶναι καὶ δοκεῖν, τὸν μὲν καλῶς ποιοῦντα ἐπαινεῖν, τὸν δὲ ἀδικοῦντα μὴ ἐπαινεῖν. τοιγαροῦν αὐτῷ οἱ μὲν καλοὶ κἀγαθοὶ τῶν συνόντων εὖνοι ἦσαν, οἱ δ' ἄδικοι ἐπεβούλευον, ὡς εὐμεταχειρίστῳ ὄντι. ὅτε δὲ ἀπέθνησκεν, ἦν ἐτῶν ὡς τριάκοντα.

ια'. Μένων δὲ ὁ Θετταλὸς δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν μὲν

clarum se nomen, et potentiam insignem, et fortunas amplas existimabat. Quas res quamquam expeteret, tamen palam animaduerti poterat, nolle ipsum quidquam horum per iniuriam apisci: sed cum iustitia et rationibus honestis, non sine his, consequenda putabat.

10. Caeterum imperare poterat ille quidem bonis et egregiis militibus, sed tamen pudorem vel metum incutere suis haud poterat, sed magis subiectos imperio suo reuerebatur, quam illi ipsum; magisque metuere palam animadvertebatur, ne militum odium incurreret, quam metuerent milites, ne parum ei parerent. Idem existimabat, ad hoc, vt imperandi peritus et esset et videretur, sufficere; si honeste se gerentem collaudaret, iniustum non laudaret. Enimuero praeclari et egregii milites, qui cum ipso viuebant, propenso erant in ipsum animo: iniusti tanquam ei, qui circumueniri facile posset, insidiabantur. Annum agebat trigesimum fere, quum mortem obiret.

11. Menon Thessalus ingentem

μὲν πλήτ᾽ ἰσχυρῶς, ἐπιθυμῶν δὲ ἄρχειν, ὅπως πλείω λαμβάνοι· ἐπιθυμῶν δὲ τιμᾶσθαι, ἵνα πλείω κερδάνοι· φίλος τ᾽ ἐβούλετο εἶναι τοῖς μέγιστον δυναμένοις, ἵνα ἀδικῶν μὴ δίδοιη δίκην. ἐπὶ δὲ τὸ κατεργάζεσθαι, ὧν ἐπιθυμοίη, συντομωτάτην ὁδὸν ᾤετο εἶναι διὰ τὸ ἐπιορκεῖν τε, καὶ ψεύδεσθαι, καὶ ἐξαπατᾶν. τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ ἀληθὲς, τὸ αὐτὸ τῷ ἠλιθίῳ εἶναι.

ιβ'. Στέργων δὲ φανερὸς μὲν ἦν οὐδένα, ὅτῳ δὲ φαίη φίλος εἶναι, τούτῳ ἔνδηλος ἦν ἐπιβουλεύων. καὶ πολεμίοις μὲν οὐδενὸς κατεγέλα, τῶν δὲ συνόντων πάντων ὡς καταγελῶν αἰεὶ διελέγετο. καὶ τοῖς μὲν τῶν πολεμίων κτήμασιν οὐκ ἐπεβούλευε. (χαλεπὸν γὰρ ᾤετο εἶναι τὰ τῶν φυλαττομένων λαμβάνειν) τὰ δὲ τῶν φίλων μόνος ᾤετο εἰδέναι ὅτι ῥᾷστον ἀφύλακτα λαμβάνειν.

ιγ'. Καὶ ὅσους μὲν ἠδάνετο ἐπιόρκους καὶ ἀδίκους, ὡς εὖ ὡπλισμένους ἐφοβεῖτο· τοῖς δ᾽ ὁσίοις καὶ ἀληθειαν ἀσκοῦσιν,

tem opum cupiditatem aperte prae ſe ferebat, et non minus imperii cupidus erat, vt plura conſequeretur; et eſſe in honore volebat, vt plus lucri faceret. Potentiſſimis quibusque amicus eſſe volebat, vt iniuriarum poenas non daret. Viam maxime compendiariam arbitrabatur eſſe ad efficiundum ea quae concupiſceret, ſi peieraret, et mentiretur, et falleret. Simplicem et candidum eſſe, pro eo ducebat, atque ſi quis ſit ſtupidus.

12. Neminem ex animo diligebat: ac ſi cui amicum ſe profiteretur, ei palam inſidiabatur. Hoſtem nullum irridebat, verum de iis, quibuscum eſſet, ita ſemper loquebatur, vt quos haberet ludibrio. Itidem bonis hoſtium non inſidiabatur, quod difficile putabat eſſe, facultates eorum, qui ſibi cauerent, conſequi; ſed amicorum res, quia non admodum ſeruantur, ſolus intelligere videri volebat, captu facillimas eſſe.

13. Quoſcunque periuros et iniuſtos eſſe animaduerteret, quaſi ſatis munitos formidabat: religionis ac pietatis ſtudioſis, tanquam

ἀσκῶσιν, ὡς ἀνάνδροις ἐπειρᾶτο χρῆσθαι. ὥσπερ δέ τις ἀγάλλεται ἐπὶ θεοσεβείᾳ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ δικαιότητι, οὕτω καὶ Μένων ἠγάλλετο τῷ ἐξαπατᾶν δύνασθαι, τῷ πλάσασθαι ψευδῆ, τῷ φίλους διαγελᾶν, τὸν δὲ μὴ πανοῦργον, ἀπαίδευτον ἐνόμιζεν εἶναι. καὶ παρ' οἷς μὲν ἐπεχείρει πρωτεύειν φιλίᾳ, διαβάλλων τοὺς πρώτους, τούτους ᾤετο δεῖν κτήσασθαι.

ιδ'. Τὸ δὲ πειθομένους τοὺς στρατιώτας παρέχεσθαι, ἐκ τοῦ συναδικεῖν αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο. τιμᾶσθαι δὲ καὶ θεραπεύεσθαι ἠξίου, ἐπιδεικνύμενος ὅτι πλεῖστα δύναιτο καὶ ἐθέλοι ἂν ἀδικεῖν. εὐεργεσίαν δὲ κατέλεγεν, ὁπότε τις αὐτοῦ ἀφίστατο, ὅτι χρώμενος αὐτῷ οὐκ ἀπώλεσεν αὐτόν. καὶ τὰ μὲν δὴ ἀφανῆ ἔξεστι περὶ αὐτοῦ ψεύδεσθαι· ἃ δὲ πάντες ἴσασι, τάδ' ἐστί.

ιε'. Παρὰ Ἀριστίππῳ μὲν, ἔτι ὡραῖος ὢν, στρατηγεῖν διεπράξατο τῶν ξένων. Ἀριαίῳ δὲ βαρβάρῳ ὄντι,

tanquam minime virilibus prolibidine vtebatur. Et quemadmodum alius quiſpiam propter pietatem erga Deum, veritatem, iuſtitiam geſtit; ſic Menon iactabat ſe, quod circumſcribere poſſet alios, quod mendacia fingere, quod amicos irridere. Si quis vafer non eſſet, eum rudem et imperitum eſſe cenſebat. Apud quos in amicitia loco volebat eſſe principe, hos ſibi conciliandos putabat, criminationibus illorum qui principes apud eos eſſent.

14. Iniuriarum ſocietate milites ſibi obſequentes reddebat. Affici ſe honore atque coli propterea volebat, quod demonſtraret, et poſſe, et velle ſe plurimum iniuriae inferre. Illis, qui ab ſe defeciſſent, obiiciebat hoc beneficii loco; quod id temporis, quum ipſorum vteretur opera, non eos perdidiſſet. Ac obſcura quidem, ficta videri poſſunt; quae autem norunt omnes, haec ſunt.

15. Apud Ariſtippum, forma et aetate adhuc commendatus, ſtipendiariorum praeturam impetrauit. Idem Ariaeo, barbaro homini,

τι, ὅτι μειρακίοις καλοῖς ἥδετο, οἰκειότατος ἔτι ὡραῖος ὢν ἐγένετο. αὐτὸς δὲ παιδικὰ εἶχε Θαρύπαν, ἀγένειος ὢν γενειῶντα.

ις'. Ἀποθνησκόντων δὲ τῶν στρατηγῶν, ὅτι ἐστράτευσαν ἐπὶ βασιλέα σὺν Κύρῳ, τὰ αὐτὰ πεποιηκὼς οὐκ ἀπέθανε· μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν, τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς, ὅσπερ κάλλιστος θανάτων ἐδόκει εἶναι· ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν, ὡς πονηρὸς, λέγεται τελευτῆς τυχεῖν.

ιζ'. Ἀγίας δὲ ὁ Ἀρκὰς, καὶ Σωκράτης ὁ Ἀχαιὸς καὶ τούτω ἀπεθανέτην. τούτων δὲ οὐδεὶς ὕβ' ὡς ἐν πολέμῳ κακῶν κατεγέλα, ὅτ' ἐς φιλίαν αὐτοὺς ἐμέμφετο. ἦσάν τε ἄμφω ἀμφὶ *τετταράκοντα ἔτη ἀπὸ γενεᾶς.

ΞΕΝΟ-

homini, eodem in aetatis flore, maxime familiaris fuit, quod ille formosis adulescentibus delectabatur. Ipse imberbis adhuc, Tharypam barbescentem in deliciis habebat.

16. Quum autem duces Graeci necarentur, propterea quod aduersus regem cum Cyro expeditionem susceperant, quanquam eadem culpa teneretur, non tamen est interfectus. Sed necatis iam ducibus caeteris, et ipse a rege mortis poena multatus est, non ille quidem, vt Clearchus, et duces caeteri, quibus praecisa sunt capita, quae mors esse videbatur honestissima; sed vt homo conscleratus, anno toto excruciatus viuus, tandem expirasse dicitur.

17. Sunt et Agias ille Arcas, et Socrates Achaeus interfecti, quos nemo vnquam vt ignauos in bello irrisit, vel in amicitia colenda reprehendit. Vterque XL aetatis annos fere habebat.

ΧΕΝΟ-

* Al. τὰ πέντε καὶ τριάκοντα.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

Ὅσα μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει *μετὰ Κύρου οἱ Ἕλληνες ἔπραξαν μέχρι τῆς μάχης, καὶ ὅσα (ἐπεὶ Κῦρος ἐτελεύτησεν) ἐγένετο, ἀπιόντων τῶν Ἑλλήνων σὺν Τισσαφέρνει ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται.

β'. Ἐπεὶ δὲ οἵ τε στρατηγοὶ συνειλημμένοι ἦσαν, καὶ τῶν λοχαγῶν καὶ στρατιωτῶν οἱ συνεπόμενοι ἀπολώλεσαν, ἐν

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

HISTORIARVM,

LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Quae Graeci in expeditione cum Cyro ad pugnam vſque geſſerint, quaeque poſt obitum Cyri acciderint, diſcedentibus ipſis per inducias cum Tiſſapherne, ſuperiore libro eſt expoſitum.

2. Poſteaquam vero duces comprehenſi erant, et qui eos ſequuti fuerant praefecti cohortium atque milites periiſſent: magnis

* Al. ἀναβάσει τῇ μετὰ.

ἐν πολλῇ δὴ ἀπορίᾳ ἦσαν οἱ Ἕλληνες, ἐνθυμούμενοι ὅτι ἐπὶ ταῖς βασιλέως θύραις ἦσαν, κύκλῳ δ' αὐτοῖς πάντη πολλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις πολέμιαι ἦσαν, ἀγορὰν δὲ ὁδεὶς ἔτι παρέξειν ἔμελλεν, ἀπεῖχον δὲ τῆς Ἑλλάδος πλέον ἢ μύρια στάδια, ἡγεμὼν δ' ὁδεὶς τῆς ὁδοῦ ἦν, ποταμοὶ δὲ διεῖργον ἀδιάβατοι ἐν μέσῳ τῆς οἰκαδε ὁδοῦ, προδεδώκασι δὲ αὐτοὺς καὶ οἱ σὺν Κύρῳ ἀναβάντες βάρβαροι, μόνοι δὲ καταλελειμμένοι ἦσαν, ὁδὲ ἱππέα ὁδένα σύμμαχον ἔχοντες· ὡς εὔδηλον ἦν, ὅτι νικῶντες μὲν ὁδ' ἂν ἕνα * φεύγοντα καταλαίνοιεν, ἡττηθέντων δὲ αὐτῶν ὁδεὶς ἂν λειφθείη.

γ'. Ταῦτα ἐννοούμενοι, καὶ ἀθύμως ἔχοντες, ὀλίγοι μὲν αὐτῶν εἰς τὴν ἑσπέραν σίτου ἐγεύσαντο, ὀλίγοι δὲ πυρὰν** ἔκαυσαν, ἐπὶ δὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ οὐκ ἦλθον ταύτῃ τῇ νυκτί. ἀνεπαύετο δὲ ὅπου ἐτύγχανεν ἕκαστος, οὐ δυνάμενοι καθεύδειν ὑπὸ λύπης, καὶ πόθου πατρίδων, γονέων,

magnis rerum difficultatibus Graeci vrgebantur, quum ſe prope a porta regis abeſſe cogitarent: multas vndique tum nationes, tum vrbes infeſtas eſſe: annonam neminem deinceps ſuppeditaturum: ſe a Graecia ſtadiis amplius CCIↃↃ abeſſe: ducem itineris deſiderari: fluuios medio in itinere patriam verſus complures ſe arcere, qui tranſiri vado non poſſent: proditos ſe ab illis etiam barbaris eſſe, qui cum Cyro in Aſiam aſcenderant: ſolos iam relictos eſſe, ac nullas habere copias auxiliarias equeſtres: vnde manifeſto pateret, neque ſi vincerent, vel vnum fugientem interfecturos: et ſi vincerentur, ne vnum quidem viuum relictum iri.

3. Haec quum apud animos ſuos expenderent, ac moerore afficerentur; pauci ſub veſperam cibum cepere, pauci accenderunt ignes, multis ea nocte ne quidem ad armatos ordines accedentibus. Quiſque requieti ſe illo dabat loco, in quem forte fortuna incidiſſet, quum prae animi aegritudine, ac deſiderio patriae, parentum, vxorum,

* Deſiderari videtur in aliis ed. φεύγοντα.
** Al. πυρὰ.

νέων, γυναικῶν, παίδων, ὡς ἅ ποτε ἐνόμιζον ἔτι ὄψεσθαι.

δ'. Οὕτω μὲν διακείμενοι πάντες ἀνεπαύοντο. ἦν δέ τις ἐν τῇ στρατιᾷ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, ὃς ἅτε στρατηγὸς, ἅτε λοχαγὸς, ἅτε στρατιώτης ὢν συνηκολούθει, ἀλλὰ Πρόξενος αὐτὸν μετεπέμψατο οἴκοθεν, ξένος ὢν ἀρχαῖος· ὑπισχνεῖτο δὲ αὐτῷ, εἰ ἔλθοι, φίλον Κύρῳ ποιήσειν, ὃν αὐτὸς ἔφη κρείττω ἑαυτῷ νομίζειν τῆς πατρίδος.

ε'. Ο μέντοι Ξενοφῶν ἀναγνὰς τὴν ἐπιστολὴν, ἀνακοινᾶται Σωκράτει τῷ Ἀθηναίῳ περὶ τῆς πορείας. καὶ ὁ Σωκράτης ὑποπτεύσας, μή τι πρὸς τῆς πόλεως οἱ ὑπαίτιον εἴη Κύρῳ φίλον γενέσθαι, ὅτι ἐδόκει ὁ Κῦρος προθύμως τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τὰς Ἀθήνας συμπολεμῆσαι, συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι, ἐλθόντι εἰς Δελφοὺς ἀνακοινῶσαι τῷ Θεῷ περὶ τῆς πορείας. ἐλθὼν δὲ ὁ Ξενοφῶν ἐπήρετο τὸν Ἀπόλλω, τίνι ἂν θεῶν θύων καὶ εὐχόμενος

rum, liberum, quos nunquam ſe deinceps viſuros arbitrabantur, ſomnum nullum caperent.

4. His illi tum animis omnes quieſcebant. Erat autem quidam in exercitu Xenophon Athenienſis, qui neque ducis, neque cohortis alicuius praefecti, neque militis nomine ſequutus agmen erat: ſed e patria Proxenus ipſum euocarat, cum iam olim erat hoſpitii iure coniunctus. Pollicebatur hic ei, ſi ad ſe veniret, amicitiam illi ſe cum Cyro conciliaturum, quem ipſe ſibi vtiliorem videri, quam patriam, diceret.

5. Hanc epiſtolam quum Xenophon legiſſet, de hoc itinere ſuo Socratem Athenienſem conſulit. Socrates veritus ne ſuos apud ciues ei fraudi amicitia cum Cyro ineunda foret, quia Cyrus alacriter Lacedaemonios in eo bello iuuerat, quod aduerſus Athenienſes illi geſſerant: hoc dat Xenophonti conſilii, vt Delphos profectus, Deum illum de itinere conſuleret. Eo quum Xenophon profectus eſſet, Apollinem interrogat, cui Deûm rem ſacram faceret, quem comprecaretur, vt iter, quod

μενος κάλλιϛ' ἂν καὶ ἄριϛα ἔλθοι τὴν ὁδὸν, ἣν ἐπινοεῖ, καὶ καλῶς πράξας σωθείη. καὶ ἀνεῖλεν αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων, Θεοῖς οἷς ἔδει θύειν.

ϛ'. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ἦλθε, λέγει τὴν μαντείαν τῷ Σωκράτει. ὁ δ' ἀκούσας ἠτιᾶτο αὐτὸν, ὅτι οὐ τᾶτο πρότερον ἠρώτα, πότερον λῴον αὐτῷ εἴη πορεύεσθαι, ἢ μένειν, ἀλλ' αὐτὸϛ κρίνας ἰτέον εἶναι, τᾶτο ἐπυνθάνετο, ὅπως ἂν κάλλιϛα πορευθείη. ἐπεὶ μέντοι ἅτως ἦρχε, ταῦτ' (ἔφη) χρὴ ποιεῖν, ὅσα ὁ Θεὸϛ ἐκέλευσεν.

ζ'. Ο μὲν δὴ Ξενοφῶν ἅτω θυσάμενος οἷς ἀνεῖλεν ὁ Θεὸϛ, ἐξέπλει, καὶ καταλαμβάνει ἐν Σάρδεσι Πρόξενον καὶ Κῦρον, μέλλοντας ἤδη ὁρμᾶν τὴν ἄνω ὁδόν· καὶ συνεσάθη Κύρῳ. προθυμυμένυ δὲ τᾷ Προξένυ, καὶ ὁ Κῦροϛ συμπροθυμεῖτο, μεῖναι αὐτόν· εἶπε δὲ, ὅτι, ἐπειδὰν τάχιϛα ἡ ϛρατεία λήξῃ, εὐθὺϛ ἀποπέμψει αὐτόν. ἐλέγετο δὲ ὁ ϛόλοϛ εἶναι εἰϛ Πεισίδαϛ.

η'. Εϛρα-

apud animum inſtituiſſet, pulcherrime ac honeſtiſſime perficeret, reque praeclare geſta ſaluus rediret. Reſpondit ei per oraculum Apollo, Diis ſacrificaret, quibus id deberetur.

6. Athenas reuerſus, oraculum Socrati aperit. Qui quum illud audiiſſet, reprehendit in eo, quod non ante omnia quaeſiiſſet, vtrum ſibi conſultius eſſet, iter hoc ſuſcipere, an manere domi: ſed quum ipſe prius ſtatuiſſet, eundum eſſe, interrogaſſet; quo pacto quam pulcherrime profectionem inſtitueret. Sed quando ita quae-

ſiiſti, ait, faciunda ſunt, quae Deus imperauit.

7. Quare Xenophon Diis illis quum ſacrificaſſet, quos Apollo per oraculum ſignificarat, nauem conſcendit, ac Sardibus Proxenum et Cyrum aſſequitur, qui iamiam aſcenſuri in Aſiam erant, ſtatimque Cyro commendatur. Quumque contenderet Proxenus, vt ſecum maneret; vna Cyrus magno ſtudio idem contendebat. Addebat, ſe eum ſtatim poſt expeditionem ablegaturum. Expeditio ipſa ferebatur aduerſus Piſidas inſtitui.

8. Hoc

η'. Εστρατεύετο μὲν δὴ, ὅτως ἐξαπατηθεὶς, οὐχ ὑπὸ τοῦ Πρόξενος· ὁ γὰρ ἤδει τὴν ἐπὶ βασιλέα ἐρμὴν, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν Ελλήνων, πλὴν Κλεάρχου. ἐπεὶ μέντοι εἰς Κιλικίαν ἦλθον, σαφὲς πᾶσιν ἐδόκει εἶναι, ὅτι ὁ στόλος εἴη ἐπὶ βασιλέα. φοβούμενοι δὲ τὴν ὁδὸν, καὶ ἄκοντες, ὅμως οἱ πολλοὶ δι' αἰσχύνην καὶ ἀλλήλων καὶ Κύρου συνηκολούθησαν· ὧν εἷς καὶ Ξενοφῶν ἦν.

θ'. Επεὶ δ' ἀπορία ἦν, ἐλυπεῖτο μὲν σὺν τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐκ ἐδύνατο καθεύδειν· μικρὸν δὲ ὕπνου λαχὼν, εἶδεν ὄναρ· ἔδοξεν αὐτῷ, βροντῆς γενομένης, σκηπτὸς πεσεῖν εἰς τὴν πατρῴαν οἰκίαν, καὶ ἐκ τούτου λάμπεσθαι πᾶσαν. περίφοβος δ' εὐθὺς ἀνηγέρθη, καὶ τὸ ὄναρ πῇ μὲν ἔκρινεν ἀγαθὸν, (ὅτι ἐν πόνοις ὢν καὶ κινδύνοις φῶς μέγα ἐκ Διὸς ἰδεῖν ἔδοξε) πῇ δὲ καὶ ἐφοβεῖτο, (ὅτι ἀπὸ Διὸς μὲν βασιλέως τὸ ὄναρ ἐδόκει αὐτῷ εἶναι, κύκλῳ δ' ἐδόκει λάμπεσθαι

8. Hoc modo Xenophon militiae dat nomen, deceptus ille quidem, ſed non a Proxeno. Nam is aduerſus regem quidquam moliri Cyrum ignorabat, quemadmodum et Graeci caeteri, extra vnum Clearchum. Verum vbi in Ciliciam peruentum eſſet, perſpicuum vniuerſis eſſe videbatur, aduerſus regem arma capi. Ac tum quidem plerique, tametſi hoc iter formidarent, et inuiti ſuſciperent; partim tamen mutua, partim Cyri reuerentia retenti, vna ſequebantur. Eorum vnus erat Xenophon.

9. Quum autem haec rerum difficultas eſſet, moeſtus quidem ille cum caeteris, dormire non poterat: ſed tamen paullum conſopitus, ſomnium vidit. Videbatur ei telum fulminis in domum paternam deferri, ac mox vniuerſam coruſcare. Prae metu confeſtim excitatus eſt e ſomno, atque ipſum inſomnium partim fauſtum iudicabat; (quod quum laboribus et periculis premeretur, magnam lucem a Ioue ortam videre viſus eſſet) partim (quod ſomnium hoc a Ioue rege profectum putaret, et quod

πεσθαι τὸ πῦρ,) μὴ ἀ δύναιτο ἐκ τῆς χώρας ἐξελθεῖν τῆς βασιλέως, ἀλλ' εἴργοιτο πάντοθεν ὑπό τινων ἀπορίων.

ί. Οποῖόν τι μὲν δή ἐστι τὸ τοιῦτον ὄναρ ἰδεῖν, ἔξεστι σκοπεῖν ἐκ τῶν συμβάντων μετὰ τὸ ὄναρ. γίγνεται γὰρ τάδε εὐθὺς, ἐπειδὴ ἀνηγέρθη. πρῶτον μὲν ἔννοια αὐτῷ ἐμπίπτει, τί κατάκειμαι; ἡ δὲ νὺξ προβαίνει· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ εἰκὸς τὰς πολεμίας ἥξειν. εἰ δὲ γενησόμεθα ἐπὶ βασιλεῖ, τί ἐμποδὼν, μὴ ἀχὶ πάντα μὲν τὰ χαλεπώτατα ἐπιδόντας, πάντα δὲ τὰ δεινότατα παθόντας, ὑβριζομένους ἀποθανεῖν; ὅπως δὲ ἀμυνόμεθα, ἀδεὶς παρασκευάζεται, ἀδ' ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ κατακείμεθα, ὥσπερ ἐξὸν ἡσυχίαν ἄγειν. ἐγὼ ἂν τὸν ἐκ ποίας πόλεως στρατὸν* προσδοκῶ ταῦτα πράξειν; ποίαν δ' ἡλικίαν ἐμαυτῷ ἐλθεῖν ἀναμένω; ἀ γὰρ ἔγωγ' ἔτι πρεσβύτερος ἔσομαι, ἐὰν τήμερον προδῶ ἐμαυτὸν τοῖς πολεμίοις.

ια'. Ἐκ τούτου ἀνίσταται, καὶ συγκαλεῖ τοὺς Προξένου πρῶτον λοχαγούς. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξεν· "Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες

visus esset ignis vndique lucere) metuebat, ne extra ditionem regis euadere non posset, sed vndique difficultatibus quibusdam praepediretur.

10. Caeterum quale fuerit hoc somnium, animaduertere de euentis licet. Nam statim haec acciderunt: Posteaquam excitatus esset, primum coepit ipse secum cogitare: Quid heic iaceo? nox progreditur, et quamprimum illuxerit, consentaneum est, hostes aduenturos. Quod si regis in potestatem deuenerimus, quid prohibet, quominus grauissima quaeque aspiciamus, et in primis terribilia perpetiamur, et contumeliis affecti necemur? Quo pacto nosmet tutari debeamus, ad id se nemo comparat, neque res vlli curae est: sed heic ita iacemus, quasi nobis otiosis esse liceat. Atenim quanam ex vrbe ducem haec facturum expecto? quam aetatem mihimet ipsi venturam opperior? nec enim maturiorem ad aetatem perueniam, si hostibus hodie me dedidero.

11. Post haec surgit, et primum conuocatis Proxeni cohortium praefectis, ait: Equidem,

* Plerique malunt στρατηγὸν.

δρες λοχαγοὶ, ὅτε καθεύδειν δύναμαι, (ὥσπερ, οἶμαι, καὶ ὑμεῖς) ὅτε κατακεῖσθαι ἔτι, ὁρῶν ἐν οἵοις ἐσμέν. οἱ μὲν γὰρ δὴ πολέμιοι δηλονότι καὶ πρότερον πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν, πρὶν ἐνόμισαν τὰ ἑαυτῶν καλῶς παρεσκευάσθαι. ἡμῶν δ' οὐδεὶς οὐδὲ ἀντεπιμελεῖται, ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα.

ιβ'. Καὶ μὴν εἰ ὑφησόμεθα, καὶ ἐπὶ βασιλεῖ γενησόμεθα, τί οἰόμεθα πείσεσθαι; ὃς καὶ τῷ ὁμομητρίῳ καὶ ὁμοπατρίῳ ἀδελφῷ, καὶ τεθνηκότος ἤδη, ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα ἀνεσταύρωσεν. ἡμᾶς δὲ, οἷς κηδεμὼν μὲν οὐδεὶς πάρεστιν, ἐστρατεύσαμεν δ' ἐπ' αὐτὸν, ὡς δῆλον ἀντὶ βασιλέως ποιησοντες, καὶ ἀποκτενοῦντες, εἰ δυναίμεθα, τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν; ἆρ' οὐκ ἐπίπαν* ἔλθοι, ὡς ἡμᾶς τὰ αἴσχιστα αἰκισάμενος, πᾶσιν ἀνθρώποις φόβον παράσχῃ τῷ στρατεῦσαι ποτὲ ἐφ' ἑαυτόν; ἀλλ' ὅπως τοι μὴ ἐπ' ἐκείνῳ γενησόμεθα, πάντα ποιητέον.

ιγ'. Ἐγὼ

dem, praefecti cohortium, neque dormire poſſum, quod et vobis vſuuenire arbitror; neque iacere amplius; dum qui rerum, in quibus verſamur, ſtatus ſit, video. Nimirum hoſtes non prius bellum nobis aperte denuntiarunt, quam res ſuas bene comparatas eſſe putarent. At ex aduerſo, noſtrûm nemini curae eſt, vt quam praeclariſſime in certamen deſcendamus.

12. Atqui ſi nos ſummittemus, et regi in poteſtatem trademus; quid tandem nobis euenturum exiſtimamus? quum is tum germani, tum vterini fratris, eiuſque iam interfecti et caput abſciſſum, et manum, palo ſuffixerit. Nobis vero, quibus nullus adeſt, de nobis ſollicitus, qui aduerſus ipſum arma cepimus, qui pro rege ſeruum facere voluimus, atque etiam occidere, ſi licuiſſet, quid euenturum exiſtimamus? An non omnino venit, vt, poſteaquam nos indigniſſimis modis exceperit, vniuerſis hominibus terrorem incutiat, ne aliquando aduerſus ipſum arma capiant? Enimuero ne in eius poteſtate ſimus, quiduis faciendum.

 13. Equi-

* Al. diſiunctim ἐπὶ πᾶν, et vertunt: *omni adgredietur via, vt* etc.

ιγ'. Ἐγὼ μὲν οὖν, ἔστ' ἂν μὲν αἱ σπονδαὶ ἦσαν, ὅποτε ἐπαυόμην ἡμᾶς μὲν εὐπλείσων, βασιλέα δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μακαρίζων, διαθεώμενος αὐτῶν ὅσην μὲν χώραν καὶ οἵαν ἔχοιεν, ὡς δὲ ἄφθονα τὰ ἐπιτήδεια, ὅσους δὲ θεράποντας, ὅσα δὲ κτήνη, χρυσὸν δὲ, ἐσθῆτα δέ. τὰ δ' αὖ τῶν στρατιωτῶν ὁπότε ἐνθυμοίμην, ὅτι τῶν μὲν ἀγαθῶν πάντων ἀδενὸς ἡμῖν μετείη, εἰ μὴ πριαίμεθα, ὅτου δὲ ὠνησόμεθα, ἤδειν ὅτι* ὀλίγους ἔχοντας, ἄλλως δέ πως πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια, ἢ ὠνουμένους, ὄρκους ἤδη κατέχοντας ἡμᾶς· ταῦτ' οὖν λογιζόμενος ἐνίοτε, τὰς σπονδὰς μᾶλλον ἐφοβούμην, ἢ νῦν τὸν πόλεμον.

ιδ'. Ἐπεὶ μέντοι ἐκεῖνοι ἔλυσαν τὰς σπονδὰς, λελύσθαι μοι δοκεῖ καὶ ἡ ἐκείνων ὕβρις, καὶ ἡ ἡμετέρα ὑποψία. ἐν μέσῳ γὰρ ἤδη κεῖται ταῦτα τὰ ἀγαθὰ, ἆθλα, ὁπότεροι ἂν ἡμῶν ἄνδρες ἀμείνονες ὦσιν. ἀγωνοθέται δ' οἱ Θεοί εἰσιν, οἳ σὺν ἡμῖν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἕσονται.

13. Equidem quamdiu durabant inducíae, nunquam non noſtram ſortem deplorabam, regemque cum ſuis felicem praedicabam; quum conſiderarem, qualem et quantam ipſi regionem haberent, quam commeatus copiam, quot famulos, quot iumenta, quantum auri, quantum veſtium. E diuerſo ſi militum noſtrorum conditionem meo cum animo expenderem, nullius videlicet boni copiam nobis eſſe, niſi pretio redimeremus, quod quidem ipſum paucos habere ſcirem: ac ſi rationem aliam parandi commeatus, extra emtionem, vſurparemus, futurum, vt foederis religione prohiberemur: haec igitur nonnunquam mecum ipſe reputans, magis tum foedera, quam modo bellum metuebam.

14. Verum poſteaquam foedera ipſi violarunt, arbitror et ipſorum inſolentiam, et ſuſpicionem noſtram finem habere. Nam ea nunc bona, tanquam praemia illorum, qui fortiter vtrinque ſe geſſerint, in medio propoſita ſunt. Ipſi Dii certaminis ſunt praeſides, qui quidem a partibus noſtris, ceu par eſt, ſtabunt.

* Al. ὅτι ὀλίγους.

ται. ὅτοι μὲν γὰρ αὐτὸς ἐπιωρκήκασιν· ἡμεῖς δὲ, πολλὰ ἐρῶντες ἀγαθὰ, σεμνῶς αὐτῶν ἀπειχόμεθα, διὰ τοὺς τῶν Θεῶν ὅρκους· ὥστε ἐξεῖναι μοι δοκεῖ ἰέναι ἐπὶ τὸν ἀγῶνα πολὺ σὺν φρονήματι μείζονι, ἢ τότοις.

ιε'. Ἔτι δὲ ἔχομεν σώματα ἱκανώτερα τότων καὶ ψύχη, καὶ θάλπη, καὶ πόνους φέρειν· ἔχομέν τε καὶ ψυχὰς σὺν τοῖς Θεοῖς ἀμείνονας. οἱ δὲ ἄνδρες καὶ τρωτοὶ καὶ θνητοὶ μᾶλλον ἡμῶν, ἢν οἱ Θεοὶ, ὥσπερ τοπρόσθεν, νίκην ἡμῖν διδῶσιν. ἀλλ' ἴσως γὰρ καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐνθυμοῦνται.

14. Secundum haec imperant duces, vt milites Deos implorarent. Id vbi factum, inchoato paeane procedunt. Cheriſophus et Xenophon cum iis, quos ſecum habebant, cetratis, ita pergebant, vt extra phalangem hoſtilem eſſent.

Quos

οἱ δὲ πολέμιοι, ὡς εἶδον αὐτοὺς, ἀντιπορεύονται. καὶ οἱ μὲν* ἐπὶ τὸ δεξιὸν, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ εὐώνυμον διεσπάσθησαν**, καὶ πολὺ τῆς ἑαυτῶν φάλαγγος ἐν τῷ μέσῳ κενὸν ἐποίησαν.

ιε'. Ἰδόντες δὲ αὐτοὺς διχάζοντας οἱ κατὰ τὸ Ἀρκαδικὸν πελτασταὶ, ὧν ἦρχεν Αἰσχίνης ὁ Ἀκαρνὰν, νομίσαντες φεύγειν, ἀνὰ κράτος*** ἔθεον· καὶ ὅτοι πρῶτοι ἐπὶ τὸ ὄρος ἀναβαίνουσι. συνεφείπετο δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ Ἀρκαδικὸν ὁπλιτικὸν, ὧν ἦρχε Κλεάνωρ ὁ Ὀρχομένιος. οἱ δὲ πολέμιοι, ἐπεὶ ἤρξαντο θεῖν, οὐκέτι ἔσησαν, ἀλλὰ φυγῇ ἄλλος ἄλλῃ ἐτράπετο.

ις'. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἀναβάντες, ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν πολλαῖς κώμαις, καὶ τὰ ἐπιτήδεια δὲ πολλὰ εἶχον. καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐδὲν ἦν, ὅ, τι καὶ ἐθαύμασαν· τὰ δὲ σμήνη πολλὰ ἦν αὐτόθι, καὶ τῶν κηρίων ὅσοι ἔφαγον τῶν στρατιωτῶν, πάντες ἄφρονές τε ἐγίγνοντο, καὶ ἤμουν, καὶ κάτω

Quos vbi vidiſſent hoſtes, et ipſi contra perrexere: quumque partim verſus latus dextrum, partim ſiniſtrum, ſe ſcidiſſent, mediam aciem magna ex parte vacuam reliquere.

15. Heic quum inſtructi Arcadico more† cetrati, quibus Aeſchines Acarnan praeerat, hoſtes ſe duas in partes ſcindere conſpexiſſent, quod eos exiſtimarent fugere, totis viribus currebant. Quo factum, vt hi primi in montem euaderent. Subſequebantur hos grauis armaturae copiae Arcadicae, quibus Cleanor Orchomenius praeerat. Hi poſteaquam currere coeperunt, non conſtiterunt amplius hoſtes, ſed alius alio terga dederunt.

16. Graeci, conſcenſo monte, multis in vicis caſtra locarunt, in quibus magna erat commeatus copia. Et in caeteris quidem nihil erat, quod admirationem ipſorum mereretur: tantum illic erant aluearia permulta, de quibus quotquot ex militibus ſauos comedebant, omnes ad inſaniam redigebantur, et vomebant, et abſceſſus per

 inferiora

* Al. αὐτοὺς ἀντιθέοντας, οἱ μὲν etc.
** Al. διεσπάρθησαν.
*** Al. ἀνακραγόντες.
† Al. Qui Arcadico erant in agmine.

κάτω διεχώρει αὐτοῖς, καὶ ὀρθὸς οὐδεὶς ἐδύνατο ἵστασθαι· ἀλλ' οἱ μὲν ὀλίγον ἐδηδοκότες, σφόδρα μεθύουσιν ἐῴκεσαν· οἱ δὲ πολὺ, μαινομένοις· οἱ δὲ, καὶ ἀποθνήσκουσιν. ἔκειντο δὲ ἄτω πολλοὶ, ὥσπερ τροπῆς γεγενημένης, καὶ πολλὴ ἦν ἡ ἀθυμία. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπέθανε μὲν οὐδείς, ἀμφὶ δὲ τὴν αὐτήν πω ὥραν ἐφρόνουν *. τρίτῃ δὲ καὶ τετάρτῃ ἀνίσαντο, ὥσπερ ἐκ φαρμακοποσίας.

ιζ'. Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν δύο σταθμοὺς, ἑπτὰ παρασάγγας, καὶ διῆλθον ἐπὶ θάλατταν, εἰς Τραπεζοῦντα, πόλιν Ἑλληνίδα οἰκουμένην, ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, Σινωπέων ἀποικίαν, ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας ἀμφὶ τὰς τριάκοντα, ἐν ταῖς τῶν Κόλχων χώραις. καὶ ἐντεῦθεν μὲν ἐλῄζοντο τὴν Κολχίδα. ἀγορὰν δὲ παρεῖχον ἐν τῷ στρατοπέδῳ Τραπεζοῦντιοι, καὶ ἐδέξαντό τε τοὺς Ἕλληνας, καὶ ξένια ἔδοσαν, βοῦς, καὶ ἄλφιτα, καὶ οἶνον. συνδιεπράττοντο δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν πλησίον Κόλχων τῶν ἐν τῷ πεδίῳ μάλιστα οἰκούντων·

inferiora fiebat, et rectus qui ſtare poſſet, erat nemo. Qui parum ederant, admodum ebriis erant ſimiles: qui multum, furioſis: nonnulli, etiam morientibus. Quamobrem ita multi iacebant, ac ſi ſtrages acciditſet: et magna erat in exercitu militum triſtitia. Poſtridie nemo mortuus erat, ſed eadem prope hora priſtinum ad ſtatum mentis redibant. Die tertio et quarto, tanquam ſi pharmacum hauſiſſent, ſurgebant.

17. Inde caſtris alteris, paraſangas ſeptem progreſſi, ad mare veniunt, et ad vrbem Graecam, Trapezuntem, frequentem incolis, ad Pontum Euxinum, coloniam Sinopenſium, in regione Colchorum ſitam. Heic dies fere triginta Colchorum in agris commorati, praedas e regione Colchorum agebant. Forum in exercitu rerum venalium Trapezuntii ſubminiſtrabant, exceptoſque Graecos hoſpitalibus muneribus donabant: bobus, farina, vino. Iidem cum eis nomine Colchorum finitimorum, qui plerique habitabant in planicie, tranſigebant: a quibus

* Al. ἀνεφρόνουν.

των· καὶ ξένια καὶ παρ' ἐκείνων ἦλθον πλέονα, βόες.

ιη'. Μετὰ δὲ τοῦτο τὴν θυσίαν, ἣν εὔξαντο, παρεσκευάζοντο. ἦλθον δὲ αὐτοῖς ἱκανοὶ βόες ἀποθῦσαι τῷ Διῒ τῷ Σωτῆρι, καὶ τῷ Ἡρακλεῖ, ἡγεμόσυνα· καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ θεοῖς ηὔξαντο *. ἐποίησαν δὲ καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐν τῷ ὄρει, ἔνθα περ ἐσκήνων. εἵλοντο δὲ Δρακόντιον Σπαρτιάτην (ὃς ἔφευγε παῖς ὢν οἴκοθεν, παῖδα ἄκων κατακτανών, ξυήλῃ πατάξας) δρόμου τε ἐπιμεληθῆναι, καὶ τὸ ἀγῶνος προσατῆσαι.

ιθ'. Ἐπειδὴ δὲ ἡ θυσία ἐγένετο, τὰ δέρματα παρέδοσαν τῷ Δρακοντίῳ, καὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον, ὅπου τὸν δρόμον πεποιηκὼς εἴη. ὁ δὲ, δείξας ὅπου παρεσηκότες ἐτύγχανον, Οὗτος ὁ λόφος, ἔφη, κάλλιστος τρέχειν, ὅπου ἄν τις βούληται. πῶς ἄν, ἔφασαν, δυνήσονται παλαίειν ἐν σκληρῷ καὶ δασεῖ

bus itidem hoſpitalia dona miſſa ſunt, quae magna ex parte boues erant.

18. Secundum haec ſacrificium voto nuncupatum parant, et boues ad eos allati ſunt, qui ſufficerent ad mactandas Ioui Seruatori et Herculi victimas, quibus gratam animi ſignificationem declararent, quod ipſis duces itineris extitiſſent: itidemque Diis caeteris vota ſunt nuncupata. Praeterea ludos gymnicos illo ipſo in monte inſtituerunt, in quo caſtra habebant. Dracontium vero Spartanum, (qui puer adhuc in exilium abierat, quum puerum falcato gladiolo caeſum imprudens interfeciſſet,) legerunt; vt curam curſus haberet, ac ludis praeeſſet.

19. Poſteaquam ſacrificatum, Dracontio pelles dabant: ſimul eo duceret iubebant, vbi curſus ſpatium deſignaſſet. Ille vero locum, in quo forte conſtiterant, demonſtrans: Hic tumulus, inquit, ad currendum aptiſſimus eſt, quacunque tandem parte quis currere velit. At qui poterunt, reſpondent illi, tam aſpero et ſyluis denſo loco

* Al. θεοῖς, ἃ ηὔξαντο. conf. p. 253 lin. penult.

δασεῖ ὕτῳ; ὁ δὲ εἶπεν, μᾶλλόν τι ἀνιάσεται ὁ καταπεσών.

κ'. Ηγωνίζοντο δὲ παῖδες μὲν σάδιον τῶν αἰχμαλώτων οἱ πλεῖστοι, †δόλιχον δὲ Κρῆτες πλείους ἢ ἑξήκοντα ἔθεον· πάλην δὲ, καὶ πυγμὴν, καὶ παγκράτιον, καλὴ θέα ἐγένετο*. πολλοὶ γὰρ κατέβησαν, καὶ, ἅτε θεωμένων τῶν ἑταίρων, πολλὴ φιλονεικία ἐγίγνετο.

κα'. Εθεον δὲ καὶ ἵπποι, καὶ ἔδει αὐτοὺς κατὰ τὴν πρανῆ ἐλάσαντας ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀναστρέψαντας πάλιν ἄνω, πρὸς τὸν βωμὸν ἥκειν. καὶ κάτω μὲν οἱ πολλοὶ ἐκυλινδοῦντο· ἄνω δὲ πρὸς τὸ ἰσχυρῶς ὄρθιον μόλις βάδην ἐπορεύοντο οἱ ἵπποι. ἔνθα πολλὴ κραυγὴ, καὶ γέλως, καὶ παρακέλευσις ἐγίγνετο αὐτῶν.

ΞΕΝΟ-

loco lucta congredi? Nimirum is, ait, qui collapsus fuerit, vehementius dolebit.

20. Itaque decertarunt in stadio pueri, maxima ex parte captiui: dolichum Cretenses plures, quam sexaginta currebant: lucta, caestu, pancratio exercebantur alii: et spectaculum sane pulchrum erat. Nam multi in certamen descendebant, et, vt fieri consueuit, spectantibus sodalibus, magna erat ex aemulatione contentio.

21. Decurrebant etiam equi, quibus insidentes oportebat in mare per loca decliuia proiectos, ita deinde sursum reuertendo ad aram accedere. Ac deorsum quidem permulti deuoluebantur, sursum vero ad loca valde ardua vix equi lento gradu pergebant. Erat heic hominum ingens et clamor, et risus, et cohortatio.

†) Δολιχὸν est nomen curriculi cuius spatium ad 24 stadia extendebatur, autore Suida.

* Al. παγκράτιον ἕτεροι· καὶ καλὴ θέα ἐγένετο· πολλοὶ γὰρ etc.

ΧΕΝΟ-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

Ὅσα μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει τῇ μετὰ Κύρου ἔπραξαν οἱ Ἕλληνες, καὶ ὅσα ἐν τῇ πορείᾳ τῇ μέχρι ἐπὶ θάλατταν τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, καὶ ὡς ἐπὶ Τραπεζοῦντα πόλιν Ἑλληνίδα ἀφίκοντο, καὶ ὡς ἀπέθυσαν, ἃ εὔξαντο σωτήρια θύειν, ἔνθα πρῶτον εἰς φιλίαν γῆν ἥκοιντο, ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται.

β'. Ex

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

HISTORIARVM,

LIBER QVINTVS.

CAP. I.

Hactenus expoſuimus hoc commentario, quas Graeci res in expeditione, qua cum Cyro aſcenderant, geſſerint: quae item geſta in itinere fuerint, donec Pontum Euxinum attigerunt: et quo pacto ad vrbem Graecam, Trapezuntem, peruenerint: et quo modo ſacra perfecerint, quae votis pro ſalute conceptis facturos ſe promiſerant, vbi primum pacatam in regionem appuliſſent.

2. Dein-

β'. Ἐκ δὲ τούτου συνελθόντες, ἐβουλεύοντο περὶ τῆς λοιπῆς πορείας. ἀνέστη δὲ πρῶτος Ἀντιλέων Θούριος, καὶ ἔλεξεν ὧδε· "Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἀπείρηκα ἤδη συσκευαζόμενος, καὶ βαδίζων, καὶ τρέχων, καὶ τὰ ὅπλα φέρων, καὶ ἐν τάξει ἰών, καὶ φυλακὰς φυλάττων, καὶ μαχόμενος· ἐπιθυμῶ δὲ ἤδη, παυσάμενος τούτων τῶν πόνων, ἐπεὶ θάλατταν ἔχομεν, πλεῖν τὸ λοιπόν, καὶ ἐκταθεὶς ὥσπερ † Ὀδυσσεὺς, καθεύδων ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα."

γ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ στρατιῶται, ἀνεθορύβησαν, ὡς εὖ λέγοι· καὶ ἄλλος ταυτὰ ἔλεγε, καὶ πάντες οἱ παρόντες. ἔπειτα Χειρίσοφος ἀνέστη, καὶ εἶπεν ὧδε· "φίλος μοί ἐστιν, ὦ ἄνδρες, Ἀναξίβιος, ναυαρχῶν δὲ τυγχάνει. ἢν ἂν πέμψητέ με, οἶμαι ἂν ἐλθεῖν καὶ τριήρεις ἔχων, καὶ πλοῖα τὰ ὑμᾶς ἄξοντα. ὑμεῖς δ', ἐπείπερ πλεῖν βούλεσθε, περιμένετε ἕστ' ἂν ἐγὼ ἔλθω· ἥξω δὲ ταχέως." ἀκούσαντες ταῦτα οἱ στρατιῶται, ἥδησάν τε καὶ ἐψηφίσαντο πλεῖν αὐτὸν ὡς τάχιστα.

δ'. Μετὰ

2. Deinceps quum conueniſſent, de itinere reliquo deliberabant. Et Antileon Thurius primus ſurgens, in hanc ſententiam loquutus eſt: Equidem, commilitones, iam defatigatus ſum colligendis vaſis, eundo, currendo, ferendis armis, ordinibus obſeruandis, obeundis excubiis, pugnando. Itaque cupio laboribus his liberatus, quando ad mare peruenimus, deinceps nauigare: et Vlyſſis exemplo porrectus, dormiendo in Graeciam appellere.

3. Quae quum milites audiiſſent, ſtrepitu excitato, recte hominem dicere ſignificabant. Praeterea repetebat eadem alius, adeoque omnes qui aderant. Poſt haec Cheriſophus ſurgens: Amicum, inquit, Anaxibium, hoc tempore nauarchum, habeo, milites. Quamobrem ſi me ablegaueritis, arbitror me cum triremibus et nauigiis, quae vos vectura ſint, rediturum. Vos quia nauigare decreuiſtis, expectate, donec rediero: et redibo citius. His milites cum voluptate auditis, vt quam celerrime nauigio diſcederet, decreuere.

4. Poſt

† Odyſſ. ν. 116 et ſeq.

δ'. Μετὰ τοῦτον Ξενοφῶν ἀνέστη, καὶ ἔλεξεν ὧδε· "Χειρίσοφος μὲν ἤδη ἐπὶ πλοῖα στέλλεται, ἡμεῖς δὲ ἀναμενοῦμεν. ὅσα οὖν μοι δοκεῖ καιρὸς εἶναι ποιεῖν ἐν τῇ μονῇ, ταῦτα ἐρῶ. πρῶτον μὲν τὰ ἐπιτήδεια δεῖ πορίζεσθαι ἐκ τῆς πολεμίας. ὅτε γὰρ ἀγορά ἐστιν ἱκανὴ, ὅτε ὅτου ὠνησόμεθα πάρεστιν, εἰ μὴ ὀλίγοις, ἥτε χώρα πολεμία. κίνδυνος οὖν πολλοὺς ἀπόλλυσθαι, ἢν ἀμελῶς τε καὶ ἀφυλάκτως πορεύωνται ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. ἀλλά μοι δοκεῖ σὺν προνομαῖς λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια, ἄλλως δὲ μὴ πλανᾶσθαι, ὡς σώζησθε, ἡμᾶς δὲ τούτων ἐπιμελεῖσθαι.,, ἔδοξε ταῦτα.

ε'. "Ετι τοίνυν ἀκούσατε καὶ τάδε· ἐπὶ λείαν γὰρ ὑμῶν ἐκπορεύσονταί τινες. οἶμαι οὖν βέλτιον εἶναι ἡμῖν εἰπεῖν τὸν μέλλοντα ἐξιέναι, φράζειν δὲ καὶ ὅποι, ἵνα καὶ τὸ πλῆθος ἴδωμεν τῶν ἐξιόντων καὶ τῶν μενόντων, καὶ συμπαρασκευάζωμεν ἐάν τι δέῃ· καὶ βοηθῆσαί

4. Poſt hunc ſurgens Xenophon: Mittitur, inquit, ad nauigia Cheriſophus, et nos eum heic opperiemur. Quamobrem quidquid fieri res noſtrae poſtulant, dum heic commoramur; vobis exponam. Primum copia commeatus ex hoſtico paranda. Quippe nec forum hoc nobis ſufficit, nec eſt quo emanus aliquid, extraquam paucis: et regio infeſta. Quare periculum erit, ne multi pereant, ſi vel negligenter, vel non ſatis caute ad parandum commeatum perrexerint. Mea quidem ſententia eſt, per excurſiones commeatum parandum eſſe: caeteroqui minime obuagandum, vt ſaluti veſtrae conſulatur: adeoque curam commeatus noſtram eſſe debere. Haec ita decreta ſunt.

5. Audite, inquit, etiam haec. Praedatum nonnulli veſtrum exituri ſunt. Quapropter arbitror, optime nos facturos; ſi is, qui exiturus eſt, hoc ipſum indicet: etiam quo pergat, ſignificet: vt et exeuntium et manentium numerum videamus, et vna noſmet paremus, ſi ita res poſcat. Et ſiquando fuerit

θῆσαί τισιν ἂν καιρὸς ᾖ, ἴδωμεν ὅποι δεήσει βοηθεῖν. καὶ ἄν τις τῶν ἀπειροτέρων ἐγχειρῇ τι ποιεῖν, συμβουλεύωμεν, πειρώμενοι εἰδέναι τὴν δύναμιν, ἐφ' οἷς ἂν ἴωσιν.,, ἔδοξε καὶ ταῦτα.

ς'. "Εννοεῖτε δὴ καὶ τόδ', ἔφη. σχολὴ τοῖς πολεμίοις λῃΐζεσθαι, καὶ δικαίως ἡμῖν ἐπιβουλεύουσιν. ἔχομεν γὰρ τὰ ἐκείνων, ὑπερκάθηνται δ' ἡμῶν. φύλακας δή μοι δοκεῖ δεῖν περὶ τὸ στρατόπεδον εἶναι. ἐὰν δὴ κατὰ μέρος μεριθέντες φυλάττωμεν καὶ σκοπῶμεν, ἧττον δύναιντ' ἂν ἡμᾶς θηρᾶν οἱ πολέμιοι. ἔτι τοίνυν τάδε ὁρᾶτε· εἰ μὲν ἠπιστάμεθα σαφῶς, ὅτι ἥξει πλοῖα Χειρίσοφος ἄγων ἱκανὰ, ἀδὲν ἂν ἔδει, ὧν μέλλω λέγειν· νῦν δ', ἐπεὶ τοῦτ' ἄδηλον, δοκεῖ μοι πειρᾶσθαι πλοῖα συμπαρασκευάζειν καὶ αὐτόθεν. ἦν μὲν γὰρ ἔλθῃ ὑπαρχόντων ἐνθάδε, ἐν ἀφθονωτέροις πλευσόμεθα· ἐὰν δὲ μὴ ἄγῃ, τοῖς ἐνθάδε χρησόμεθα. ἐγὼ δὲ ὁρῶ πλοῖα πολλάκις παραπλέοντα. εἰ

rit opportunum aliquibus opem ferri, vt ſciamus, quo ferri expediat. Praeterea ſi quis minus experientium aliquod aggredi facinus velit, vt conſilio eos adiuuemus, data opera, vt eorum vires quos adoriuntur, exploratas habeamus. Placent et iſta.

6. Hoc etiam velim conſideretis, inquit, daturos operam hoſtes, vt praedas a nobis agant: et quidem iure nobis inſidiantur. Quippe nos ipſorum res habemus. Imminent vero nobis. Quare neceſſe videtur circa caſtra excubitores eſſe. Si ergo diuiſi in praeſidiis et ſpeculis viciſſim erimus, minus nos venari hoſtes poterunt. Praeterea videndum vobis hoc quoque: Si certo conſtat, Cheriſophum cum ea navium copia, quae nobis ſufficiet, rediturum: nihil iis verbis opus fore, quae ſum prolaturus. Nunc quum illud incertum ſit, danda eſt opera, vt ex hac ipſa regione naues comparemus. Nam ſi redeunte illo inſtructi a nauigiis erimus, pluribus vtamur; ſin ipſe nulla adduxerit, his vtamur. Video autem multa nauigia praeteruehi. Quam.

εἰ ἂν αἰτησάμενοι παρὰ Τραπεζουντίων μακρὰ πλοῖα, καταγοίμεν καὶ φυλάττοιμεν αὐτὰ, τὰ πηδάλια παραλυόμενοι, ἕως ἂν ἱκανὰ τὰ ἄξοντα γένηται, ἴσως ἂν ἧκ ἀπορήσαιμεν κομιδῆς, οἵας δεόμεθα.» ἔδοξε καὶ ταῦτα.

ζ'. «Ἐννοήσατε δ', ἔφη, εἰ εἰκὸς καὶ τρέφειν ἀπὸ κοινῆς ἧς ἂν καταγάγωμεν, ἔσον ἂν χρόνον ἡμῶν ἕνεκα μένωσι, καὶ ναῦλον συνθέσθαι, ὅπως ὠφελῶντες καὶ ὠφελῶνται.» ἔδοξε καὶ ταῦτα. «δοκεῖ τοίνυν μοι, ἔφη, ἦν ἄρα καὶ ταῦτα ἡμῖν μὴ ἐκπεραίνηται, ὥστε ἀρκεῖν πλοῖα, τὰς ὁδὰς ἃς δυσπόρους ἀκούομεν εἶναι, ταῖς παρὰ θάλατταν οἰκουμέναις πόλεσιν ἐντέλλασθαι ὁδοποιεῖν. πείσονται γὰρ καὶ διὰ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ διὰ τὸ βούλεσθαι ἡμᾶς* ἀπαλλαγῆναι.»

η'. Ἐνταῦθα δὴ ἀνέκραγον, ὡς δὲοι ὁδοποιεῖν. ὁ δὲ, ὡς ἔγνω τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν, ἐπεψήφισε μὲν ᾠδὴν,

Quamobrem ſi a Trapezuntiis naues longas poſtulabimus, et per has illa ſubducemus, ac detractis gubernaculis cuſtodiemus, donec tantum illorum numerum habeamus, vt eis vehi poſſimus: nimirum vectura nobis haud defutura eſt talis, qualem nos requirimus. Decreta ſunt et iſta.

7. Conſiderandum et hoc, inquit, an aequum ſit, eos, quos cum nauigiis ſubducturi ſumus, impenſa communi a nobis ali, quam quidem diu noſtra cauſſa manſerint, atque num etiam merces vecturae ſit eis danda, vt pro opera nauata nobis vtili, et ipſi commodum aliquod percipiant. His itidem comprobatis: Quod ſi, ait, perficere nequiuerimus vt nauigia tot habeamus, quot ſuffectura ſunt: mea ſententia ciuitatibus maritimis imperandum erit, vt itinera, quae eſſe audimus difficilia, nobis muniant. Quippe parebunt nobis tum metu noſtri, tum quòd quamprimum nos diſcedere volent.

8. Heic milites exclamant, non eſſe cur viae muniantur. Xenophon quum eorum dementiam

* Al. ἡμῶν etc.

ᾠδὴν, τὰς δὲ πόλεις ἐκύσας ἔπεισε ποιεῖν τὰς ὁδὰς, λέγων, ὅτι ἧττον ἀπαλλάξονται, ἢν εὔποροι γένωνται αἱ ὁδοί.

θ'. Ἔλαβον δὲ καὶ πεντηκόντορον παρὰ Τραπεζυντίων, ἣ ἐπέσησαν Δέξιππον Λακωνικὸν περίοικον. ὅτος ἀμελήτας τῆ συλλαβεῖν πλοῖα, ἀποδρὰς ᾤχετο ἔξω τῆ Πόντυ, ἔχων τὴν ναῦν. ἔτος μὲν ἂν δίκαια ἔπαθεν ὕστερον. ἐν Θράκη γὰρ παρὰ Σεύθη πολυπραγμονῶν τι ἀπέθανεν ὑπὸ Νικάνδρυ τῆ Λακωνικῆ.

ί. Ἔλαβον δὲ καὶ τριακόντορον, ἣ ἐπεσάθη Πολυκράτης Ἀθηναῖος· ὃς ὁπόσα λαμβάνοι πλοῖα, κατῆγεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ τὰ μὲν ἀγώγιμα, ἃ ἐπῆγον, ἐξαιρούμενοι, φύλακας καθίσασαν, ὅπως σῶα εἴη· τοῖς δὲ πλοίοις ἐχρήσαντο εἰς παραγωγήν.

ια'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἦν, ἐπὶ λείαν ἐξήεσαν οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ μὲν ἐνετύγχανον, οἱ δὲ καὶ ἄ. Κλεαίνετος δ' ἐξαγαγὼν καὶ τὸν ἑαυτῆ, καὶ τὸν ἄλλον

mentiam agnoſceret, nihil ſanxit: ſed vrbibus libenter aſſentientibus vt vias ſtruerent perſuaſit. Aiebat enim, milites ſuos citius diſceſſuros, ſi quidem itinera faciliora redderentur.

9. Acceperunt et quinquaginta remorum nauem a Trapezuntiis, cui Dexippum Laconem e Spartae vicinia praeficiebant. Is, neglecta capiendorum nauigiorum cura, cum naui extra Pontum profugit. Verum deinceps iuſto ſupplicio affectus fuit. Nam quum apud Seuthem in Thracia neſcio quid rerum nouarum moliretur, a Nicandro Lacedaemonio eſt interfectus.

10. Acceperunt et aliam triginta remorum nauem, cui Polycrates Athenienſis eſt praefectus. Is quotquot naues caperet, ad caſtra ſubducebat. Poſtea merces, quae illis vehebantur, eximebant milites, et cuſtodes conſtituebant, vt eae ſalvae dominis eſſent: nauigiis ad vectionem vtebantur.

11. Hoc ipſo tempore praedatum exeunt Graeci, quorum alii praeda potiebantur, alii non. Cleaenetus vero, quum et cohortem

ἄλλον λόχον πρὸς χωρίον χαλεπὸν, αὐτός τε ἀπέθανε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ΚΕΦ. β'.

Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐπιτήδεια οὐκέτι ἦν λαμβάνειν, ὥστε ἀπαυθημερίζειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἐκ τούτου λαβὼν ὁ Ξενοφῶν ἡγεμόνας τῶν Τραπεζουντίων, ἐξάγει εἰς Δρίλας τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος, τὸ δὲ ἥμισυ φυλάττειν κατέλιπε τὸ στρατόπεδον. οἱ γὰρ Κόλχοι, ἅτε ἐκπεπληκότες ἐκ τῶν οἰκιῶν, πολλοὶ ἦσαν ἀθρόοι, καὶ ὑπερεκάθηντο ἐπὶ τῶν ἄκρων.

β'. Οἱ δὲ Τραπεζούντιοι, ὁπόθεν μὲν τὰ ἐπιτήδεια ῥᾴδιον ἦν λαβεῖν, οὐκ ἦγον· φίλοι γὰρ αὐτοῖς ἦσαν. εἰς τὰς Δρίλας δὲ προθύμως ἦγον, ὑφ' ὧν κακῶς ἔπασχον, εἰς χωρία τε ὀρεινὰ καὶ δύσβατα, καὶ ἀνθρώπους πολεμικωτάτους τῶν ἐν τῷ Πόντῳ.

γ'. Ἐπεὶ

hortem ſuam, et quandam aliam ad locum difficilem adduxiſſet; non ipſe modo, ſed etiam pleraque militum pars periit.

CAP. II.

Poſteaquam commeatus haberi amplius ita non poterat, vt eodem die milites in caſtra reuerterentur: Xenophon, acceptis ducibus itinerum a Trapezuntiis, dimidiam copiarum partem in Drilas educit, reliquis caſtra cuſtodienda relinquit. Nam Colchi, quod ſedibus ſuis pulſi eſſent, conferti magno numero in verticibus montium conſidebant.

2. Et Trapezuntii non ducebant eos in agros, e quibus commeatum nullo negotio petere licuiſſet: quod illis hominibus amicitia coniuncti eſſent. Aduerſus Drilas perlubenter itineris duces erant, quia laeſi ab ipſis fuerant. Praeterea loca haec erant montuoſa, et acceſſu difficilia: et homines omnium, qui Pontum inhabitant, bellicoſiſſimi.

γ'. Επεὶ δὲ ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ οἱ Ελληνες, ὁποῖα τῶν χωρίων τοῖς Δρίλαις ἁλώσιμα ἐδόκει εἶναι, ἐμπιπράντες ἀπῄεσαν· ᾠδὲν* δὲ ἦν λαβεῖν εἰ μὴ ὗς καὶ βῦς, ἢ ἄλλο τι κτῆνος τὸ πῦρ διαπεφευγός. ἓν δ' ἦν χωρίον, ὃ Μητρόπολις αὐτῶν ἐκαλεῖτο· εἰς τοῦτο πάντες συνερρυήκεσαν· περὶ δὲ τοῦτο ἦν χαράδρα ἰσχυρῶς βαθεῖα, καὶ πρόσοδοι χαλεπαὶ πρὸς τὸ χωρίον.

δ'. Οἱ δὲ πελτασταὶ προτρέχοντες σάδια πέντε ἢ ἓξ τῶν ὁπλιτῶν, διαβάντες τὴν χαράδραν, ὁρῶντες πρόβατα πολλὰ, καὶ ἄλλα χρήματα, προσέβαλλον πρὸς τὸ χωρίον. συνείποντο δὲ καὶ δορυφόροι πολλοὶ, οἱ ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐξωρμημένοι· ὥστε ἐγένοντο οἱ διαβάντες πλείους, ἢ εἰς δισχιλίους ἀνθρώπους.

ε'. Επεὶ δὲ μαχόμενοι οὐκ ἐδύναντο λαβεῖν τὸ χωρίον, (καὶ γὰρ τάφρος ἦν περὶ αὐτὸ εὐρεῖα ἀναβεβλημένη, καὶ σκόλοπες ἐπὶ τῆς ἀναβολῆς, καὶ τύρσεις πολλαὶ ξύλιναι πεποιημέναι) ἀπιέναι ἤδη ἐπεχείρουν· οἱ δὲ ἐπέκειντο αὐτοῖς.

ς'. Ως

3. Drilae poſteaquam Graecos in finibus videre, quaecunque loca poſſe capi ab hoſte putabant, iis incenſis cedebant: neque quidquam haberi poterat, extra ſues, boues, iumenta alia, ſi quae vim ignis effugiſſent. Vnum erat oppidum, quod Metropolim Drilarum appellabant: in id vniuerſi confluxerant. Erat hoc profundo admodum alueo cinctum, et aditus vndique difficiles habebat.

4. Quum autem cetrati ſtadiis quinque vel ſex grauem armaturam curſu praeceſſiſſent, traiecto alueo, et viſa ouium aliarumque rerum magna copia, propius ad oppidum pergunt. Sequebantur hos haſtati multi, qui et ipſi commeatus cauſſa exierant. Itaque omnes, qui tranſierant alueum, duûm millium numerum ſuperabant.

5. Poſteaquam dimicando munitionem capere non poterant, quod et a foſſa lata egeſtaque circumdabatur; et in egeſto aggere ſudes defixerant, et turres ligneas complures excitauerant; iam de diſceſſu cogitabant, quum hoſtes eos a tergo aggrediuntur.

6. Quare

* Al. καὶ ᾠδὲν ἦν etc.

ς'. Ως δ' οὐκ ἐδύναντο ἀπελθεῖν, (ἦν γὰρ ἐφ' ἑνὸς ἡ κατάβασις ἐκ τοῦ χωρίου εἰς τὴν χαράδραν) πέμπουσι πρὸς Ξενοφῶντα, ὃς ἡγεῖτο τοῖς ὁπλίταις. ὁ δ' ἐλθὼν, λέγει ὅτι ἐστὶ χωρίον χρημάτων πολλῶν μεστὸν τοῦτο ὅτε λαβεῖν δυνάμεθα· ἰσχυρὸν γάρ ἐστιν· ὅτε ἀπελθεῖν ῥάδιον· μάχονται γὰρ ἐπεξεληλυθότες, καὶ ἡ ἄφοδος χαλεπή.

ζ'. Ακούσας ταῦτα ὁ Ξενοφῶν, προσαγαγὼν πρὸς τὴν χαράδραν, τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐκέλευε θέσθαι τὰ ὅπλα· αὐτὸς δὲ διαβὰς σὺν τοῖς λοχαγοῖς, ἐσκοπεῖτο πότερον εἴη κρεῖττον ἀπάγειν καὶ τοὺς διαβεβηκότας, ἢ καὶ τοὺς ὁπλίτας διαβιβάζειν, ὡς ἀλόντος ἂν τοῦ χωρίου.

η'. Εδόκει γὰρ τὸ μὲν ἀπάγειν οὐκ εἶναι ἄνευ πολλῶν νεκρῶν, ἑλεῖν δ' ἂν ᾤοντο καὶ οἱ λοχαγοὶ τὸ χωρίον· καὶ ὁ Ξενοφῶν συνεχώρησε, τοῖς ἱεροῖς πιστεύσας. οἱ γὰρ μάντεις ἀποδεδειγμένοι ἦσαν, ὅτι μάχη μὲν εἴη, τὸ δὲ τέλος καλὸν τῆς ἐξόδου.

θ'. Καὶ

6. Quare quum non poſſent abſcedere, (quod vni tantum deſcenſus in alueum ab oppido pateret) ad Xenophontem mittunt, qui grauis armaturae militum dux erat. Nuntius oppidum quoddam ait eſſe, refertum copia rerum variarum: id neque capi ab ipſis poſſe, quod munitum eſſet: neque procliue nobis eſt inde recedere, partim quod in nos egreſſi dimicant, partim quod abſceſſus ſit difficilis.

7. Ea Xenophon quum audiiſſet, ducto ad alueum milite, grauem armaturam ibi iubet in armis conſiſtere: ipſe cum ductoribus cohortium traiicit, ac num eſſet conſultius eos abducere, qui tranſierant, an grauem etiam armaturam ſpe capiundae munitionis traiicere, conſiderabat.

8. Abductio non ſine multorum caede fieri poſſe videbatur, et capi locum poſſe cohortium quoque ductores exiſtimabant. Aſſentiebatur his Xenophon, fretus ſacrificiis. Nam pugnam quidem vates ſignificarant, ſed profectionis tamen finem praeclarum fore.

θ'. Καὶ τὰς μὲν λοχαγὰς πέμπει διαβιβάσοντας τὰς ὁπλίτας, αὐτὸς δ' ἔμενεν ἀναχωρίσας ἅπαντας τὰς πελτασὰς, καὶ ἀδένα εἶα ἀπροβολίζεσθαι. ἐπεὶ δ' ἦκον οἱ ὁπλῖται, ἐκέλευσε τὸν λόχον ἕκαστον ποιῆσαι τῶν λοχαγῶν, ὡς ἂν κράτιστα οἴηται ἀγωνιεῖσθαι. ἦσαν γὰρ οἱ λοχαγοὶ πλησίον ἀλλήλων, οἱ πάντα τὸν χρόνον ἀλλήλοις περὶ ἀνδραγαθίας ἀντεποιοῦντο.

ί. Καὶ οἱ μὲν λοχαγοὶ ταῦτα ἐποίουν· ὁ δὲ τοῖς πελτασαῖς πᾶσι παρήγγελλε διηκυλισμένους ἰέναι, ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, ἀκοντίζειν δεῆσον· καὶ τὰς τοξότας ἐπιβεβλῆθαι ἐπὶ ταῖς νευραῖς, ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, τοξεύειν δεῆσον· καὶ τὰς γυμνῆτας λίθων ἔχειν μεστὰς τὰς διφθέρας. καὶ τὰς ἐπιτηδείους ἔπεμψε τούτων ἐπιμεληθῆναι.

ια'. Ἐπεὶ δὲ πάντα παρεσκεύασο, καὶ οἱ λοχαγοὶ καὶ ὑπολοχαγοὶ, καὶ οἱ ἀξιοῦντες τούτων μὴ χείρους

9. Itaque cohortium ductores mittit, qui grauem armaturam traducerent: ipse subsistebat, et cetratis omnibus vnum in locum collectis, neminem eorum velitatione aduersus hostem vti permittebat. Posteaquam grauis armaturae milites aduenissent, eo modo cohortium ductores singulos instruere cohortem suam iussit, quo se quam optime dimicaturos existimaret. Nam prope a se inuicem aberant illi ductores cohortium, inter quos hoc toto tempore de virtute certamen fuerat.

10. Faciebant imperata praefecti cohortium, quum interea Xenophon cetratos prehensis iaculorum amentis progredi iubet, vt, posteaquam signum ipse dedisset, iacula vibrarent: itidemque sagittarios cum sagittis neruo impositis, vt ipso signum dante sagittas emitterent: velites denique pelles suas lapidibus refertas habere iussit. Misit etiam quosdam idoneos homines, qui, haec vt fierent, curarent.

11. Posteaquam omnia recte comparata erant, et cohortium ductores, et horum legati, et alii,

ρως εἶναι, πάντες παρατεταγμένοι ἦσαν, καὶ ἀλλήλως μὲν συνεώρων· εὐειδὴς γὰρ ἦν ἡ παράταξις διὰ τὸ χωρίον. ἐπεὶ δ' ἐπαιάνισαν, καὶ ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, καὶ ἅμα γε τῷ ἐνυαλίῳ ἠλάλαξαν, καὶ ἔθεον δρόμῳ οἱ ὁπλῖται. καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι ἐκ τῶν χειρῶν λίθοι. ἦσαν δὲ οἱ καὶ πῦρ προσέφερον.

ιβ'. Ὑπὸ δὲ πλήθως τῶν βελῶν ἔλιπον οἱ πολέμιοι τά τε σαυρώματα, καὶ τὰς τύρσεις· ὥστε Ἀγασίας Στυμφάλιος καὶ Φιλόξενος Πελληνεὺς, καταθέμενοι τὰ ὅπλα, ἐν χιτῶνι μόνον ἀνέβησαν, καὶ ἄλλος ἄλλον εἵλκε, καὶ ἄλλος ἀναβεβήκει, καὶ ἡλώκει τὸ χωρίον, ὡς ἐδόκει. καὶ οἱ μὲν πελτασταὶ καὶ οἱ ψιλοὶ εἰσδραμόντες ἥρπαζον ὅ, τι ἕκαστος ἐδύνατο. ὁ δὲ Ξενοφῶν σὰς κατὰ τὰς πύλας, ὁπόσως ἐδύνατο, κατεκώλυσε τῶν ὁπλιτῶν ἔξω. πολέμιοι γὰρ ἄλλοι ἐφαίνοντο ἐπ' ἄκροις τισὶν ἰσχυροῖς.

ιγ'. Οὗ

alii, qui ſe nihilo volebant his deteriores haberi, vniuerſi iam in acie diſpoſiti ſtabant, ſeque mutuo intuebantur. Et erat ſane acies ob loci rationem iucunda ſpectatu. Deinde inchoato paeane, clangenteque tuba, Martium milites clamorem tollunt, ac grauis armaturae pedites curſu in hoſtem tendunt. Simul etiam tela, haſtae, ſagittae, fundarum iacula, quamplurimi e manibus miſſi lapides torquebantur. Ignem quoque nonnulli admouebant.

12. Hoſtes ob telorum multitudinem, et ſepta lignea et turres relinquunt: quo factum, vt Agaſias Stymphalius, et Philoxenus Pellenenſis, poſitis armis, ſola induti tunica aſcenderent, atque alius alium attraheret, quum non nemo iam aſcendiſſet. Ita captum erat oppidum, vti quidem videbatur. Et cetrati cum velitibus irrumpentes curſu, quod quiſque poterat, rapiebant. Xenophon interea ſtabat ad portas, et grauis armaturae milites, quoſcunque poterat, arcebat ingreſſu. Nam hoſtes alii munitis in iugis conſpiciebantur.

ιγ'. Οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ μεταξὺ γενομένῳ, κραυγὴ ἐγίγνετο ἔνδον, καὶ ἔφευγον, οἱ μὲν καὶ ἔχοντες ἃ ἔλαβον, τάχα δέ τις καὶ τετρωμένος· καὶ πολὺς ἦν ὠθισμὸς ἀμφὶ τὰ θύρετρα. καὶ ἐρωτώμενοι οἱ ἐκπίπτοντες, ἔλεγον, ὅτι ἄκρα τις ἐστὶν ἔνδον, καὶ οἱ πολέμιοι πολλοὶ, οἳ παίουσιν ἐκδεδραμηκότες τοὺς ἔνδον ἀνθρώπους.

ιδ'. Ἐνταῦθα ἀνειπεῖν ἐκέλευσε Τολμίδην τὸν κήρυκα, ἰέναι εἴσω τὸν βουλόμενον τι λαμβάνειν. καὶ ἐφέροντο εἴσω πολλοὶ, καὶ νικῶσι τοὺς ἐκπίπτοντας οἱ εἴσω ὠθούμενοι, καὶ κατακλείουσι τοὺς πολεμίους πάλιν εἰς τὴν ἄκραν. καὶ τὰ μὲν ἔξω τῆς ἄκρας πάντα διηρπάσθη καὶ ἐξεκομίσαντο οἱ Ἕλληνες· οἱ δ' ὁπλῖται ἔθεντο τὰ ὅπλα, οἱ μὲν περὶ τὸ σαύρωμα, οἱ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὴν ἄκραν φέρουσαν.

ιε'. Ὁ δὲ Ξενοφῶν καὶ οἱ λοχαγοὶ ἐσκόπουν, εἰ οἷόν τ' εἴη τὴν ἄκραν λαβεῖν. ἦν γὰρ ὕπερ σωτηρία

13. Nec magno interiecto temporis ſpatio, clamor intus extitit, fugientibus aliis cum iis rebus, quas ceperant, nonnullis etiam vulneratis: adeoque magnus ad portas protrudentium ſeſe impetus erat. Qui elabebantur interrogati, aiebant arcem quandam interiorem eſſe, ac magnam hoſtium multitudinem, quae, excurſione facta, milites ingreſſos caederet.

14. Heic Xenophon proclamare Tolmidem praeconem iuſſit, vt, quicunque ſpoliorum aliquid capere vellet, ingrederetur. Tum vero permulti cum impetu irruebant, eoque factum, vt qui alios propellendo intro tenderent, erumpentes ex arce ſuperarent. Ita rurſus hoſtes ab eis in arcem concluduntur, diripientibus Graecis, ac ſecum exportantibus omnia, quaecunque extra arcem reperiebantur. Grauis autem armaturae milites partim ad oppidi ſeptum, partim ad viam illam, quae tendebat in arcem, (*in armis*) ſubſiſtebant.

15. Interea Xenophon cum ductoribus cohortium conſiderabat, ecqua ratione capi arx poſſet.

ρία ἀσφαλής· ἄλλως δὲ παγχάλεπον ἐδόκει εἶναι ἀπελθεῖν. σκοπουμένοις δ' αὐτοῖς ἔδοξε παντάπασιν ἀνάλωτον εἶναι τὸ χωρίον. ἐνταῦθα παρεσκευάζοντο τὴν ἄφοδον, καὶ τὰς μὲν σαυρὰς ἕκαστοι τὰς καθ' αὑτὰς διήρουν, καὶ τὰς * ἀχρείους ἐφ' ἁρπαγὰς ἐξέπεμπον, καὶ τῶν ὁπλιτῶν τὸ πλῆθος· κατέλιπον δὲ οἱ λοχαγοὶ οἷς ἕκαστος ἐπίστευεν.

ις'. Ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο ἀποχωρεῖν, ἐπεξίθεον ἔνδοθεν πολλοὶ, γέρρα καὶ λόγχας ἔχοντες, καὶ κνημῖδας, καὶ κράνη Παφλαγονικά· καὶ ἄλλοι ἐπὶ τὰς οἰκίας ἀνέβαινον τὰς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς εἰς τὴν ἄκραν φερούσης ὁδοῦ· ὥστ' οὐδὲ διώκειν ἀσφαλὲς ἦν αὐτοὺς κατὰ τὰς πύλας τὰς εἰς τὴν ἄκραν φερούσας. καὶ γὰρ ξύλα μεγάλα ἐπερρίπτουν ἄνωθεν, ὥστε χαλεπὸν ἦν καὶ μένειν καὶ ἀπιέναι· καὶ ἡ νὺξ φοβερὰ ἦν ἐπιοῦσα.

ιζ'. Μαχομένων δ' αὐτῶν καὶ ἀπορουμένων, θεῶν τις

posset. Nam ita si fieret, salutem certam consequuturi erant: caeteroqui per futurus difficilis absessus videbatur. Hac in consideratione dum versarentur, visum est eum locum plane capi non posse. Quapropter ad discessum sese parabant, ac singuli palos sibi proximos diruebant, emissis inutilibus, vt praedas agerent, cum grauis armaturae maxima parte: retinentibus penes se cohortium ductoribus eos, quibus quisque fidebat.

16. Posteaquam abscedere coeperunt, complures in eos ex arce irruebant, scutis et hastis, et tibiarum tegumentis, et galeis Paphlagonicis armati. Horum alii domos conscendebant ex vtraque viae parte sitas, quae ad arcem tendebat. Quo factum, vt tutum non esset eos ad portas in arcem ducentes persequi. Quippe tigna ingentia de superioribus locis deiiciebant, vt par esset in manendo et discedendo difficultas; praesertim quod nox etiam formidinem augeret, quae tum ingruebat.

17. Hoc modo pugnantibus, et quasdam ad angustias redactis,

* Al. τὰς φορτίκ ἄγοντας, al. καὶ τὰς ἀχρείους καὶ φορτία ἔχοντας ἐξεπέμπεντο etc.

τις αὐτοῖς μηχανὴν σωτηρίας δίδωσιν. ἐξαπίνης γὰρ ἀνέλαμψεν οἰκία τῶν ἐν δεξιᾷ, ὅτῳδὴ ἀνάψαντος. ὡς δ' αὐτὴ συνέπιπλεν, ἔφευγον οἱ ἀπὸ τῶν ἐν δεξιᾷ οἰκιῶν. ὡς δ' ἔμαθεν ὁ Ξενοφῶν τῦτο παρὰ τῆς τύχης, ἀνάπλειν ἐκέλευε καὶ τὰς ἐν ἀριστερᾷ οἰκίας. αἱ δὲ, ξύλιναι ἦσαν· ὥστε καὶ ταχὺ ἐκαίοντο. ἔφευγον δ' ἂν καὶ οἱ ἀπὸ τύτων τῶν οἰκιῶν.

ιή. Οἱ δὲ κατὰ στόμα δὴ ἔτι μόνοι ἐλύπων, καὶ δῆλοι ἦσαν ὅτι ἐπιμείσονται ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τε καὶ καταβάσει. ἐνταῦθα παραγγέλλει φορεῖν ξύλα, ὅσοι ἐτύγχανον ἔξω ὄντες τῶν βελῶν, εἰς τὸ μέσον ἑαυτῶν καὶ τῶν πολεμίων. ἐπεὶ δὲ ἱκανὰ ἤδη ἦν, ἐνῆψαν. ἐνῆπλον δὲ καὶ τὰς παρ' αὐτὸ τὸ χαράκωμα οἰκίας, ὅπως οἱ πολέμιοι ἀμφὶ ταῦτα ἔχοιεν.

ιθ'. Οὕτω μόλις ἀπῆλθον ἀπὸ τῦ χωρίυ, πῦρ ἐν μέσῳ ἑαυτῶν καὶ τῶν πολεμίων ποιησάμενοι. καὶ κατεκαύθη πᾶσα ἡ πόλις, καὶ αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ τύρσεις,

ctis, Deus quiſpiam ſalutis apiſcendae rationem offert. Nam ſubito quaedam ad dextram ſita domus exarſit, incertum cuius opera ſuccenſa. Haec poſteaquam collapſa eſt, qui erant in aedibus ad dextram ſitis, diffugiunt. Illud vbi Xenophon ex re fortuita animadvertiſſet, etiam ſuccendi ſitas ad ſiniſtram domos iubet. Eae quod eſſent ligneae, celeriter exurebantur. Itaque hoſtes, qui has occuparant, et ipſi fuga dilabebantur.

18. Soli iam moleſti erant illi, quos habebant a fronte. Nam perſpici palam poterat, futurum, vt hi Graecis exeuntibus, ac deſcenſuris a tergo incumberent. Heic Xenophon eis, quotquot extra telorum ictus erant, mandat, vt ligna, loco inter ipſos et hoſtes medio, comportarent. Ea quum ſatis multa iam congeſta eſſent, ſuccenſa ſunt. Etiam proximis vallo aedibus ignem iniiciebant, vt his rebus hoſtes diſtinerentur.

19. Ita vix tandem ex hoc loco euadebant, igne inter ipſos et hoſtes excitato: quo et oppidum vniuerſum cum aedibus, turribus,

τύρσεις, καὶ τὰ σαυρώματα, καὶ τἆλλα πάντα πλὴν τῆς ἄκρας.

ΚΕΦ. γ'.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπῆσαν οἱ Ἕλληνες, ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια. ἐπεὶ δὲ τὴν κατάβασιν ἐφοβοῦντο τὴν εἰς Τραπεζοῦντα, (στενὴς γὰρ ἦν καὶ σκληρὰ) ψευδενέδραν ἐποιήσαντο. καὶ ἀνὴρ Μυσὸς τὸ γένος, καὶ τοὔνομα τοῦτο ἔχων, τῶν Κρητῶν λαβὼν * τέτταρας ἢ πέντε, ἔμενεν ἐν λασίῳ χωρίῳ, καὶ προσεποιεῖτο τοὺς πολεμίους πειρᾶσθαι λανθάνειν. αἱ δὲ πέλται αὐτῶν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ διεφαίνοντο, χαλκαῖ οὖσαι. οἱ μὲν οὖν πολέμιοι, ταῦτα διορῶντες, ἐφοβοῦντο ὡς ἐνέδραν οὖσαν· ἡ δὲ στρατιὰ ἐν τούτῳ κατέβαινεν.

β'. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει ἱκανὸν ἤδη ὑπεληλυθέναι τῷ Μυσῷ, ἐσήμηνε φεύγειν ἀνὰ κράτος. καὶ ὃς ἐξαναστὰς φεύγει, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι Κρῆτες (ἀλίσκεσθαι

turribus, ſeptis, rebuſque caeteris omnibus, arce ſola excepta, conflagrauit.

CAP. III.

Poſtridie Graeci cum commeatu diſcedunt. Sed quia ſibi a deſcenſu verſus Trapezuntem metuebant, (quod et praeceps et anguſtus eſſet,) fictis inſidiis hoſtem aggrediuntur. Myſus quidam et patria et nomine, ſecum aſſumtis quatuor aut quinque Cretenſibus, in loco ex arboribus denſo ſubſidebat, ac dare ſe operam ſimulabat, vt iſtic clam hoſtibus eſſet. Horum peltae, quae eſſent aereae, ab hac atque illa parte dilucebant. Quae quum hoſtes perſpicerent, tanquam inſidiae iſtic laterent, metuebant ſibi: deſcendente interea exercitu noſtro.

2. Eum Myſus vbi ſatis iam longe proceſſiſſe putabat, ſignum ſuis dabat, vt quantis poſſent viribus fugerent. Itaque conſurgens cum aliis, quos ſecum habebat, fugam arripit. Cretenſes caeteri, quod futurum

* Al. ἔλιπε, ἔμενον.

θαι γὰρ ἔφασαν τῷ δρόμῳ) ἐκπεσόντες ἐκ τῆς ὁδοῦ, εἰς ὕλην κατὰ τὰς νάπας κυλινδούμενοι ἐσώθησαν· ὁ Μυσὸς δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν φεύγων, ἐβόα βοηθεῖν· καὶ ἐβοήθησαν αὐτῷ, καὶ ἀνέλαβον τετρωμένον. καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρησαν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες, καὶ ἀντιτοξεύοντές τινες τῶν Κρητῶν. ὅτως ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, πάντες σῶοι ὄντες.

γ'. Ἐπεὶ δὲ οὔτε ὁ Χειρίσοφος ἦκεν, οὔτε πλοῖα ἱκανὰ ἦν, οὔτε ἐπιτήδεια ἦν λαμβάνειν ἔτι, ἐδόκει ἀπιτέον εἶναι. καὶ ἐς μὲν τὰ πλοῖα τούς τε ἀσθενοῦντας ἐνεβίβασαν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ τῶν σκευῶν ὅσα μὴ ἀνάγκη ἦν ἔχειν· καὶ Φιλήσιον καὶ Σοφαίνετον τοὺς πρεσβυτάτους τῶν στρατηγῶν εἰσβιβάσαντες, τούτων ἐκέλευον ἐπιμελεῖσθαι· οἱ δὲ ἄλλοι ἐπορεύοντο· ἡ δὲ ὁδὸς ὡδοποιημένη ἦν.

δ'. Καὶ ἀφικνοῦνται πορευόμενοι εἰς Κερασοῦντα τριταῖοι, πόλιν

futurum fuiſſe dicerent, vt curſu victi caperentur; de via ſe proripientes in ſyluam, perque ſaltus deuoluti, ſaluti ſuae conſuluerunt. Myſus in ipſa via fugiebat, et clamando ſuorum opem implorabat. Ferebant illi auxilium, ac vulneratum recipiebant. Quumque ii etiam, opem qui tulerant, iaculis petereutur, cedendo pedem referebant; nonnullis Cretenſibus in hoſtem ſagittas viciſſim eiaculantibus. Ita factum, vt omnes ſalui et incolumes ad caſtra reuerterentur.

3. Et quia neque Cheriſophus redibat, neque nauium ſatis magna erat copia, neque capi alicunde commeatus deinceps poterat; viſum eſt, diſcedendum eſſe. Quapropter in nauigia, laborantes aduerſa valetudine, cum iis qui annum quadrageſimum exceſſerant, itemque pueros, mulierculas, vaſa, quorum vſus neceſſarius non erat, imponunt: commiſſa horum cura Phileſio et Sophaeneto, quos eadem in nauigia impoſuerant, et qui maximi natu inter praetores erant. Caeteri pedites iter faciebant, iampridem commode munita via.

4. Quum triduum totum proficiſcendo conſumſiſſent, Cerafuntem veniunt. Id oppidum Graecum

πόλιν Ελληνίδα, ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, Σινωπέων ἄποικον, ἐν τῇ Κολχίδι χώρᾳ. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας δέκα· καὶ ἐξέτασις ἐν τοῖς ὅπλοις γίγνεται καὶ ἀριθμὸς, καὶ ἐγένοντο ἀκτακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι. οὗτοι ἐσώθησαν ἐκ τῶν ἀμφὶ τὰς μυρίας. οἱ δὲ ἄλλοι ἀπώλοντο ὑπό τε πολεμίων, καὶ χιόνος, καὶ εἴ τις νόσῳ.

ε'. Ενταῦθα διαλαμβάνουσι τὸ* διὰ τῶν αἰχμαλώτων γενόμενον ἀργύριον· καὶ τὴν δεκάτην, ἣν τῷ Απόλλωνι ἐξεῖλεν, καὶ τῇ Εφεσίᾳ Αρτέμιδι, διέλαβον οἱ στρατηγοὶ, τὸ μέρος ἕκαστος φυλάττειν τοῖς Θεοῖς. ἀντὶ δὲ Χειρισόφου Νέων ὁ Ασιναῖος ἔλαβε.

ς'. Ξενοφῶν ὧν τὸ μὲν τοῦ Απόλλωνος ἀνάθημα ποιησάμενος, ἀνατίθησιν εἰς τὸν ἐν Δελφοῖς τῶν Αθηναίων θησαυρὸν, καὶ ἐπέγραψε τό, τε αὐτοῦ ὄνομα, καὶ τοῦ Προξένου, ὃς συν Κλεάρχῳ ἀπέθανε· ξένος γὰρ ἦν αὐτοῦ.

ζ'. Τὸ δὲ τῆς Αρτέμιδος τῆς Εφεσίας, ὅτε ἀπῄει σὺν Αγησιλάῳ ἐκ τῆς Ασίας τὴν εἰς Βοιωτοὺς ὁδὸν, κατέλιπε παρὰ

Graecum eſt, ad mare ſitum, Sinopenſium in Colchide colonia. Dies heic decem ſubſitere, quibus inſtituta luſtratione, cenſa ſunt militum octo millia, ſexcenti. Hi ex CCCIↃↃ fere, ſalui euaſerant: quum reliqui partim per hoſtiles incurſiones, partim a niuibus, partim etiam morbo conſumti periiſſent.

5. Ibidem pecuniam, quam ex captiuis redegerant, partiuntur: atque etiam decumam, quam Apollini et Epheſiae Dianae exemerant, ita duces diſtribuunt, vt quilibet ipſorum hiſce Diis aliquam partem eius aſſeruaret. Cheriſophi loco Neoni Aſinenſi pars vna tradita eſt.

6. Xenophon quum donarium Apollini conſeciſſet, in theſaurum illud Athenienſium, qui Delphis eſt, conſecratum repoſuit: quum et ſuum, et Proxeni hoſpitis ſui, qui cum Clearcho occubuerat, nomen inſcripſiſſet.

7. Quod vero Dianae dedicatum erat, id, quo tempore cum Ageſilao ex Aſia in Boeotiam proficiſcebatur, apud Megaby-

zum

* Al. τὸ ἀπὸ τῶν αἰχ.

παρὰ Μεγαβύζῳ τῷ τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρῳ, ὅτι αὐτὸς κινδυνεύσων ἐδόκει ἰέναι μετὰ Ἀγησιλάου ἐν Κορωνείᾳ. καὶ ἐπέστειλεν, ἢν μὲν αὐτὸς σωθῇ, ἑαυτῷ ἀποδοῦναι· εἰ δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι, ποιησάμενον τῇ Ἀρτέμιδι, ὅ, τι οἴοιτο χαριεῖσθαι τῇ Θεῷ.

η'. Ἐπεὶ δ' ἔφυγε Ξενοφῶν, κατοικοῦντος ἤδη αὐτοῦ ἐν Σκιλλοῦντι, ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων οἰκισθέντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν, ἀφικνεῖται Μεγάβυζος εἰς Ὀλυμπίαν, θεωρήσων, καὶ ἀποδιδοῖ τὴν παρακαταθήκην αὐτῷ. Ξενοφῶν δὲ λαβὼν, χωρίον ὠνεῖται τῇ Θεῷ, ὅπου ἀνεῖλεν ὁ Θεός.

θ'. Ἔτυχε δὲ διαῤῥέων διὰ τοῦ χωρίου ποταμὸς Σελλήνους. καὶ ἐν Ἐφέσῳ δὲ παρὰ τὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος νεὼν Σελλήνους ποταμὸς παραῤῥεῖ, καὶ ἰχθύες τε ἐν ἀμφοτέροις εἰσὶ, καὶ κόγχαι. ἐν δὲ τῷ * Σκιλλοῦντι χωρίῳ καὶ θῆραι πάντων, ὁπόσα ἐστὶν ἀγρευόμενα θηρία.

ι. Ἐποίησε

zum aedituum Dianae reliquit. Videbatur enim illo itinere aleam proelii cum Ageſilao apud Coroneam ſubiturus. Itaque mandatum dedit, in hanc ſententiam: Si ſaluus ipſe euaſiſſet e proelio, reſtituendam ſibi eſſe pecuniam ſacram: ſin aliquid humanitus ei accideret, Megabyzus illam Dianae dedicaret, confecto donario, quod Deae gratiſſimum fore arbitraretur.

8. Poſtea vero, quum eſſet in exilio Xenophon, ac iam Sciluntae habitaret, quod oppidum a Lacedaemoniis propter Olympiam conditum erat; venit ad Olympiam ſpectandi gratia Megabyzus, ac depoſitum Xenophonti reſtituit. Eo recepto Xenophon, agrum illo loco Deae mercatus eſt, qui Apollinis oraculo demonſtratus erat.

9. Perlabitur eum agrum Sellenus amnis. Itidem apud Epheſum propter aedem Dianae Epheſiae Sellenus fluuius praeterfluit. Vterque piſces habet, et conchas. Praeter haec in eo, qui ad Sciluntem eſt, agro, venari feras omnes, quaecunque indagando capiuntur, licet.

10. Tem-

* Al. ἐν δὲ τῷ ἐν Σκιλλοῦντι etc.

ί. Εποίησε δὲ καὶ ναὸν, καὶ βωμὸν, ἀπὸ τῆ ἱερῆ ἀργυρίε· καὶ τολοιπὸν ἀεὶ δεκατεύων τὰ ἐκ τῆ ἀγρῆ ὡραῖα, θυσίαν ἐποίει τῇ Θεῷ. καὶ πάντες οἱ πολῖται καὶ οἱ πρόσχωροι ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετεῖχον τῆς ἑορτῆς. παρέχει δὲ ἡ Θεὸς τοῖς σκηνῆσιν ἄλφιτα, ἄρτος, οἶνον, ἀργύρια, τραγήματα, καὶ τῶν θυομένων ἀπὸ τῆς ἱερᾶς νομῆς λάχος, καὶ τῶν θηρευομένων δέ.

ια'. Καὶ γὰρ θήραν ἐποιοῦντο εἰς τὴν ἑορτὴν οἵ τε Ξενοφῶντος παῖδες, καὶ οἱ τῶν ἄλλων πολιτῶν. οἱ δὲ βυλόμενοι καὶ ἄνδρες συνεθήρων, καὶ ἠλίσκετο τὰ μὲν ἐξ αὐτῆ τῆ ἱερῆ χωρίε, τὰ δὲ ἐκ τῆς Φολόης, σύες καὶ δορκάδες καὶ ἔλαφοι.

ιβ'. Εσι δὲ ὁ τόπος, ᾗ ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ολυμπίαν πορεύονται, ὡς εἴκοσι σαδίοι ἀπὸ τῆ ἐν Ολυμπίᾳ Διὸς ἱερῆ. ἔνι δ' ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ * καὶ ἄλση καὶ ὄρη δένδρων μεσὰ, ἱκανὰ καὶ σῦς καὶ αἶγας καὶ ὄις τρέφειν, καὶ ἵππος, ὥσε καὶ τὰ τῶν εἰς τὴν ἑορτὴν ἰόντων ὑποζύγια

10. Templum etiam, cum ara, de pecunia ſacra extruxit, ac poſt id temporis ſemper conſecratis fructuum agri decumis, ſacrum Deae faciebat. Earum feriarum et municipes, et finitimi, tam viri quam foeminae, participes erant. Et ſubminiſtrat iis Dea, qui agitant conuiuia, farinas cum panibus, vino, pecunia, bellariis; praeterea partem eorum, quae vel e paſcuis ſacris mactantur, vel venando capiuntur.

11. Xenophontis enim, et caeterorum municipum filii ad celebritatem hanc venationem inſtituebant: quibus etiam viri ſe in venando adiungebant, qui vellent. Itaque partim ex agro ſacro, partim ex Pholoe apri, capreae, cerui capiebantur.

12. Locus ipſe, qua in Olympiam Lacedaemone itur, ad ſtadia viginti a Iouis Olympii ſano abeſt. Idem et nemora complectitur, et montes refertos arboribus; vt in eis et ſues, et caprae, et oues, et equi ſatis paſtus habeant: quo fit, vt eorum, qui ad celebritatem hanc ſe conferunt, etiam iumenta

* Al. ἱερῷ καὶ λειμὼν καὶ ὕλη etc.

ζύγια εὐωχεῖσθαι. περὶ δ' αὐτὸν τὸν νεὼν ἄλσος ἡμέρων δένδρων ἐφυτεύθη, ὅσα ἐστὶ τρωκτὰ, ὡραῖα.

ιγ'. Ὁ δὲ νεὼς, ὡς μικρὸς μεγάλῳ, τῷ ἐν Ἐφέσῳ εἴκασαι, καὶ τὸ ξόανον ἔοικεν, ὡς κυπαρίσσινον χρυσῷ ὄντι, τῷ ἐν Ἐφέσῳ. καὶ στήλη ἕστηκε παρὰ τὸν νεὼν γράμματα ἔχουσα, ΙΕΡΟΣ Ο ΧΩΡΟΣ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. τὸν δὲ ἔχοντα καὶ καρπούμενον, τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστου ἔτους, ἐκ δὲ τοῦ περιτοῦ τὸν νεὼν ἐπισκευάζειν· ἐὰν δέ τις μὴ ποιῇ ταῦτα, τῇ Θεῷ μελήσει.

ΚΕΦ. δ'.

Ἐκ Κερασοῦντος δὲ κατὰ θάλατταν μὲν ἐκομίζοντο οἵπερ καὶ πρόσθεν, οἱ δ' ἄλλοι κατὰ γῆν ἐπορεύοντο. ἐπεὶ δ' ἦσαν ἐπὶ τοῖς Μοσυνοίκων ὁρίοις, πέμπουσιν εἰς αὐτοὺς Τιμησίθεον τὸν Τραπεζούντιον, πρόξενον ὄντα τῶν Μοσυνοίκων, ἐρωτῶντες, πότερον ὡς διὰ φιλίας ἢ ὡς διὰ πολεμίας

ta abunde ſatientur. Propter ſanum lucus eſt, hortenſibus arboribus conſitus, in quo erant omnia, quaecunque, poſteaquam maturuerunt, eſculenta ſunt.

13. Fanum ipſum, vt parvum magni, ſimilitudinem Epheſini refert: itemque ſimulacrum, vt cupreſſinum aureo, Epheſino ſimile eſt. Propter fanum pila erecta, quae has litteras continet: FVNDVS DIANAE SACER. Hoc qui poſſeſſor fruitur, quotannis conſecrato decumam; de reliquo fanum ſartum tectum conſeruato. Si quis non fecerit, Dea vindex eſto.

CAP. IV.

Poſt haec a Ceraſunte, mari quidem ii, qui prius, vehebantur: caeteri terreſtri itinere pergebant. Poſteaquam Moſynoecorum fines attigiſſent, Timeſitheum Trapezuntium ad eos mittunt, qui erat Moſynoecorum hoſpes. Per hunc interrogant, vtrum tanquam per pacatum, an hoſtilem agrum iter Graecis faciendum

λεμίας πορεύσονται τῆς χώρας. οἱ δ' εἶπον, ὅτι ἀ διοίσειεν ἐπίστευον γὰρ τοῖς χωρίοις.

β'. Ἐντεῦθεν λέγει Τιμησίθεος ὅτι πολέμιοί εἰσιν αὐτοῖς οἱ ἐκ τᾶ ἐπέκεινα. καὶ ἐδόκει καλέσαι ἐκείνους, εἰ βούλοιντο συμμαχίαν ποιήσασθαι. καὶ πεμφθεὶς ὁ Τιμησίθεος ἦλεν ἄγων τὼς ἄρχοντας. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο, συνῆλθον οἵ τε τῶν Μοσυνοίκων ἄρχοντες καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἑλλήνων. καὶ ἔλεγε μὲν Ξενοφῶν, ἡρμήνευε δὲ Τιμησίθεος.

γ'. "Ω ἄνδρες Μοσύνοικοι, ἡμεῖς διελθεῖν βούλομεθα εἰς τὴν Ἑλλάδα πεζῇ· πλοῖα γὰρ οὐκ ἔχομεν· κωλύουσι δὲ ἤτοι ἡμᾶς, ὡς ἀκούομεν ὑμῖν πολέμιοι εἶναι. εἰ οὖν βούλεσθε, ἔξεστιν ὑμῖν ἡμᾶς λαβεῖν συμμάχους, καὶ τιμωρήσασθαι εἴ τι πώποθ' ὑμᾶς ἤτοι ἠδίκησαν, καὶ τοὐπίσω ὑμῶν ὑπηκόους εἶναι τούτους. εἰ δὲ ἡμᾶς ἀφήσετε, σκέψασθε πόθεν αὖθις ἂν τοσαύτην δύναμιν λάβοιτε σύμμαχον." πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο ὁ ἄρχων τῶν Μοσυνοίκων,

ciendum esset. Illi, quod munitionibus locorum fiderent, sibi perinde fore respondent.

2. Tum Timesitheus narrat, esse his hostes illos, qui vlterius habitarent. Quare visum est, hos esse de ineunda societate belli appellandos. Missus est igitur ad eos Timesitheus, qui cum magistratibus gentis rediit. Posteaquam aduenissent, ac iam tum Mosynoecorum magistratus, tum Graecorum praetores congressi essent; Xenophon hanc orationem habuit, interpretante ipsius verba Timesitheo.

3. Cupimus nos, Mosynoeci, pedestri itinere Graeciam petere, quum a nauigiis destituamur. Verum impedimur ab iis, quos vobiscum inimicitias exercere audimus. Quapropter, si voletis, licet iam vobis nos socios adiungere, iniurias, quibus vnquam vos illi affecerunt, vlcisci: efficere denique, vt in posterum vestro illi imperio pareant. Quod si nos dimiseritis, circumspicite tandem, vnde tantum exercitum accepturi sitis, qui vobis opituletur. Ad ea qui summum apud Mosynoecos magistra-

συνοίκων, ὅτι καὶ βέλτιστο ταῦτα, καὶ δέχοιτο τὴν συμμαχίαν.

δ'. "Αγετε δὴ, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι, ἂν σύμμαχοι ὑμῶν γενώμεθα; καὶ ὑμεῖς ποῖοί* τε ἔσεσθε ἡμῖν συμπρᾶξαι περὶ τῆς διόδου;" οἱ δ' εἶπον, ὅτι ἱκανοὶ ἐσμὲν εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλειν, ἐκ τῆ ἐπὶ θάτερα, τὴν τῶν ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν πολεμίων, καὶ δεῦρο ὑμῖν πέμψαι ναῦς τε καὶ ἄνδρας, οἵτινες ὑμῖν συμμαχῆνταί τε, καὶ τὴν ὁδὸν ἡγήσονται.

ε'. Ἐπὶ τοιούτοις** πίστα δόντες, καὶ λαβόντες, ὤχοντο· καὶ ἦκον τῇ ὑστεραίᾳ ἄγοντες τριακόσια πλοῖα μονόξυλα, καὶ ἐν ἑκάστῳ τρεῖς ἄνδρας, ὧν οἱ μὲν δύο ἐκβάντες, εἰς τάξιν ἔθεντο τὰ ὅπλα· ὁ δὲ εἷς ἔμενε. καὶ οἱ μὲν, λαβόντες τὰ πλοῖα, ἀπέπλευσαν· οἱ δὲ μένοντες ἐξετάξαντο ἧτως.

ς'. Ἐσησαν ὥσπερ, ἀνὰ ἑκατὸν μάλιστα, οἱ χορὶ, ἀντισοιχοῦντες ἀλλήλοις, ἔχοντες γέρρα πάντες λευκῶν βοῶν δασέα,

tum gerebat, ita respondit: vt significaret, et velle se haec, et societatem admittere.

4. Tum Xenophon: Agite vero, ait, quanam in re nostra vobis opus erit opera, si vobiscum belli societatem ineamus? itidem vos quid adiumenti nobis afferre poteritis ad hoc, vt transitus nobis concedatur? Nobis, inquiunt, virium satis est ad invadendum ab altera parte illorum agrum, quos hostes communes habemus: ac nihilo sequius huc ad vos tum naues, tum milites mittemus, qui et auxilio vobis sint, et viam commonstrent.

5. His conditionibus quum vtrinque data et accepta fides esset, ad suos abiere. Postridie cum trecentis lintribus aderant, quibus singulis terni homines continebantur. Ex his duo de lintribus egressi, ad Graecorum aciem se adiungebant: vnus in nauigio manebat. Itaque sumtis lintribus, abnauigarunt: reliqui se hoc modo in aciem disposuerunt.

6. Stabant centuriatim tanquam chori, oppositis sibi seriebus, omnes instructi densis scutis, ex alborum boum coriis, hederae

* Al. καὶ ὑμεῖς τί οἷοί τε.

** Al. ἐπὶ τούτοις.

δασέα, εἰκασμένα κιτ]ῶ πετάλῳ· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ παλτὸν ὡς ἐξάπηχυ, ἔμπροσθεν μὲν λόγχην ἔχον, ὄπισθεν δὲ αὐτῷ τῷ ξύλῳ σφαιροειδές. χιτωνίσκους δὲ ἐνεδεδύκεσαν ὑπὲρ γονάτων, πάχος ὡς λινοῦ στρωματοδέσμου. ἐπὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κράνη σκύτινα, οἷά περ τὰ Παφλαγονικά, κρώβυλον ἔχοντα κατὰ μέσον ἐγγυτάτω τιαροειδῆ. εἶχον δὲ καὶ σαγάρεις σιδηρᾶς.

ζ'. Ἐντεῦθεν ἐξῆρχε μὲν αὐτῶν εἷς, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ᾄδοντες ἐπορεύοντο ἐν ῥυθμῷ, καὶ διελθόντες διὰ τῶν τάξεων, καὶ διὰ τῶν ὅπλων τῶν Ἑλλήνων, ἐπορεύοντο εὐθὺς πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐπὶ χωρίον, ὃ ἐδόκει ἐπιμαχώτατον εἶναι. ἔκειτο δὲ τοῦτο πρὸ τῆς πόλεως, τῆς Μητροπόλεως καλουμένης αὐτοῖς, καὶ ἐχούσης τὸ ἀκρότατον τῶν Μοσυνοίκων. καὶ περὶ τούτου ὁ πόλεμος ἦν. οἱ γὰρ ἀεὶ τοῦτ' ἔχοντες ἐδόκουν ἐγκρατεῖς πάντων Μοσυνοίκων εἶναι. καὶ ἔφασαν τούτους ὀ δικαίως

hederae folii forma: dextra ſex cubitûm tragulam tenebant: cuius anterior pars cuſpidem habebat, poſterior formam ligni pilarem. Tunicis ſupra genua induti erant, quarum erat ea craſſities, quae lineae faſciae, qua ſtragula veſtis conſtringitur. In capite coriaceas galeas, Paphlagonicis conſimiles geſtabant: quarum in medio ſpira tortilis erat, quam proxime tiarae formam referens. Habebant et ſecures ferreas.

7. Poſthaec quum vnus ex eis praecinuiſſet, caeteri omnes cum cantu incedebant ad numerum; perque Graecorum ordines et armatos progreſſi, recta tendebant in hoſtem, ad caſtellum, quod expugnari facillime poſſe videbatur. Situm hoc erat ante oppidum, quod ipſi Metropolim appellabant, et in quo erat imperii quaſi arx, de qua bellum inter ipſos gerebatur. Nam quolibet tempore, qui ea potirentur, ii ſe Moſynoecos vniverſos in officio et poteſtate ſua retinere poſſe arbitrabantur. Atque hoc aiebant Graecorum ſocii ab hoſti-

καίως ἔχειν τοῦτο, ἀλλὰ κοινὸν ὂν καταλαβόντας πλεονεκτεῖν.

η'. Εἵποντο δ' αὐτοῖς καὶ τῶν Ελλήνων τινὲς, ὑ ταχθέντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ἀλλ' ἁρπαγῆς ἕνεκεν. οἱ δὲ πολέμιοι, προσϊόντων, τέως μὲν ἡσύχαζον· ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἐγένοντο τῆ χωρίᾳ, ἐκδραμόντες τρέπονται αὐτὺς, καὶ ἀπέκλεισαν συχνὺς τῶν βαρβάρων, καὶ τῶν συναναβάντων Ελλήνων τινάς· καὶ ἐδίωκον, μέχρις ὃ εἶδον τὺς Ελληνας βοηθοῦντας. εἶτα δὲ ἐκτραπόμενοι ὤχοντο καὶ ἀποτεμόντες τὰς κεφαλὰς τῶν νεκρῶν, ἐπεδείκνυσαν τοῖς τε Ελλησι καὶ τοῖς ἑαυτῶν πολεμίοις· καὶ ἅμα ἐχόρευον, νόμῳ τινὶ ᾄδοντες.

θ'. Οἱ δ' Ελληνες μάλα ἤχθοντο, ὅτι τύς τε πολεμίυς ἐπεποιήκεσαν θρασυτέρυς, καὶ ὅτι οἱ ἐλθόντες Ελληνες σὺν αὐτοῖς ἐπεφεύγεσαν, μάλ' ὄντες συχνοί· ὃ ὅπω πρόσθεν ἐπεποιήκεσαν ἐν τῇ στρατείᾳ. Ξενοφῶν δὲ συγκαλέσας τὺς Ελληνας, εἶπεν·

ί. Av-

bus nullo iure teneri, qui eo, quod communitatis eſſet, occupato, aliena vſurparent.

8. Sequebantur hos Graeci quidam, non ex ducum imperio, ſed praedae cauſa. Hoſtes accedentibus noſtris, primum quieſcebant. Quum autem prope a caſtello abeſſent, excurſione facta, in fugam eos vertunt, ac barbarorum complures; Graecorum, qui eum eis aſcenderant, nonnullos interficiunt: neque a perſequendo deſiſtunt, donec Graecos ſuis opem ferre viderent. Tum vero conuerſi diſcedebant, et praeciſa interfectorum capita tum Graecis tum hoſtibus ſuis oſtentabant; ſimulque certo quodam modo cantantes, tripudiabant.

9. Graeci permoleſte ferebant, hoſtes audentiores eſſe factos; ac Graecos, qui ſe ſatis magno numero barbaris adiunxerant, fugiſſe. Neque enim hac tota in expeditione quidquam huiuſmodi commiſerant. Atque heic, conuocatis Graecis, Xenophon in hanc ſententiam loquutus eſt:

10. Non

ί. "Ανδρες στρατιῶται, μηδὲν ἀθυμήτετε* ἕνεκα τῶν γεγενημένων. ἔστι γὰρ ὅ, τι καὶ ἀγαθὸν ἢ μεῖον τῶ κακῶ γεγένηται. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπίστασθε, ὅτι οἱ μέλλοντες ἡμῖν ἡγεῖσθαι, τῷ ὄντι πολέμιοί εἰσιν οἵσπερ καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη. ἔπειτα δὲ τῶν Ελλήνων οἱ ἀφεστηκότες τῆς σὺν ἡμῖν τάξεως, καὶ ἡγησάμενοι ἱκανοὶ εἶναι σὺν τοῖς βαρβάροις ταῦτα** πράττειν, ἅπερ σὺν ἡμῖν, δίκην δεδώκασιν. ὥστε αὖθις ἥττων τῆς ἡμετέρας τάξεως ἀπολείψονται. ἀλλ' ὑμᾶς δεῖ παρασκευάσασθαι, ὅπως καὶ τοῖς φίλοις ὅσοι τῶν βαρβάρων δόξετε κρείττους αὐτῶν εἶναι, καὶ τοῖς πολεμίοις δηλώσετε, ὅτι οὐχ ὁμοίοις ἀνδράσι μαχοῦνται νῦν τε καὶ ὅτε τοῖς ἀτάκτοις ἐμάχοντο."

ια'. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν οὕτως διέμειναν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ θύσαντες, ἐπεὶ ἐκαλλιέρησαν, ἀρισήσαντες, ὀρθίους τοὺς λόχους ποιησάμενοι, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κατὰ ταυτὰ ταξάμενοι, ἐπορεύοντο, τοὺς τοξότας μεταξὺ

10. Non eſt, milites, cur animis deiectis, ob ea quae accidere, ſitis. Quippe non minus boni quam mali vobis contigit. Primum enim certo iam vobis conſtat, eos, qui futuri ſunt itineris noſtri duces, reapſe hoſtili eſſe in illos animo, quos itidem nos hoſtium loco neceſſario ducimus. Deinde Graeci noſtri, qui acie noſtra poſthabita, ſe barbaris adiunctos eadem putarunt gerere poſſe, quae nobiſcum perfecere, poenas dederunt. Quo fiet, vt deinceps minus ſint aciem noſtram deſerturi. Enimuero ſic vos paretis neceſſe eſt, vt tum ii barbari, qui amicitiam noſtram amplexi ſunt, praeſtare vos ſibi ipſis ſtatuant: tum hoſtibus declaretis, non iam ipſos cum eiuſmodi viris proelio congreſſuros, quales illi fuere, quos modo nullius ordinis obſeruantes ſunt adorti.

11. Ita tum hoc die quum quieuiſſent, poſtridie facta re ſacra, et extis addicentibus, prandent, inſtructiſque cohortibus rectis, ac barbaris itidem ad ſiniſtram collocatis, pergunt; ſagittariis intra co-

* Al. ἀθυμήσητε.

** Al. ταυτὰ.

μεταξὺ τῶν λόχων ὀρθίων ὄντων ἔχοντες, ὑπολειπομένους δὲ μικρὸν τὸ σῶμα τῶν ὁπλιτῶν.

9. Id vero paruum esse, posteaquam cohortis ductor Clearatus animaduertisset, itemque nullo praesidio munitum, quod nobis illi se amicos esse crederent: noctu ad homines spe direptionis accedit, re cum nemine nostrûm communicata. Et erat ipsius ea sententia, vt, si cepisset oppidum, nunquam in castra rediret: sed conscensa naui, qua contubernales ipsius forte tum litus legebant, inque hac ipsa rebus iis, quas cepisset, impositis; extra Pontum nauigando se proriperet.

10. Ac de his ita inter ipsum et contubernales in naui conuenerat, vti nunc animaduerto. Quum igitur concitasset, quoscunque persuadendo adducere poterat, ad oppidum eos duxit. Interea dum in itinere pergit, dies ipsum anteuertit, hominumque concursu facto, qui de locis munitis et iaculis hos, et ictibus petebant, non Clearatus solum, sed cum eo complures ex aliis etiam occumbunt, nonnullis Cerasuntem se recipientibus.

11. Haec eo gesta sunt die, quo nos huc itinere pedestri pergere

πεζῇ. τῶν δὲ παραπλεόντων ἔτι τινὲς ἦσαν ἐν Κερασοῦντι, ὅπω ἀνηγμένοι. μετὰ τοῦτο, ὡς οἱ Κερασούντιοι λέγουσιν, ἀφικνοῦνται τῶν ἐκ τοῦ χωρίου τρεῖς ἄνδρες τῶν γεραιτέρων, πρὸς τὸ κοινὸν τὸ ἡμέτερον χρῄζοντες ἐλθεῖν.

ιβ'. Επεὶ δὲ ἡμᾶς ὐ κατέλαβον, πρὸς τοὺς Κερασουντίους ἔλεγον, ὅτι θαυμάζοιεν, τί ἡμῖν δόξειεν ἐλθεῖν πρὸς αὐτούς. ἐπεὶ μέντοι σφᾶς λέγειν ἔφασαν, ὅτι ὐκ ἀπὸ κοινοῦ γένοιτο τὸ πρᾶγμα, ἥδεσθαί τε αὐτοὺς, καὶ μέλλειν πλεῖν δεῦρο, ὡς ὑμῖν* λέξειαν τὰ γενόμενα, καὶ τοὺς νεκροὺς θάπτειν αὐτοὺς κελεύειν λαβόντας τοὺς τούτου δεομένους. τῶν δ' ἀποφυγόντων τινὲς Ελληνες ἔτυχον ἔτι ὄντες ἐν Κερασοῦντι. αἰσθόμενοι δὲ τοὺς βαρβάρους ὅποι ἴοιεν, αὐτοί τε ἐτόλμησαν βάλλειν τοῖς λίθοις, καὶ τοῖς ἄλλοις διεκελεύοντο. καὶ οἱ ἄνδρες ἀποθνήσκουσι, τρεῖς ὄντες, οἱ πρέσβεις, καταλευσθέντες.

ιγ'. Επεὶ

pergere coepimus. Eorum vero, quibus litus legendum erat, nonnulli necdum Cerasunte soluerant, sed adhuc istic haerebant. Nec multo post, vti quidem Cerasuntii narrant, ab oppido tres viri aetate graues veniunt, qui communitatem hanc nostram conuenire vellent.

12. Hi quum nos istic non offendissent, aiunt ad Cerasuntios, mirari se, quamobrem visum nobis fuerit ipsos inuadere. Quum Cerasuntii respondissent, non communi exercitus consilio factum esse; gratum hoc sibi esse dicunt, adeoque nauigaturos huc ad nos, vt quid accidisset, nobis exponerent, et cadauera recipere ad sepulturam iuberent, eos qui vellent. Erant tunc adhuc Cerasunte Graeci quidam, ex eis qui eo fuga se receperant. Hi quum animadvertissent, quo barbari tenderent, non ipsi solum ausi sunt lapides in eos coniicere, sed alios etiam, vt idem facerent, hortari. Quo factum, vt homines hi, tres numero, et legati, lapidibus obruti, vitam cum morte commutarint.

* Al. ἡμῖν.

ιγ'. Επεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, ἔρχονται πρὸς ἡμᾶς οἱ Κερασούντιοι, καὶ λέγουσι τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡμεῖς οἱ στρατηγοὶ ἀκούσαντες ἠχθόμεθα τοῖς γεγενημένοις, καὶ ἐβουλευόμεθα σὺν τοῖς Κερασουντίοις, πῶς ἂν ταφείησαν οἱ τῶν Ελλήνων νεκροί. συγκαθήμενοι δ' ἔξωθεν τῶν ὅπλων, ἐξαίφνης ἀκούομεν θορύβου πολλοῦ, παῖε, παῖε, βάλλε, βάλλε. καὶ τάχα δὴ ὁρῶμεν πολλοὺς προθέοντας, λίθους δ' ἔχοντας ἐν ταῖς χερσὶ, τοὺς δὲ καὶ ἀναιρουμένους.

ιδ'. Καὶ οἱ μὲν Κερασούντιοι, ὡς ἂν καὶ ἑωρακότες τὸ παρ' ἑαυτοῖς πρᾶγμα, δείσαντες ἀποχωροῦσι πρὸς τὰ πλοῖα. ἦσαν δὲ, νὴ Δία, οἳ καὶ ἡμῶν ἔδεισαν. ἔγωγε μὴν ἦλθον πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἠρώτων ὅ, τι ἐστὶ τὸ πρᾶγμα. τῶν δ' ἦσαν μὲν οἳ οὐδὲν ἤδεσαν, ὅμως δὲ λίθους εἶχον ἐν ταῖς χερσίν. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰδότι τινὶ ἐνέτυχον, λέγει μοι ὅτι οἱ ἀγορανόμοι δεινότατα ποιοῦσι τὸ στράτευμα.

ιε'. Καὶ ἐν τούτῳ τὶς ὁρᾷ τὸν ἀγορανόμον Ζήλαρχον πρὸς τὴν

13. Hoc facinore deſignato, veniunt ad nos Ceraſuntii, remque omnem narrant. Ea cognita, nos duces grauiter moleſteque ferre, quod acciditſet; et quo pacto Graecorum cadauera ſepulturae mandari poſſent, cum Ceraſuntiis deliberare. Quum forte hoc modo extra caſtra conſideremus, ſubito tumultum ingentem clamantium audimus: Caede, caede, feri, feri. Nec mora, multos adcurrentes videmus, qui partim lapides in manibus habebant, partim eos tollebant.

14. Heic Ceraſuntii, qui facinus illud apud ſe deſignatum vidiſſent, territi ad naues ſe recipiunt. Etiam nonnulli profecto noſtrûm ſibi metuebant. Verum ego ad eos acceſſi, et quid rei eſſet, interrogaui. Ignorabant hoc illorum plerique, ac nihilominus lapides manibus tenebant. Tandem quum in quendam incidiſſem, qui rem intelligeret; narrat is mihi, forenſis annonae praefectos grauiſſime exercitum affligere.

15. Atque heic quidam Zelarchum, annonae praefectum, ad

mare

τὴν θάλατταν ἀναχωρῆντα, καὶ ἀνέκραγεν· οἱ δ', ὡς ἤκουσαν, ὥσπερ συὸς ἀγρίου ἢ ἐλάφου φανέντος, ἵενται ἐπ' αὐτόν. οἱ δὲ Κερασούντιοι, ὡς εἶδον ὁρμῶντας καθ' ἑαυτούς, νομίσαντες ἐπὶ σφᾶς ἴεσθαι, φεύγουσι δρόμῳ, καὶ ἐμπίπτουσιν εἰς τὴν θάλατταν. συνεισέπεσον δὲ καὶ ἡμῶν αὐτῶν τινες, καὶ ἐπνίγετο ὅστις μὴ ἐτύγχανεν ἐπισάμενος νεῖν.

ις'. Καὶ τούτου τί δοκεῖτε; ἠδίκουν μὲν οὐδέν, ἔδεισαν δὲ μὴ λύσσα τις ὥσπερ κυσὶν ἡμῖν ἐμπεπτώκοι. εἰ γὰρ ταῦτα τοιαῦτα ἔσται, θεάσασθε οἵα κατάστασις ἡμῖν ἔσται τῆς στρατιᾶς. ὑμεῖς μὲν οἱ πάντες οὐκ ἔσεσθε κύριοι ὅτ' ἀνελέσθαι πόλεμον ᾧ ἂν βούλησθε, ὅτε καταλῦσαι· ἰδίᾳ δὲ ὁ βουλόμενος ἄξει στράτευμα ἐφ' ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ. κἂν τινες πρὸς ὑμᾶς ἴωσι πρέσβεις ἢ εἰρήνης δεόμενοι, ἢ ἄλλου τινός, κατακαίνοντες τοῦτοι οἱ βουλόμενοι, ποιήσουσιν ὑμᾶς τῶν λόγων μὴ ἀκοῦσαι τῶν πρὸς ὑμᾶς ἰόντων. ἔπειτα δὲ ὃς μὲν ἂν ὑμεῖς ἅπαντες ἔλησθε ἄρχοντας, ἐν εὐδαίμονι χώρᾳ ἔσονται· ὅστις δ'

mare ſe conferentem, conſpiciens, ſublata voce exclamat: Ea caeteri audita, non aliter atque ſi ſilueſtris aper, vel ceruus conſpectus fuiſſet, in hominem pergunt. Ceraſuntii, quum eos verſus ſe irruere viderent, quod ſe peti putarent, in fugam ſe curſu coniiciunt, et in mare deſiliunt. Idem ex noſtris etiam nonnulli faciunt, omneſque adeo extinguebantur, qui natare neſcirent.

16. Quid autem de iis exiſtimatis? nihil profecto aduerſus nos deſignauerant, ſaltem hoc metuebant, ne rabie tanquam canes correpti eſſemus. Haec ſi erunt huiuſmodi, videte qui futurus ſit exercitus ſtatus. Non omnium veſtrûm auctoritate vel bellum illi facere poteritis, cui viſum fuerit, vel bello finem imponere: ſed priuato conſilio quiſque copias, quo volet, ducet. Quod ſi legati ad vos, vel pacem petituri, vel quid aliud, venerint: eos interficiendo, qui volent, impedient, quominus orationes eorum audiamus, qui ad nos contendunt. Praeterea magiſtratus a vobis vniuerſis lecti nullo erunt loco,

δ' ἂν ἑαυτὸν ἕληται στρατηγὸν, καὶ ἐθέλῃ λέγειν· Βάλλε, βάλλε, ὅτος ἔσαι ἱκανὸς καὶ ἄρχοντα καταχαίνειν καὶ ἰδιώτην ὑμῶν, ὃν ἂν ἐθέλῃ, ἄκριτον, ἂν ὦσιν οἱ πεισόμενοι αὐτῷ, ὥσπερ καὶ νῦν ἐγένετο.

ιζ'. Οἷα δ' ἡμῖν πεπράχασιν οἱ αὐθαίρετοι ὅτοι στρατηγοὶ, σκέψαθε. Ζήλαρχος μὲν γὰρ ὁ ἀγορανόμος εἰ μὲν ἀδικεῖ ὑμᾶς, εἶχεται ἀποπλέων, ἃ δὲς ὑμῖν δίκην· εἰ δὲ μὴ ἀδικεῖ, φεύγει ἐκ τῦ στρατεύματος, δείσας μὴ ἀδίκως ἄκριτος ἀποθάνῃ. οἱ δὲ καταλεύσαντες τὰς πρέσβεις, διεπράξαντο ὑμῖν μόνοις μὲν τῶν Ελλήνων εἰς Κερασῦντα μὴ ἀσφαλὲς εἶναι, ἐὰν μὴ σὺν ἰσχύϊ, ἀφικνεῖσθαι. τὰς δὲ νεκρὰς, ἃς πρόσθεν αὐτοὶ οἱ κατακανόντες ἐκέλευον θάπτειν, τύτας διεπράξαντο μηδὲ σὺν κηρυκίῳ ἔτι ἀσφαλὲς εἶναι ἀνελέσθαι. τίς γὰρ ἐθελήσει κήρυξ ἰέναι, κήρυκας ἀπεκλονώς; ἀλλ' ἡμεῖς Κερασυντίων θάψαι αὐτὰς ἐδεήθημεν.

ιή. Εἰ

sed quiſquis ſuo ſe arbitratu praetorem creabit, et cui lubebit dicere, Feri, feri; huic ſatis erit virium ſiue ad magiſtratum, ſeu ad gregarium militem quemlibet e vobis indemnatum opprimendum, ſi non deſint, qui ei pareant, quemadmodum modo accidit.

17. Enimuero cuiuſmodi facinora nobis deſignarint hi, ſuis ipſorum ſuffragiis lecti praetores, conſiderate. Zelarchus annonae praefectus ſi qua re nos laeſit, nullo affectus a nobis ſupplicio, nauigio euaſit: ſin omnino nihil commiſit, nimirum e caſtris aufugit, ideo quod vereretur, ne indemnatus iniuſte perimeretur. At qui legatos lapidibus obruerunt, hoc effecerunt, vt vobis ſolis inter Graecos caeteros haud tutum ſit Ceraſuntem, extraquam armata manu, venire. Effecerunt et illud, vt cadauera, quae prius, vt ſepeliremus, hortabantur ipſi interfectores; iam ne quidem cum caduceo tutum ſit tollere. Nam quis caduceatoris fungi velit munere, qui caduceatores ipſe ſuſtulerit e medio? Nos tamen Ceraſuntios rogauimus, vt caeſos ſepelirent.

18. Haec

ιή. Εἰ μὲν ἂν καλῶς ἔχει ταῦτα, δοξάτω ὑμῖν ἵνα, ὡς τοιούτων ἐσομένων, καὶ φυλακὴν ἰδίᾳ ποιήσῃ τις, καὶ τὰ ἐρυμνὰ ὑπερδέξια πειρᾶται ἔχων σκηνᾶν. εἰ μέντοι δοκεῖ ὑμῖν θηρίων, ἀλλὰ μὴ ἀνθρώπων εἶναι τὰ τοιαῦτα ἔργα, σκοπεῖτε παῦλάν τιν' αὐτῶν. εἰ δὲ μή, πρὸς Διὸς, πῶς ἢ θεοῖς θύσομεν ἡδέως, ποιοῦντες ἔργα ἀσεβῆ, ἢ τοῖς πολεμίοις πῶς μαχούμεθα, ἢν ἀλλήλους καταπαίνωμεν; πόλις δὲ φιλία τίς ἡμᾶς δέξεται, ἥτις ἂν ὁρᾷ τοσαύτην ἀνομίαν ἐν ἡμῖν; ἀγορὰν δέ τις ἄξει θαρρῶν, ἢν περὶ τὰ μέγιστα τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντες φαινώμεθα; ἃ δὲ δὴ πάνυ οἰόμεθα τεύξεσθαι ἐπαίνου, τίς ἂν ὑμᾶς τοιούτους ὄντας ἐπαινέσειεν; ἡμεῖς μὲν γὰρ οἶδ' ὅτι πονηροὺς ἂν φαίημεν εἶναι τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας.„

ιθ'. Ἐκ τούτου ἀνιστάμενοι πάντες ἔλεγον, τοὺς μὲν τούτων ἄρξαντας δοῦναι δίκην, τῷ δὲ λοιπῷ μηκέτι ἐξεῖναι ἀνομίας

18. Haec an ita recte gerantur, veſtro decreto ſtatuatur; vt, quum huiuſmodi ſacinora ſint expectanda, quiſque ſibi praeſidium quaerat, et operam det, vt munitis et opportunis locis tabernaculum figat. Sin autem belluarum haec, non hominum facta ſunt: quo pacto ſedari poſſint, conſiderate. Nam profecto abſque eo ſit, quonam modo aut ſacra Diis alacri animo faciemus, quum impiis ſacinoribus noſmet polluamus, aut in hoſtem pugnabimus, ſi quidem mutuo nos perimemus? quaenam vrbs amica nos excipiet, ſi tantam inter nos ſcelerum licentiam videat? quis animo fidente rerum venalium copiam nobis faciet, ſi maximis in rebus vſque adeo in oculis omnium delinquemus? Iam quod laudem attinet, quam imprimis conſequuturos nos exiſtimamus, quis vos ita ſeſe gerentes collaudauerit? Nos ipſi, ſat ſcio, deſignantes eiuſmodi ſacinora, ſceleratos appellaremus.

19. Heic omnes quum aſſurrexiſſent, ſuppliciis multandos auctores aiebant, et in poſterum nemini permittendam eiuſmodi

ἀνομίας ἄρξαι· ἐὰν δέ τις ἄρξῃ, ἄγεσθαι αὐτὸς θανάτῳ*, τὰς δὲ στρατηγὰς εἰς δίκας πάντας καταστῆσαι· εἶναι δὲ δίκας, καὶ εἴ τι ἄλλο τις ἠδίκητο ἐξ οὗ Κῦρος ἀπέθανε· δικασὰς δὲ τὰς λοχαγὰς ἐποιήσαντο. παραινοῦντος δὲ Ξενοφῶντος, καὶ τῶν μαντέων συμβουλευόντων, ἔδοξε καὶ καθαίρειν τὸ στράτευμα. καὶ ἐγένετο καθαρμός.

ΚΕΦ. η'.

Ἔδοξε δὲ καὶ τὰς στρατηγὰς δίκην ὑποσχεῖν τῷ παρεληλυθότος χρόνῳ. καὶ διδόντες, Φιλήσιος μὲν ὤφλε καὶ Ξανθικλῆς τῆς φυλακῆς τῶν **γαυλικῶν χρημάτων, τὸ μείωμα, εἴκοσι μνᾶς· Σοφαίνετος δὲ, ὅτι αἱρεθεὶς *** κατημέλει, δέκα μνᾶς. Ξενοφῶντος δὲ κατηγόρησαν τινὲς, φάσκοντες παίεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὡς ὑβρίζοντος τὴν κατηγορίαν ἐποιοῦντο.

β'. Καὶ

scelerum licentiam: si quis facinoris auctor existeret, in eum capitis poenam statuendam. Praeterea constituendum a ducibus in omnes iudicium; quo etiam in ea facinora liceret anquirere, quaecunque a morte Cyri essent admissa. Iudicandi autem potestas cohortium ductoribus data est. Visum est etiam Xenophontis hortatu, necnon suadentibus idem vatibus, lustrandum esse exercitum. Itaque instituta est lustratio.

CAP. VIII.

Decretum item, vt praetores ratione praeteriti temporis iudicio se sisterent. Vbi damnati Philesius et Xanthicles, quod iussi custodire pecuniam de navigiis coactam, minas xx suppilassent. Multatus est et Sophaenetus minis x, quod electus, id munenis spreuisset. Nonnulli Xenophontem accusabant, qui caesos se ab ipso dicerent: eamque accusationem sic instituebant, vt ipsum iniuriarum arcesserent.

2. Ibi

* Al. ἐπὶ θανάτῳ.

** Al. Γαυλιτικῶν male. Non est enim nomen gentile, sed deriuatum a γαῦλος, quae vox occurrit Hom. Odyss. lib. 9. Γαῦλοί τε σκαφίδες τε etc. Item autore Hesychio, γαυλικὰ χρήματα, τὰ ἀπὸ τῶν πλοίων.

*** Desiderari censet Leuncl. εἰς τόδε post αἱρεθεὶς; Al. leg. ἔχων αἱρεθεὶς κατ.

β'. Καὶ ὁ Ξενοφῶν ἀναστὰς ἐκέλευσεν εἰπεῖν τὸν πρῶτον, πρῶτον λέξαντα πᾶ καὶ ἐπλήγη. ὁ δὲ ἀποκρίνεται, ὅπᾳ καὶ τῷ ῥιγεῖ ἀπωλλύμεθα, καὶ χιὼν πλείστη ἦν. ὁ δ' εἶπεν· ἀλλὰ μὴν καὶ χειμῶνός γε ὄντος οἷᾳ λέγεις, σίτᾳ δὲ ἐπιλελοιπότος, οἴνᾳ δὲ μηδ' ὀσφραίνεσθαι παρόντος, ὑπὸ δὲ πόνων πολλῶν ἀπαγορευόντων, πολεμίων δὲ ἑπομένων, εἰ ἐν τοιούτῳ καιρῷ ὕβριζον, ὁμολογῶ καὶ τῶν ὄνων ὑβριστότερος εἶναι, οἷς φασὶν ὑπὸ τῆς ὕβρεως *κόπον ἂν ἐγγίγνεσθαι. ὅμως δὲ καὶ λέξον, ἐκ τίνος ἐπλήγης; πότερον ἤτουν τι σὲ, καὶ, ἐπεὶ ἂν ἐδίδως, ἔπαιον; ἀλλ' ἀπήτουν; ἀλλὰ περὶ παιδικῶν μαχόμενος; ἀλλὰ μεθύων παροίνησα;

γ'. Ἐπεὶ δὲ τούτων ἀδὲν ἔφησεν, ἐπήρετο αὐτὸν, εἰ ὁπλιτεύοι. ἂν ἔφη. πάλιν, εἰ πελτάζοι. ἀδὲ τοῦτ', ἔφη· ἀλλ' ἡμίονον ἤλαυνον, ταχθεὶς ὑπὸ τῶν συ-

2. Ibi quum ſurrexiſſet Xenophon, ante omnia dicere primum iuſſit, quo loco pulſatus eſſet. Eo loco, reſpondebat ille, quo in maxima niuis copia frigus nos perdebat. Enimuero, ſubiecit Xenophon, quum tanta eſſet hyemis aſperitas, quantam fuiſſe tu fateris, quum cibus nos defeciſſet, quum tantum vini non adeſſet, quod vel odoratu poſſet percipi, quum multi prae magnitudine laborum animis frangerentur, quum hoſtis a tergo nos vrgeret; ſi me tali tempore inſolenter geſſi, vel ipſis aſinis eſſe me petulantiorem fatebor, in quos aiunt prae petulantia laſſitudinem nullam cadere. Sed dic mihi, qua de cauſſa vapulaueris: num quid abs te petebam, quod quia non dabas, te pulſaui? num meum quid repoſcebam? num pugnans tecum de amoribus tuis? num in vino tibi per ebrietatem illuſi?

3. Quum horum nil diceret, rogat Xenophon, an in grauis armaturae peditum numero eſſet. Negat. Rurſum: an ex cetratis? Non, ſubiecit ille, ſed ingenuus quum eſſem, mulum agebam, quod muneris

* Al. τύκον.

συσκήνων, ἐλεύθερος ὤν. ἐνταῦθα δὴ ἀναγιγνώσκει τε αὐτὸν, καὶ ἤρετο· εἰ σὺ εἶ ὁ τὸν κάμνοντα ἀπάγων; ναὶ μὰ Δί', ἔφη· σὺ γὰρ ἠνάγκαζες· τὰ δὲ τῶν ἐμῶν συσκήνων σκεύη διέρριψας. ἀλλ' ἡ μὲν διάρριψις, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τοιαύτη τις ἐγένετο. διέδωκα ἄλλοις ἄγειν, καὶ ἐκέλευσα πρὸς ἐμὲ ἀπάγειν· καὶ ἀπολαβὼν ἅπαντα σῶα, ἀπέδωκά σοι, ἐπεὶ καὶ σὺ ἐμοὶ ἀπέδειξας τὸν ἄνδρα. οἷον δὲ τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, ἀκούσατε (ἔφη) καὶ γὰρ ἄξιον.

δ'. Ἀνὴρ κατελείπετο διὰ τὸ μηκέτι δύνασθαι πορεύεσθαι. καὶ ἐγὼ τὸν μὲν ἄνδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι εἷς ἡμῶν εἴη, ἠνάγκασα δέ σε τοῦτον ἄγειν, ὡς μὴ ἀπόλοιτο· καὶ γὰρ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, πολέμιοι ἐφείποντο. συνέφη τοῦτο ὁ ἄνθρωπος. ἀκοῦν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἐπεὶ προὔπεμψά σε, καταλαμβάνω αὖθις σὺν τοῖς ὀπισθοφύλαξι προσιὼν, βόθρον ὀρύττοντα, ὡς κατορύξοντα τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἐπισὰς

ris mihi contubernales dederant. Heic Xenophon agnito demum homine: Tune es, ait, qui hominem aegrotum vehebas? Sum is profecto, inquit. Nam ad hoc tu me cogebas, valis etiam contubernalium meorum disiectis. Ea vero disiectio, subiecit Xenophon, in hunc modum accidit. Distribui haec impedimenta, vt alii ea veherent, ac mihi deinde vt restituerentur, iussi. Postea quum omnia salua recepissem, tibi rursum ea tradidi, quo tempore mihi tu hominem illum ostendisti. Audite vero, ait, quid istuc rei fuerit. Est enim operae pretium.

4. Relinquebatur a tergo quidam, quod pergere prae debilitate non posset. Noram illum ego hactenus, quod vnus ex nostris esset. Hunc vt tu veheres, iussi; ne nobis periret. Hostes enim, quemadmodum equidem arbitror, a tergo subsequebantur. Verum id esse, miles hic aiebat. At enim, inquit Xenophon, vbi te praemisissem, et ipse cum extremo agmine deinde accederem, scrobem te fodientem offendi, vt hominem illum defoderes.

ἐπισὰς ἐπήνεσε. ἐπεὶ δὲ παρεσκότων ἡμῶν συνέκαμψε τὸ σκέλος ὁ ἀνήρ, ἀνέκραγον οἱ παρόντες, ὅτι ζῇ ὁ ἀνήρ. σὺ δ' εἶπες ὁπόσα γ' ἐβούλου, ὡς ἔγωγε αὐτὸν οὐκ ἄξω· ἐνταῦθα ἔπαισά σε· ἀληθῆ λέγεις· ἔδοξας γάρ μοι εἰδότι ἐοικέναι, ὅτι ἔζη. τί οὖν; ἔφη, ἧττόν τι ἀπέθανεν, ἐπεὶ ἐγώ σοι ἀπέδειξα αὐτόν; καὶ γὰρ ἡμεῖς*, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, πάντες ἀποθανούμεθα· τοῦτου οὖν ἕνεκα ζῶντας ἡμᾶς δεῖ κατορυγῆναι;

ε'. Τοῦτον μὲν ἀνέκραγον πάντες, ὡς ὀλίγας παίσειεν. ἄλλον δὲ ἐκέλευον** λέγειν, διά τι ἔπασος ἐπλήγη. ἐπεὶ δ' οὐκ ἀνίσαντο, αὐτὸς ἔλεγεν· "Εγωὶ, ὦ ἄνδρες, ὁμολογῶ παῖσαι δὴ ἄνδρας πολλοὺς ἕνεκα ἀταξίας, οἷς σώζεσθαι μὲν ἦκεν δι' ὑμᾶς, ἐν τάξει τε ἰόντων, καὶ μαχομένων ὅπου δέοι· αὐτοὶ δὲ λιπόντες τὰς τάξεις, προθέοντες ἁρπάζειν ἤθελον, καὶ ὑμῶν πλεονεκτεῖν. εἰ δὲ τοῦτο πάντες ἐποιοῦμεν, ἅπαντες ἂν ἀπωλόμεθα.

ς'. Ηδη

deres. Adſtans tum ego te collaudabam. Verum poſteaquam, adſtantibus nobis, ille crus inflexiſſet, et omnes, qui aderant, exclamaſſent, hominem viuere, tu vero quaecunque liberet, diceres, nolle te ipſum vehere: tum ſcilicet ego te pulſaui: verum dicis. Nam mihi prae te ferre videbaris, quaſi ſcires eum hominem adhuc viuere. Quid ergo? reſpondit alter, an minus mortem obiit, poſteaquam oſtenſus a me tibi fuit? Atqui, ſubiecit Xenophon, morituri omnes ſumus. Num igitur propterea viuos deſodi nos oportet?

5. Heic acclamatum, hominem hunc non ſatis vapulaſſe. Deinde iuſſus eſt alius dicere, quamobrem plagas tuliſſet. Quum nemo ſurgeret, Xenophon ipſe loqui coepit: Fateor multos me, quod ordines deſererent, verberaſſe: quibus ſatisfiebat, quod opera veſtra ſalui eſſent, quum vos et ordines ſeruaretis, et quoties opus eſſet, dimicaretis: at ipſi deſertis ordinibus, praedandi cauſa praecurrere volebant; quo maiorem aſportarent praedam. Quod ſi ab omnibus factum, vniuerſi periiſſemus.

6. Quin-

* Al. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς etc.

** Al. ἄλλους δὲ ἐκέλευον λ.

ς'. Ηδη δὲ καὶ μαλακιζόμενόν τινα, καὶ οὐκ ἐθέλοντα ἀνίστασθαι, ἀλλὰ προϊέμενον ἑαυτὸν τοῖς πολεμίοις, καὶ ἔπαισα, καὶ ἐβιασάμην πορεύεσθαι. ἐν γὰρ τῷ ἰσχυρῷ χειμῶνι καὶ αὐτός ποτε ἀναμένων τινὰς συσκευαζομένους, καθεζόμενος συχνὸν χρόνον, κατέμαθον ἀνασὰς μόγις, καὶ τὰ σκέλη μόγις ἐκτείνας. ἐν ἐμαυτῷ οὖν πεῖραν λαβὼν * ἐκ τούτου, καὶ ἄλλον ὁπότε ἴδοιμι καθήμενον καὶ βλακεύοντα, ἤλαυνον. τὸ γὰρ κινεῖσθαι καὶ ἀνδρίζεσθαι παρεῖχε θερμασίαν τινὰ καὶ ὑγρότητα, τὸ δὲ καθῆσθαι καὶ ἡσυχίαν ἔχειν, ἑώρων ὑπουργὸν ὂν τῷ τε ἀποπήγνυσθαι τὸ αἷμα, καὶ τῷ ἀποσήπεσθαι τοὺς τῶν ποδῶν δακτύλους· ἅπερ πολλοὺς καὶ ὑμεῖς ἴστε παθόντας.

ζ'. Αλλον δέ γε ἴσως ὑπολειπόμενον διὰ ῥᾳσώνην, καὶ κωλύοντα καὶ ὑμᾶς τοὺς πρόσθεν, καὶ ἡμᾶς τοὺς ὄπισθεν πορεύεσθαι, ἔπαισα πυξ, ὅπως μὴ λόγχῃ ὑπὸ τῶν πολεμίων παίοιτο. καὶ γὰρ ἂν νῦν ἔξεσιν

6. Quinetiam languentem prae mollitie quèndam, qui neque ſurgere volebat, et hoſtibus ſe perdendum ipſemet exponebat, non ſolum pulſaui, ſed etiam vi coegi vt pergeret. Ipſe ego quum acerrimo illo frigore nonnullos aliquando expectarem ad iter ſeſe parantes, poſteaquam ad aliquod tempus conſediſſem, difficulter me ſurgere animaduerti, ac vix crura extendere. Quapropter ex eo tempore, meo periculo doctus, quemcunque ſedentem ac torpentem conſpicerem, impellebam. Etenim motus ipſe, ac virilis animi excitatio, calorem quendam et agiliratem ſuppeditabat: quum ex ſedendo et quieſcendo viderem ſanguinis concretionem quandam contrahi, cum qua coniunctum eſſet, vt pedum digiti putreſcerent, id quod multis accidiſſe vos ipſi noſtis.

7. Praeterea quendam alium, qui forte quieſcendi cauſſa reſiſtebat, ac tam vos anteriores, quam nos extremo in agmine, quo minus progrederemur, impediebat, pugno verberaui, ne ab hoſtibus haſta confoderetur. Licet iam his ſeruatis

* Al. tranſp. diſtinct. πεῖραν λαβὼν, ἐκ τούτου καὶ etc.

σιν αὐτοῖς σωθεῖσιν, εἴ τι ὑπ' ἐμοῦ ἔπαθον παρὰ τὸ δίκαιον, δίκην λαβεῖν. εἰ δ' ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο, τί μέγα ἂν ἔτως ἔπαθον, ὅτε δίκην * ἠξίουν λαμβάνειν;

η'. Απλῶς μοι, ἔφη, ὁ λόγος. ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ ἐκόλασα τινὰ, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην, οἵαν καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. καὶ γὰρ ἰατροὶ τέμνουσι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. εἰ δὲ ὕβρει νομίζετέ με ταῦτα πράττειν, ἐνθυμήθητε, ὅτι νῦν ἐγὼ θαρρῶ σὺν τοῖς Θεοῖς μᾶλλον ἢ τότε, καὶ θρασύτερός εἰμι νῦν ἢ τότε, καὶ οἶνον πλείω πίνω· ἀλλ' ὅμως ἡδένα παίω. ἐν εὐδίᾳ γὰρ ὁρῶ ὑμᾶς.

θ'. Οταν δὲ χειμὼν ᾖ, καὶ θάλατ]α μεγάλη ἐπιφέρηται, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ νεύματος μόνου ἕνεκα χαλεπαίνει μὲν πρωρεὺς τοῖς ἐν πρῴρᾳ, χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ; ἱκανὰ γὰρ ἐν τῷ

tis poenas a me repoſcere, ſi haeſi a me ſunt iniuſte. At vero ſi hoſtium in poteſtatem veniſſent, ecquid vnquam adeo graue pati potuiſſent, cuius nomine poenas a quoquam exigere licuiſſet?

8. Simplici ego, milites, oratione vtor. Si quem caſtigaui ſui ipſius commodi cauſſa, poenam illam ſubire non recuſo, quam liberi parentibus, diſcipuli magiſtris irrogare velint. Nam et medici nonnunquam ſectione, et vſtione vtuntur, boni alicuius cauſſa. Quod ſi me adductum petulantia feciſſe haec exiſtimatis, cogitate quaeſo cum animis veſtris, non ſolum iam mihi (Deûm beneficio) fiduciam eſſe maiorem: ſed etiam longe, quam id temporis fuerim, audentiorem me modo eſſe, ac multo plus vini bibere. Neque tamen idcirco quenquam pulſo, quoniam vti iam vos tranquillitate quadam video.

9. At vero quum magna tempeſtate procellis mare concitatur, an non ſolius nutus cauſſa prorae magiſtrum iis iraſci videtis, qui ſunt in prora; itidemque gubernatorem ſuis in puppi?

* Al. δίκην ἂν ἠξίουν etc.

τῷ τοιούτῳ καὶ μικρὰ ἁμαρτηθέντα, πάντα συνεπιτρίψαι. ὅτι δὲ δικαίως ἔπαιον αὐτούς, καὶ ὑμεῖς κατεδικάσατε τότε. ἔχοντες γὰρ οἱ ψήφους, ἀλλ' ὅπλα, παρεισήκειτε, καὶ ἐξῆν ὑμῖν ἐπικουρεῖν αὐτοῖς, εἰ ἐβούλεσθε. ἀλλὰ μὰ Δία οὔτε τούτοις ἐπεκουρεῖτε, οὔτε σὺν ἐμοὶ τὸν ἀταξίαντα ἐπαίετε. τοιγαροῦν ἐξουσίαν ἐποιήσατε τοῖς κακοῖς αὐτῶν, ὑβρίζειν ἑαυτούς. οἶμαι γάρ, εἰ ἠθέλετε σκοπεῖν, τοὺς αὐτοὺς εὑρήσεσθαι τότε κακίστους, καὶ νῦν ὑβριστοτάτους.

ί. Βοίσκος μὲν οὖν ὁ πύκτης ὁ Θετταλὸς τότε μὲν διεμάχετο, ὡς κάμνων, ἀσπίδα μὴ φέρειν. νῦν δὲ, ὡς ἐγὼ ἀκούω, Κοτυωριτῶν πολλοὺς ἀποδέδυκεν. ἂν οὖν σωφρονῆτε, τούτῳ τἀναντία ποιήσετε, ἢ τοὺς κύνας ποιοῦσι. τοὺς μὲν γὰρ κύνας τοὺς χαλεποὺς τὰς μὲν ἡμέρας δεσμεύουσι, τὰς δὲ νύκτας ἀφιᾶσι· τοῦτον δὲ, ἂν σωφρονῆτε, τὴν νύκτα μὲν δήσετε, τὴν δὲ ἡμέραν ἀφήσετε.

ια'. Αλλὰ

pi? Nam vel minima peccata id temporis, omnia ſimul atterere poſſunt. Quinetiam vos ipſi veſtro tunc iudicio declaraſtis, iure illos a me verberatos. Non enim cum ſuffragiorum calculis, ſed cum armis adſtabatis; omninoque vobis opem ferre laeſis licuiſſet, ſi voluiſſetis. At enim neque opem his profecto ferebatis, neque me in pulſandis deſertoribus ordinum adiuuabatis. Quo factum eſt, vt ignauorum licentiam auxeritis, dum petulantiam eorum non coerceretis. Nam ſi rem conſiderare liberet, mea ſententia, reperiretis eosdem tunc ignauiſſimos fuiſſe, qui modo petulantiſſimi ſunt.

10. Contendebat id temporis Boiſcus ille Theſſalus pugil, propterea quod aegrotaret, ſcutum ſibi ferendum non eſſe. Nunc, vt equidem accepi, Cotyorenſium non paucos ſpoliavit. Quamobrem ſi ſapitis, aliter cum hoc agetis, atque canes tractari ſolent. Etenim canes illi ſaeuiores interdiu vinculis conſtringuntur, noctu dimittuntur. Hunc vos, ſi ſapitis, noctu conſtringetis, interdiu ſolutum eſſe patiemini.

11. Enim-

ιά. Αλλὰ γὰρ, ἔφη, θαυμάζω, ὅτι, εἰ μέν τινι ὑμῶν ἀπηχθόμην, μέμνησθε, καὶ ὑπομιμνήσκετε· εἰ δέ τῳ ἢ χειμῶνα ἐπεκώλυσα, ἢ πολέμιον ἀπήρυξα, ἢ ἀσθενοῦντι, ἢ ἀποροῦντι συνεξευπόρισά τι, τούτων δὲ οὐδεὶς μέμνηται· οὐδ' εἴ τινα καλῶς τι ποιοῦντα ἐπήνεσα, οὐδ' εἴ τιν' ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα ἐτίμησα ὡς ἐδυνάμην, οὐδὲ τούτων μέμνησθε. ἀλλὰ μὴν καλόν γε, καὶ δίκαιον, καὶ ὅσιον, καὶ ἡδιὸν, τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν μεμνῆσθαι.,, ἐκ τούτου μὲν δὴ ἀνίσαντο καὶ ἀνεμίμνησκον, καὶ περιεγένετο, ὥστε καλῶς ἔχειν.

ΞΕΝΟ-

11. Enimuero miror, inquit, meminiſſe vos, ac minime tacere, ſi quid aliquando feci, quo in odium veſtrum incurrerim: at ſi cui contra vim frigoris opem tuli, vel hoſtem ab eo reieci, vel aegrotanti, aut inopia laboranti aliquid ſuppeditaui; horum neminem amplius recordari. Non etiam, ſi quem praeclare aliquid agentem collaudaui, non ſi virum fortem pro meis facultatibus ornaui, meminiſtis. Atqui et honeſtum eſt, et aequum, et pium, et longe iucundius, benefactorum quam iniuriarum meminiſſe. Poſteaquam haec dicta eſſent, ſurgebant omnes, et vniuerſa memoria repetebant: atque hic exitus erat, vt omnia belle ſe haberent.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

Ἐκ τούτου δὲ ἐν τῇ διατριβῇ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἔζων, οἱ δὲ ληϊζόμενοι ἐκ τῆς Παφλαγονίας. ἐκλόπευον δὲ καὶ οἱ Παφλαγόνες εὖ μάλα τοὺς ἀποσκεδαννυμένους, καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τοὺς πρόσω σκηνοῦντας ἐπειρῶντο κακουργεῖν. καὶ πολεμικώτερον πρὸς ἀλλήλους εἶχον ἐκ τούτων.

β'. ο

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

HISTORIARVM,

LIBER SEXTVS.

CAP. I.

Ex eo tempore, dum iſtic haereretur, quidam ex foro, quidam e praeda, quam agebant ex agro Paphlagonum, victum ſibi comparabant. Nec minore ſolertia Paphlagones viciſſim noſtros furtim aggrediebantur, hinc inde palatos, et noctu eos, qui longius ab agmine caſtra habebant, infeſtare conabantur. Quibus ex cauſſis fiebat, vt hoſtili nonnihil erga ſe inuicem animo eſſent.

2. Prae-

β'. Ο δὲ Κορύλας, ὃς ἐτύγχανε τότε Παφλαγονίας ἄρχων, πέμπει παρὰ τοὺς Ἕλληνας πρέσβεις, ἔχοντας ἵππους καὶ στολὰς καλάς, λέγοντας· ὅτι Κορύλας ἕτοιμος εἴη τοὺς Ἕλληνας μήτ' ἀδικεῖν, μήτ' αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι. οἱ δὲ στρατηγοὶ ἀπεκρίναντο, ὅτι περὶ μὲν τούτων ἐν τῇ στρατιᾷ βουλεύσοιντο, ἐπὶ ξενίᾳ δὲ ἐδέχοντο αὐτούς. παρεκάλεσαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν, ὃς ἐδόκει δικαιότατος εἶναι. θύσαντες δὲ τῶν αἰχμαλώτων βοῶν καὶ ἄλλα ἱερεῖα, εὐωχίαν μὲν ἀρκοῦσαν παρεῖχον, κατακείμενοι δὲ ἐν *σκάσιν ἐδείπνουν, καὶ ἔπινον ἐκ κερατίνων ποτηρίων, οἷς ἐνετύγχανον ἐν τῇ χώρᾳ.

γ'. Ἐπεὶ δὲ αἱ σπονδαί τ' ἐγένοντο, καὶ ἐπαιώνισαν, ἀνέστησαν πρῶτον Θρᾷκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ ἤλοντο ὑψηλά τε καὶ κύφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο· τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληχέναι τὸν ἄνθρωπον· ὁ δ' ἔπαισε τεχνικῶς πως. καὶ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. καὶ ὁ μὲν, σκυλεύσας

2. Praeerat id temporis Paphlagonibus cum imperio Corylas. Is legatos cum equis et veſtimentis elegantibus ad Graecos mittit, qui dicerent: paratum eſſe Corylam nulla Graecos iniuria prouocare, modo viciſſim ipſe non laederetur. Reſpondent duces, ſe de his apud exercitum deliberaturos: et interea legatos pro iure hoſpitii excipiunt, arceſſitis etiam aliis, quos inuitari aequiſſimum erat. Ita facta re ſacra de bubus abactis, et mactatis aliis victimis, epulum ſatis largum praebuere, quum in ſtragulis inter coenandum diſcumberent, ac poculis e cornu factis, quae illa in regione inuenerant, vterentur.

3. Poſteaquam libatum eſſet, ac decantatus paean, primi Thraces ſurgebant, et armati ad tibiam ſaltabant, inque ſaltando alte et agiliter ſe mouebant, quum gladiis etiam vterentur. Ad extremum, vnus alterum feriebat; vt nemini non caeſus vnus eorum videretur. At alter certo quodam artificio ferierat. Tollebant ad ea Paphlagones clamorem. Hinc quum victor alterum

* Al. σκίμποσιν.

λεύσας τὰ ὅπλα τῷ ἑτέρῳ, ἐξήει ἄδων *Σιδαλκά· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν Θρακῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα· ἦν δὲ οὐδὲν πεπονθώς.

δ'. Μετὰ τοῦτο Αἰνιᾶνες καὶ Μάγνητες ἀνέσησαν, οἳ ὠρχοῦντο τὴν καρπαίαν καλουμένην ἐν τοῖς ὅπλοις. ὁ δὲ τρόπος τῆς ὀρχήσεως ἦν ὅδε. ὁ μὲν, παραθέμενος τὰ ὅπλα, σπείρει καὶ ζευγηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος, ὡς φοβούμενος· λῃστὴς δὲ προσέρχεται· ὁ δ', ἐπειδὰν προίδηται, ἁπαντᾷ ἁρπάσας τὰ ὅπλα, καὶ μάχεται πρὸ τοῦ ζεύγους· (καὶ ἅτοι ταῦτ' ἐποίουν ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλόν) καὶ τέλος ὁ λῃστὴς δήσας τὸν ἄνδρα, καὶ τὸ ζεῦγος ἀπάγει. ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ ζευγηλάτης τὸν λῃστὴν· εἶτα παρὰ τὰς βοῦς ζεύξας, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει.

ε'. Μετὰ τοῦτο Μυσὸς εἰσῆλθεν, ἐν ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ ἔχων πέλτην, καὶ τοτὲ μὲν ὡς δύο ἀντιτατομένων μιμούμενος ὠρχεῖτο, τοτὲ δὲ ὡς πρὸς ἕνα ἐχρῆτο ταῖς πέλταις, τοτὲ

alterum armis ſpoliaſſet, cantans Sidalca exibat: alii vero Thraces victum, veluti mortuum, efferebant. At illi nihil mali acciderat.

4. Deinde cum Aenianenſibus Magnetes ſurgebant, qui ſaltationem eam, quam ſementariam vocant, armati exhibebant. Haec ſaltatio in hunc modum inſtituebatur. Quidam, poſitis armis, ac boues iunctos agens, ſementem facit; ſeque frequenter admodum conuertit, quaſi ſibi metuat. Deinde accedit ad eum praedo, quo praeuiſo, arma corripit, praedoni occurrit, ante iugum dimicat. Geruntur et haec ad tibiae numeros. Tandem praedo, poſtquam ligauit hominem, vna cum ipſo iugum abigit. Nonnunquam iugarius praedonem ſuperat, eumque bubus iungit, ac manibus poſt tergum reuinctis agit.

5. Poſtea Myſus ingreſſus, vtraque manu peltam geſtabat; ac modo quidem ita ſaltabat, vt exprimere geſtu videretur, quaſi cum duobus adverſariis pugnaret; modo cetris ſic vtebatur, quaſi cum vno congrederetur; modo ſe circum-

* Al. Σιτάλκαν. Videtur fuiſſe cantionis genus, cui nomen fuerit a Sitalce, Thracum rege, de quo Thucyd. lib. 2. c. 29.

τοτὲ δὲ ἐδινεῖτο καὶ ἐξεκυβίσα, ἔχων τὰς πέλτας· ὥστε ὄψιν ἔχων καλὴν φαίνεσθαι. τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κροτῶν τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο· καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει.

ς'. Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες οἱ Μαντινεῖς, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἀρκάδων ἀναστάντες, ἐξοπλισάμενοι ὡς ἐδύναντο κάλλιστα, ἤεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι, καὶ ἐπαιώνισαν, καὶ ὠρχήσαντο, ὥσπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς Θεοὺς προσόδοις. ὁρῶντες δὲ οἱ Παφλαγόνες, δεινὰ ἐποιοῦντο, πάσας τὰς ὀρχήσεις ἐν ὅπλοις εἶναι.

ζ'. Ἐπὶ τούτῳ ὁρῶν ὁ Μυσὸς ἐκπεπληγμένους αὐτοὺς, πείσας τῶν Ἀρκάδων τινὰ πεπαμένον ὀρχηστρίδα, εἰσάγει, σκευάσας ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ ἀσπίδα δοὺς κούφην αὐτῇ. ἡ δὲ ὠρχήσατο Πυρρίχην ἐλαφρῶς. ἐνταῦθα κρότος ἦν πολύς· καὶ οἱ Παφλα-

circumagebat, et in caput etiam praecipitem ſe prouoluebat, quum nihilominus cetras retineret; vt illud adeo ſpectatu periucundum videretur. Tandem et Perſico ritu ſaltabat, et cetris complosis in genua procumbens, viciſſim ſurgebat. Atque haec omnia faciebat ad tibiae modos.

6. Mantinenſes quum ſucceſſiſſent, ac de caeteris Arcadibus etiam nonnulli ſurrexiſſent, armis quam elegantiſſime inſtructi ad numerum incedebant, praecinente tibia modum armatae ſaltationi conuenientem, ſimulque paeane inchoato perinde ſaltabant, atque Deorum in ſupplicationibus fieri conſueuit. Quae omnia quum Paphlagones aſpicerent, mirificum quiddam eſſe ducebant, ſaltationes haſce vniuerſas in armis ſuſcipi.

7. Quare quum attonitos eſſe Myſus ille videret, Arcade quodam perſuaſo, qui ſaltatriculam habebat, eam, quam pulcherrime poterat ornatam, introducit, dato ei ſcuto leuiore. Saltabat illa Pyrricham agiliter. Tum vero plauſus ingens excitatus, interrogantibus

Παφλαγόνες ἠρώτων, εἰ καὶ γυναῖκες συνεμάχοντο αὐτοῖς. οἱ δ' ἔλεγον, ὅτι αὗται καὶ αἱ τρεψάμεναι εἶεν βασιλέα ἐκ τῶ στρατοπέδω.

η'. Τῇ μὲν δὴ νυκτὶ ταύτῃ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προσῆγον αὐτοὺς εἰς τὸ στράτευμα, καὶ ἔδοξε τοῖς στρατιώταις, μήτε ἀδικεῖν Παφλαγόνας, μήτε ἀδικεῖσθαι. μετὰ τοῦτο οἱ μὲν πρέσβεις ᾤχοντο· οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπειδὴ πλοῖα ἱκανὰ ἐδόκει παρεῖναι, ἀναβάντες ἔπλεον ἡμέραν καὶ νύκτα πνεύματι καλῷ, ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες τὴν Παφλαγονίαν.

θ'. Τῇ δ' ἄλλῃ ἀφικνοῦνται εἰς Σινώπην, καὶ ὡρμίσαντο εἰς Ἁρμήνην τῆς Σινώπης. Σινωπεῖς δὲ οἰκοῦσι μὲν ἐν τῇ Παφλαγονικῇ, Μιλησίων δ' ἄποικοί εἰσιν. ἔτοι ξένια πέμπουσι τοῖς Ἕλλησιν, ἀλφίτων μὲν μεδίμνους τρισχιλίους, οἴνου δὲ κεράμια χίλια καὶ πεντακόσια.

ι'. Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα ἦλθε τριήρεις ἔχων. καὶ οἱ μὲν στρατιῶται προσεδόκων ἄγοντά τι σφίσιν ἥκειν· ὁ δὲ ἦγε μὲν οὐδέν, ἀπηγγέλλετο δὲ, ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς καὶ Ἀναξίβιος

Paphlagonibus, an et mulieres vna cum ipsis aleam proelii subiissent: Responsum his, regem ab iis ipsis eiectum e castris fuisse.

8. Hic ea nocte rerum exitus fuit. Postridie Paphlagones ad exercitum adducunt, factumque decretum a militibus, vltro citroque ab iniuriis abstinendum esse. Qua re confecta, legati discedunt Graeci, quia satis magna nauium adesse copia videretur, conscensis iis, diem ac noctem vento secundo nauigant, quum Paphlagoniam ad sinistram haberent.

9. Postridie Sinopen perueniunt, et in portum se receperunt ad Harmenen Sinopae. Sinopenses Paphlagonum finibus continentur, coloni Milesiorum. Mittunt hi Graecis hospitalia munera, nimirum IIICIↃ farinae medimnos, vini CIↃIↃ amphoras.

10. Hoc loco Cherisophus etiam cum triremibus aderat. Ac milites quidem bona in spe erant, futurum, vt, quum veniret, aliquid eis afferret. At ille nihil asserebat, sed renuntiabat duntaxat, ab Anaxibio nauarcho, et

Ἀναξίβιος ὁ ναύαρχος, καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι ὑπισχνεῖτο Ἀναξίβιος, εἰ ἀφικνοῖντο ἐξω τοῦ Πόντου, μισθοφορὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι.

ια'. Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Ἁρμήνῃ ἔμειναν οἱ στρατιῶται ἡμέρας πέντε. ὡς δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐδόκουν ἐγγὺς γίγνεσθαι, ἤδη μᾶλλον ἢ πρόσθεν εἰσῄει αὐτοὺς, ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκοιντο. ἡγήσαντο δ' ἄν, εἰ ἕνα ἕλοιντο ἄρχοντα, μᾶλλον ἂν, ἢ πολυαρχίας ὔσης, δύνασθαι τὸν ἕνα χρῆσθαι τῷ στρατεύματι καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας· καὶ εἴ τι δέοι λανθάνειν, μᾶλλον ἂν καὶ κρύπτεσθαι· καὶ εἴ τι αὖ δέοι φθάνειν, ἧττον ἂν ὑστερίζειν. ἃ γὰρ ἂν λόγων δεῖν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸ δόξαν τῷ ἑνὶ περαίνεσθαι ἄν. τὸν δὲ πρόσθεν χρόνον ἐκ τῆς νικώσης ἔπραττον πάντα οἱ στρατηγοί.

ιβ'. Ὡς δὲ ταῦτα διενοοῦντο, ἐτρέποντο ἐπὶ τὸν Ξενοφῶντα, καὶ οἱ λοχαγοὶ ἔλεγον, προστιόντες αὐτῷ, ὅτι ἡ στρατιὰ ἄτω γινώσκει, καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος ἕκαστος

et caeteris, magnopere Graecos laudari; eundemque Anaxibium esse pollicitum, quamprimum egressi Pontum essent, habituros stipendium.

11. Apud Harmenen dies quinque sunt commorati. Et quia propius sibi iam a Graecia viderentur abesse, magis etiam, quam prius, subiit animos cogitatio; committendum non esse, vt domum inopes redirent. Existimabant ergo, si ducem vnum crearent, rectius ei die ac nocte pariturum exercitum, quam si multi cum imperio praeessent. Quod si quid esse clam oporteret, eadem ratione facilius occultatum iri; ac si quid antevertendum esset, minus occasiones negligi. Nec enim hoc pacto requiri colloquia mutua, sed, quod vnus decreuisset, perfici: Superiore vero tempore duces omnia ex suffragiorum numero gessisse.

12. Quum in his cogitationibus versarentur, ad Xenophontem se conuertebant, quem praefecti cohortibus adeuntes, narrant hanc exercitus sententiam esse: simul eorum vnusquisque declarata

σός τις ἔπειθεν αὐτὸν ὑποσῆναι τὴν ἀρχήν. ὁ δὲ Ξενοφῶν τῇ μὲν ἐβούλετο ταῦτα, νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μείζω ὕτως ἑαυτῷ γίνεσθαι καὶ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ εἰς τὴν πόλιν τοὔνομα μεῖζον ἀφίξεσθαι αὐτοῦ· τυχὸν δὲ καὶ ἀγαθοῦ τινος ἂν αἴτιος τῇ στρατιᾷ γενέσθαι.

ιγ'. Τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα ἐνθυμήματα ἐπῆρεν αὐτὸν, ἐπιθυμεῖν αὐτοκράτορα γενέσθαι ἄρχοντα. ὁπότε δ' αὖ ἐνθυμοῖτο, ὅτι ἄδηλον μὲν παντὶ ἀνθρώπῳ, ὅπη τὸ μέλλον ἔξει, διὰ τοῦτο δὲ κίνδυνος εἴη, μὴ καὶ τὴν προειργασμένην δόξαν ἀποβάλοι, ἠπορεῖτο.

ιδ'. Ἀποχρώντως δὲ αὐτῷ διακρῖναι, ἔδοξε κράτιστον εἶναι τοῖς Θεοῖς ἀνακοινῶσαι. καὶ παραστησάμενος δύο ἱερεῖς, ἐθύετο τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ, ὅσπερ αὐτῷ μαντευτὸς ἦν ἐκ Δελφῶν· καὶ τὸ ὄναρ δὴ ἀπὸ τούτου τοῦ Θεοῦ ἐνόμιζεν ἑωρακέναι, ὃ εἶδεν, ὅτε ἤρχετο ἐπὶ τὸ συνεπιμελεῖσθαι τῆς στρατιᾶς καθίσασθαι.

ιε'. Καὶ

fui erga ipſum animi beneuolentia, vt imperium acciperet, ſuadebat. Non nolebat haec Xenophon, quum ipſe ſecum exiſtimaret, apud amicos id ſibi honorem ampliorem conciliaturum, et nomen ſuum in patria clarius ex eo futurum. Etiam poſſe fieri, vt emolumenti aliquid ipſe exercitui afferret.

13. Huiuſmodi cogitationes excitabant eum, vt ducis munus expeteret, qui vnus poteſtatem ſummam obtineret. E contrario, haerebat in dubio, quum ſecum perpenderet, futuros euentus nemini non obſcuros eſſe; ideoque rem periculo non carere, ne partam hactenus gloriam amitteret.

14. Quum hoc pacto, quidnam eligendum eſſet, dubitaret: viſus eſt ſibi rectiſſime facturus, ſi Deos conſuleret. Itaque duobus ſacerdotibus adhibitis, Ioui Regi rem ſacram facit, quem ex oraculo Delphico de futuris conſulere ſolebat; et ab eodem Deo ſomnium illud eſſe profectum exiſtimabat, quod oblatum id temporis ei fuerat, quo primum fuerat delectus, vt cum aliis curam exercitus gereret.

15. Prae-

ιε'. Καὶ ὅτε ἐξ Ἐφέσου δὲ ὡρμᾶτο Κύρῳ συστρατευσόμενος, αἰετὸν ἀνεμιμνήσκετο ἑαυτῷ δεξιὸν φθεγγόμενον, καθήμενον μέντοι, ὥσπερ * ὁ μάντις προπέμπων αὐτὸν ἔλεγεν, ὅτι μέγας μὲν οἰωνὸς εἴη καὶ οὐκ ἰδιωτικὸς, καὶ εὔδοξος, ἐπίπονος μέντοι. τὰ γὰρ ὄρνεα μάλιστα ἐπιτίθεσθαι τῷ αἰετῷ καθημένῳ· οὐδὲν μέντοι χρηματιστικὸν εἶναι τὸν οἰωνόν· τὸν γὰρ αἰετὸν περιπετόμενον μᾶλλον λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια.

ις'. Οὕτω δὲ θυομένῳ αὐτῷ διαφανῶς ὁ Θεὸς σημαίνει μήτε προσδεῖσθαι τῆς ἀρχῆς, μήτ', εἰ αἱροῖντο, ἀποδέχεσθαι. τοῦτο μὲν δὴ ὅπως ἐγένετο. ἡ δὲ στρατιὰ συνῆλθε, καὶ πάντες ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι. καὶ ἐπεὶ τοῦτο ἔδοξε, προεβάλλοντο αὐτόν. ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι, ὅτι αἱρήσονται αὐτὸν, εἴ τις ἐπιψηφίζοι, ἀνέστη, καὶ ἔλεξε τάδε·

ιζ'. Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, ἥδομαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώ-

15. Praeterea quum Epheſo egreſſus eſſet, vt in amicitiam Cyri perueniret; recordabatur, aquilam ſibi dextram, eamque oſcinem fuiſſe oblatam, quae tamen ſediſſet: quod augurium dixerat vates, qui eum comitabatur, eſſe id quidem inſigne, minimeque priuatum in hominem cadere; ſed vtut illuſtre eſſet, moleſtiae fore. Reliquas enim aues maxime ſedentem aquilam aggredi. Ne lucrum quidem ex hoc augurio ſperari debere, propterea quod aquila circumuolitans rapere alimenta conſueuerit.

16. Quum ergo Ioui ſacrificaret, ſignificatum ei clariſſime a Deo eſt, non magiſtratum hunc expeteret; neque ſi maxime ipſi deferretur, acceptandum eſſe. Atque hoc ſane ſic accidit. Milites quum conueniſſent, omnes vnum eſſe deligendum cenſuerunt. Quod vbi decretum fuiſſet, vniuerſi Xenophontem deſignant. Quum autem palam appareret futurum, vt ipſum deligerent, ſi quis de concilii ſententia decretum faceret: ſurrexit, et in hanc ſententiam loquutus eſt:

17. Equidem milites, ſi homi-

* Al. ὄντως.

τιμώμενος, εἴπερ ἄνθρωπός εἰμι, καὶ χάριν ἔχω, καὶ εὔχομαι δοῦναί μοι τὰς Θεὰς αἴτιον τινὰς ὑμῶν * ἀγαθοῦ γενέσθαι. τὸ μέντοι ἐμὲ προκριθῆναι ὑφ' ὑμῶν ἄρχοντα, Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς παρόντος, ἀθ' ὑμῖν, ὅτ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι, ἀλλ' ἧττον ἂν διὰ τοῦτο τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε, παρ' αὐτῶν· ἐμοὶ δ' οὐ πάνυ τι νομίζω τοῦτο ἀσφαλὲς εἶναι.

ιη'. Ὁρῶ γὰρ, ὅτι καὶ τῇ πατρίδι μου πρόσθεν ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, πρὶν ἐποίησαν πᾶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν, Λακεδαιμονίους καὶ αὐτῶν ἡγεμόνας εἶναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὡμολόγησαν, εὐθὺς ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, καὶ οὐκέτι πέρα ἐπολιόρκησαν τὴν πόλιν. εἰ οὖν ταῦτα ἐγὼ ὁρῶν δοκοίην, ὅπου δυναίμην, ἐνταῦθ' ἄκυρον ποιεῖν τὸ ἐκείνων ἀξίωμα, ἐκεῖνο ἐννοῶ, μὴ λίαν ἂν ταχὺ σωφρονισθείην.

ιθ'. Ὃ δ' ὑμεῖς ἐννοεῖτε, ὅτι ἧττον ἂν στάσις εἴη ἑνὸς ἄρχοντος,

neim me profiteri volo, delectationem ex honore, quem mihi defertis, capere debeo; proque hoc gratiam vobis habeo, ac Deos precor, vt eam mihi facultatem dent, quo vobis me auctore boni quid aliquando eueniat. Enimuero quod me ante alios ducem creatis, quum Lacedaemonius nobis adsit: neque ex mea, neque vestra re esse arbitror. Nam minus ab eis impetrabitis, si quando vobis illorum opus erit opera: et mihi non admodum hoc tutum fore existimo.

18. Video enim prius ipsos non feciſſe finem gerendi adverſus patriam meam belli, quam vrbem noſtram profiteri coegiſſent, Lacedaemonios ipſorum etiam duces eſſe. Quod poſteaquam noſtri faſſi ſunt, mox bello finem impoſuerunt, neque deinceps amplius patriam noſtram oppugnarunt. Si ergo, quum haec perſpiciam, nihilominus viderer, vbicunque poſſem, ipſorum auctoritatem imminuere; animaduerto admodum celeriter ipſos me ad modeſtiam reuocaturos.

19. Quod autem vos exiſtimatis, minus ſeditionum futurum in

* Al. ὑμῖν.

ἄρχοντος, ἢ πολλῶν, εὖ ἴσε, ὅτι ἄλλον μὲν ἑλόμενοι οὐχ εὑρήσετέ με ϛασιάζοντα. νομίζω γὰρ, ὅτι ὅστις ἐν πολέμῳ ὢν ϛασιάζει πρὸς ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ϛασιάζει. ἂν δὲ ἐμὲ ἕληθε, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἴ τινα εὕροιτε καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοὶ ἀχθόμενον.„

κ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' εἶπε, πολὺ πλείονες ἐξανίϛαντο, λέγοντες ὡς δέοι αὐτὸν ἄρχειν. Ἀγασίας δὲ ὁ Στυμφάλιος εἶπεν, ὅτι γελοῖον εἴη, εἰ ὅτως ἔχει, ὡς οὐκ ὀργιοῦνται* Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐὰν σύνδειπνοι συνελθόντες μὴ Λακεδαιμόνιον συμποσίαρχον αἱρῶνται. ἐπεὶ εἰ ὅτω γε τοῦτ', **ἔφη, οὐδὲ λοχαγεῖν ἡμῖν ἔξεσιν, ὡς ἔοικεν, ὅτι Ἀρκάδες ἐσμέν. ἐνταῦθα δὴ, ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Ἀγασίου, ἀνεθορύβησαν.

κα'. Καὶ ὁ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ ὥρα πλείονος ἐνδέον, παρελθὼν εἶπεν· "Αλλ' ὦ ἄνδρες, ἔφη, ὡς πάνυ

in vnius quam multorum imperio: ſcire vos velim, me, ſi alium deligatis, nequaquam ſeditioſum fore. Arbitror enim, illum qui ſe belli tempore contra ducem ſeditioſe gerit, adverſus ſuam ipſius ſalutem ſeditioſum eſſe. Sin me omnino ducem eſſe voletis, mirum mihi non erit, futurum non neminem, qui non mihi ſolum, ſed vobis etiam ſuccenſeat.

20. Poſteaquam haec loquutus eſſet, multo plures ſurgebant, qui Xenophonti deferendum eſſe imperium dicerent. Et Agaſias Stymphalius ridiculum aiebat eſſe, ſi quidem ita res ſe habeat, non tum etiam iraſci Lacedaemonios, quum nonnullis, vt vna prandeant, conuenientibus, magiſterium homini Lacedaemonio non defertur. Nam ſi hoc valebit, ne nobis quidem eſſe praefectis cohortium licebit, vti videtur, qui Arcades ſumus. Tum vero, quod recte loquutum eſſe Agaſiam iudicarent, plauſus ingens excitatus.

21. Et Xenophon animaduertens amplius agendum, progreſſus in medium, ait: Vt plane

* Al. ὡς ὀργιοῦνται λ.

** Al. τοῦτ' ἴχει, ἔφη, etc.

πάνυ εἰδῆτε, ὀμνύω ὑμῖν Θεὰς πάντας καὶ πάσας, ἦ μὴν ἐγὼ, ἐπεὶ τὴν ὑμετέραν γνώμην ἠθανόμην, ἐθυόμην, εἰ βέλτιον εἴη ὑμῖν τε ἐμοὶ ἐπιτρέψαι ταύτην τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐμοὶ ὑποσῆναι· καὶ ἐμοὶ οἱ Θεοὶ ὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν, ὡς καὶ ἰδιώτην ἂν γνῶναι, ὅτι ταύτης τῆς μοναρχίας ἀπέχεσθαί με δεῖ.„

κβ'. Οὕτω δὴ Χειρίσοφον αἱροῦνται. Χειρίσοφος δ' ἐπεὶ ἠρέθη, παρελθὼν εἶπεν· "Αλλ', ἔφη, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν ἴσε, ὅτι οὐκ ἂν ἔγωγε ἐσασίαζον, εἰ ἄλλον εἵλεσθε. Ξενοφῶντα μὲν, ἔφη, ὠνήσατε οὐχὶ ἑλόμενοι· ὡς καὶ νῦν Δέξιππος ἤδη διέβαλεν αὐτὸν πρὸς Ἀναξίβιον ὅ, τι ἐδύνατο, καὶ *μάλιστα ἐμοῦ αὐτὸν σιγάζοντος. ὁ δὲ ἔφη νομίζειν αὐτὸν Τιμασίωνι μᾶλλον συνάρχειν ἐθελῆσαι Δαρδανεῖ ὄντι τοῦ Κλεάρχου στρατεύματος, ἢ ἑαυτῷ, Λάκωνι ὄντι. ἐπεὶ μέντοι ἐμὲ εἵλεσθε, ἔφη, καὶ ἐγὼ πειράσομαι ὅ, τι ἂν δύνωμαι, ὑμᾶς ἀγαθὸν ποιεῖν. καὶ ὑμεῖς οὕτω παρα-

rem intelligatis, milites, per Deos ac Deas omnes ſancte iuro, me, poſteaquam voluntatem veſtram perſpexiſſem, quaeſiſſe per exta, vobiſne conſultum eſſet, imperium hoc in me conferre, ac mihi illud ipſum accipere. Tum Dii rem omnem in extis adeo perſpicue mihi ſignificarunt, vt vel rudis extiſpicinae intelligeret, ab hoc ſummo imperio mihi abſtinendum eſſe.

22. Ita demum Cheriſopho magiſtratum mandant. Is poſteaquam creatus eſſet, procedens in medium, ait: Scitis, milites, nullam me ſeditionem excitaturum fuiſſe, ſi alium creaſſetis. Cum Xenophonte quidem certe actum bene eſt, quod a vobis lectus non fuerit. Nam Dexippus eum apud Anaxibium, quantum potuit, eſt criminatus, quum quidem ipſe inprimis os ei obſtruerem. Aiebat, exiſtimare ſe, malle ipſum collegam habere Timaſionem Dardanenſem, vnum de Clearchi militibus, quam ſe, natione Laconem. Enimuero quum me delegeritis, adnitar et ipſe, vt vobis pro meis viribus commodem. Vos ad iter ſic

* Al. καὶ μάλα ἐμοῦ αὐτὸν δεξάζοντος.

παρασκευάζεσθε, ὡς αὔριον, ἐὰν πλῷς ᾖ, ἀναξόμενοι. ὁ δὲ πλοῦς ἔσαι εἰς Ηράκλειαν. ἅπαντας δὲν δεῖ ἐκεῖσε περᾶσθαι ἥκειν· τὰ δὲ ἄλλα, ἐπειδὰν ἐκεῖσε ἔλθωμεν, βουλευσόμεθα.„

ΚΕΦ. β'.

Ἐντεῦθεν τῇ ὑστεραίᾳ ἀναγόμενοι πνεύματι καλῷ, ἔπλεον ἡμέρας δύο παρὰ γῆν. καὶ παραπλέοντες ἐθεώρων τὴν τ' Ιασωνίαν ἀκτὴν, ἔνθα ἡ Αργὼ λέγεται ὁρμίσασθαι, καὶ τῶν ποταμῶν τὰ στόματα, πρῶτον μὲν *τοῦ Θερμώδοντος, ἔπειτα δὲ τοῦ Αλυος· μετὰ δὲ τοῦτον τοῦ Παρθενίου. τοῦτον δὲ παραπλεύσαντες, ἀφίκοντο εἰς Ηράκλειαν, πόλιν Ελληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οὖσαν δ' ἐν τῇ Μαριανδηνῶν χώρᾳ.

β'. Καὶ ὡρμίσαντο παρὰ τῇ Αχερουσιάδι Χερρονήσῳ. ἔνθα λέγεται Ηρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι, οὗ νῦν τὰ σημεῖα δεικνύουσι τῆς καταβάσεως, τὸ βάθος πλέον ἢ ἐπὶ δύο στάδια. ἐνταῦθα τοῖς Ελλησιν οἱ Ηρακλεῶται

sic vosmet comparate, vt cras, si tempestas idonea fuerit, solvamus. Et quia sumus Heracleam nauigaturi, dare operam debent omnes, vt eo perueniant. De caeteris, quum eo peruentum fuerit, consultabimus.

CAP. II.

Postridie vento secundo solvunt, ac biduum propter litus maris nauigant. Inter navigandum litus Iasonium adspectant, ad quod Argo fertur appulisse; itemque fluminum ostia, primum Thermodontis, deinde Halyis, tertio Parthenii. Quem praeterecti, Heracleam perueniunt, vrbem Graecam, Megarensium coloniam, in Maryandenorum finibus sitam.

2. Portum propter Acherusiadem peninsulam ingressi sunt. Descendisse hoc loco Herculem ad Cerberum canem fama est, ac descensus etiam nunc monumenta commonstrantur, loco stadiis duobus profundiore. Mittunt huc Graecis Heraclienses hospitalia

* Al. Θερμ. ἐπ. δ. τ. Τίγρις, ἔπειτα δὲ τοῦ Αλ.

κλεῶται ξένια πέμπουσιν, ἀλφίτων μεδίμνους τρισχιλίους, καὶ οἴνου κεράμια δισχίλια, καὶ βοῦς εἴκοσι, καὶ ὄις ἑκατόν. ἐνταῦθα διὰ τοῦ πεδίου ῥεῖ ποταμὸς, Λύκος ὄνομα, εὖρος ὡς δύο πλέθρων.

γ'. Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεγέντες ἐβουλεύοντο τὴν λοιπὴν πορείαν *, πότερον κατὰ γῆν, ἢ κατὰ θάλατταν χρὴ πορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πόντου. ἀναστὰς δὲ Λύκων Ἀχαιὸς, εἶπε· Θαυμάζω μὲν, ὦ ἄνδρες, τῶν στρατηγῶν, ὅτι οὐ πειρῶνται ἡμῖν ἐκπορίζειν σιτηρέσιον. τὰ μὲν γὰρ ξένια οὐ μὴ γένηται τῇ στρατιᾷ τριῶν ἡμερῶν σῖτα· ὁπόθεν δ' ἐπισιτισάμενοι πορευσόμεθα, οὐκ ἔστιν, ἔφη. ἐμοὶ οὖν δοκεῖ, αἰτεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας μὴ ἔλαττον ἢ τρισχιλίους Κυζικηνούς. ἄλλος δ' εἶπε, μηνὸς μισθὸν μὴ ἔλαττον ἢ μυρίους, καὶ ἑλομένους πρέσβεις αὐτίκα μάλα ἡμῶν καθημένων πέμπειν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ εἰδέναι ὅ, τι ἂν ἀπαγγέλλωσι, καὶ πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι.

δ'. Ἐντεῦ-

lia munera, IIICIↃ farris medimnos, IICIↃ vini amphoras, XX boues, oues c. Labitur ibidem per campum amnis, cui nomen Lycus, latitudine duûm plethrorum.

3. Quum hoc loco milites conueniſſent, de reliquo itinere conſultabant, terrane potius, an mari eſſet exeundum e Ponto. Tum ſurgens Lyco Achaeus, in hanc ſententiam loquutus eſt: Miror equidem, milites, quid cauſſae ſit, quamobrem non dent operam duces, vt ſtipendium aliquod nobis quaerant. Nam ex donis hoſpitalibus vix trium dierum victus exercitui ſuppetet, nec locus vllus eſt, quo proficiſci frumentatum poſſimus. Quapropter arbitror petendos nobis eſſe ab Heraclienſibus nummos Cyzicenos, haud pauciores IIICIↃ. Et alius ſubiecit, petendum menſtruum ſtipendium, vt minimum CCIↃↃ Cyzicenorum. Deligendi etiam legati, qui ſtatim nobis heic ſedentibus ad vrbem mittantur, vt, quid nobis renuntient, intelligamus, et ad hoc conſilia noſtra accommodemus.

4. Itaque

* Al. poſt ſublato commate πορείαν ad πορεύεσθαι referuut.

δ'. Εντεῦθεν προβάλλονται πρέσβεις, πρῶτον μὲν Χειρίσοφον, ὅτι ἄρχων ἥρητο· εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ Ξενοφῶντα. οἱ δ' ἰσχυρῶς ἀπεμάχοντο. ἀμφοῖν γὰρ ταῦτα * ἐδόκει μὴ ἀναγκάζειν πόλιν Ελληνίδα καὶ φιλίαν, ὅ, τι μὴ αὐτοὶ ἐθέλοντες διδοῖεν.

ε'. Επεὶ δ' ἦν ἥτοι ἐδόκουν ἀπρόθυμοι εἶναι, πέμπουσι Λύκωνα Αχαιὸν, καὶ Καλλίμαχον Παρράσιον, καὶ Αγασίαν Στυμφάλιον. ἥτοι ἐλθόντες ἔλεγον τὰ δεδογμένα, τὸν δὲ Λύκωνα ἔφασαν καὶ ἐπαπειλεῖν, εἰ μὴ ποιήσαιεν ταῦτα πάντα. ἀκούσαντες δὲ οἱ Ηρακλεῶται, βουλεύσεσθαι ἔφασαν· καὶ εὐθὺς τά τε χρήματα ἐκ τῶν ἀγρῶν συνῆγον, καὶ τὴν ἀγορὰν ἔσω ἀνεσκεύασαν, καὶ αἱ πύλαι ἐκέκλειντο, καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν ὅπλα ἐφαίνετο.

ς'. Εκ τούτου οἱ παράξαντες ταῦτα, τοὺς στρατηγοὺς ἠτιῶντο διαφθείρειν τὴν πρᾶξιν· καὶ συνίσαντο οἱ Αρκάδες καὶ οἱ Αχαιοί. πρόθυμοι δὲ μάλιστα

4. Itaque deinde legatos deſignant, primum omnium Cheriſophum, quod is imperator lectus eſſet, nonnullis Xenophontem producentibus. Illi vero vehementer repugnabant, quod eadem vterque ſtatueret, Graecam nimirum vrbem, et amicitia coniunctam, non eſſe cogendam, extra quam ſi quid lubens donare vellet.

5. Quare quum hi viderentur non ſatis alacriter rem ſuſcepturi, Lyconem Achaeum, Callimachum Parrhaſium, et Agaſiam Stymphalium mittunt. Illi quum Heracleam veniſſent, quid eſſet ab exercitu decretum, exponunt. Lyconem fama eſt, etiam minas addidiſſe, ni haec facerent. Heraclienſes, audita illorum oratione, deliberaturos ſe de re tota reſpondent, ac mox quidquid eſſet rerum in agris, ad vrbem comportant, forum eodem transferunt; portis denique clauſis, arma in muris conſpiciebantur.

6. Ibi tum harum turbarum auctores criminari duces, quaſi cauſſae obfuiſſent. Simul et Arcades cum Achaeis coire, impellentibus inprimis eos

* Al. ταυτὰ.

ιε'. Ταῦτα παρελαύνων ἔλεγε, καὶ ἅμα ὑφηγεῖτο φάλαγγος, καὶ τοὺς πελταστὰς ἑκατέρωθεν ποιησάμενος ἐπορεύετο ἐπὶ τοὺς πολεμίους. παρηγγέλλετο δὲ τὰ δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως σημαίνοι τῇ σάλπιγγι· ἔπειτα δὲ εἰς προσβολὴν καθέντας ἕπεσθαι βάδην, καὶ μηδένα δρόμῳ διώκειν. ἐκ τούτου σύνθημα παρῆν, Ζεὺς Σωτὴρ, Ἡρακλῆς Ἡγεμών.

ις'. Οἱ δὲ πολέμιοι ὑπέμενον, νομίζοντες καλὸν ἔχειν τὸ χωρίον. ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, ἀλαλάξαντες οἱ Ἕλληνες πελταστὰὶ ἔθεον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, πρίν τινα κελεύειν. οἱ δὲ πολέμιοι ἀντίοι ὥρμησαν, οἵ τε ἱππεῖς καὶ τὸ σίφος τῶν Βιθυνῶν, καὶ τρέποντας τοὺς πελταστὰς ἅμα.

ιζ'. Ἐπεὶ δὲ ὑπηντίαζεν ἡ φάλαγξ τῶν ὁπλιτῶν ταχὺ πορευομένη, καὶ ἅμα ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, καὶ ἐπαιάνιζον, καὶ μετὰ ταῦτα ἠλάλαζον, καὶ ἅμα τὰ δόρατα

centem, et gerentem, apud quos velit, memoriam ſui excitare.

15. Haec, copias praeteruehens, quum dixiſſet Xenophon, ſimul et phalangi dux erat, et peltatis vtrinque diſpoſitis, in hoſtem pergebat. Mandabat etiam, vt haſtas humeris dextris geſtarent, donec tuba ſignum dediſſet: tum vero, demiſſis eis ad feriendum hoſtem, pedetentim ſequerentur, neque quisquam curſu inſequeretur hoſtem. Poſt haec teſſera per exercitum dicta, Iupiter Seruator, Dux Hercules.

16. Hoſtes, quod opportuno ſe loco eſſe crederent, perſtabant. At quum iam propius ventum eſſet, qui ex Graecis cetrati erant, clamore bellico ſublato, prius in hoſtem curſu ferebantur, quam quiſquam iuberet. E contrario tum equites hoſtium, tum Bithynorum globus, in hos tendebant, eosque terga cogebant dare.

17. Verum vbi grauis armaturae peditum phalanx celeriter pergens in ſubſidium venit, ſimulque tuba clangente, paeanem hi exordirentur, et vlulatum Martium tollerent, et haſtas

ρατα καθίεσαν· ἐνταῦθα ἀκέτι ἐδέξαντο οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἔφευγον. καὶ Τιμασίων μὲν ἔχων τὰς ἱππεῖς ἐφείπετο, καὶ ἀπεκτίννυσαν ὅσους περ ἐδύναντο, ὡς ὀλίγοι ὄντες.

ιή. Τῶν δὲ πολεμίων τὸ μὲν εὐώνυμον εὐθὺς διεσπάρη, καθ' ὃ οἱ Ελληνες ἱππεῖς ἦσαν· τὸ δὲ δεξιὸν, ἅτε ἀσφόδρα διωκόμενον, ἐπὶ λόφου συνέσχε. ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ Ελληνες ὑπομένοντας αὐτοὺς, ἐδόκει ῥᾴδιόν τε καὶ ἀκινδυνότατον εἶναι ἰέναι ἤδη ἐπ' αὐτούς. παιανίσαντες δὴν, εὐθὺς ἐπορεύοντο· οἱ δὲ οὐχ ὑπέμειναν. καὶ ἐνταῦθα οἱ πελτασαὶ ἐδίωκον, μέχρι τὸ δεξιὸν αὖ διεσπάρη· ἀπέθανον δ' ὀλίγοι. τὸ γὰρ ἱππικὸν φόβον παρεῖχε, τὸ τῶν πολεμίων, πολὺ ὄν.

ιθ. Επεὶ δὲ εἶδον οἱ Ελληνες τό, τε Φαρναβάζου ἱππικὸν ἔτι συνεσηκὸς, καὶ τοὺς Βιθυνοὺς ἱππέας πρὸς τούτους συναθροιζομένους, καὶ ἀπὸ λόφου τινὸς καταθεωμένους τὰ γιγνόμενα, ἀπειρήκεσαν

pariter demitterent; tum vero non amplius hoſtes impetum ſuſtinere, ſed totos ſe fugae dare. Sequebatur eos Timaſion cum equitibus: qui ſane pro ſua paucitate quotcunque poterant, occidebant.

18. Ita ſiniſtrum quidem hoſtium cornu, cui Graeci equites oppoſiti fuerant, ſtatim eſt diſſipatum. At enim quia dextrum non admodum a perſequentibus premeretur, in colle quodam rurſus coiit. Quos Graeci quum conſiſtere viderent, nihil facilius, neque minus periculoſum eſſe putabant, quam ſi eos inuaderent. Quare paeanem canentes recta pergebant, quumque illi non reſiſterent, cetrati eos perſequebantur, donec dextrum etiam cornu diſſiparetur. Interfecti pauci admodum, quod equeſtres hoſtium copiae, multae numero, formidini noſtris eſſent.

19. At quum Graeci viderent, etiam Pharnabazi equitatum necdum diſſipatum eſſe, ac Bithynos equites ad eos ſeſe aggregare, deque colle quodam, quidquid accideret, ſpectare; quanquam labore defatigati

σαν μὲν, ὅμως δ' ἐδόκει καὶ ἐπὶ τούτους ἰτέον εἶναι ὅτως, ὅπως δύναιντο, ὡς μὴ τεθαρρηκότες ἀναπαύσαιντο. συντα-ξάμενοι δὴ πορεύονται.

κ'. Ἐντεῦθεν οἱ πολέμιοι ἱππεῖς φεύγουσι κατὰ τὴν πρανῆ ὁμοίως, ὥσπερ ὑπὸ ἱππέων διωκόμενοι. νάπος γὰρ αὐτοὺς ὑπεδέχετο, ὃ οὐκ ἤδεισαν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ προαπετράποντο διώκοντες· ὀψία γὰρ ἦν. ἐπανελθόντες δὲ ἔνθα δὴ ἡ πρώτη συμβολὴ ἐγένετο, στησάμενοι τρόπαιον, ἀπῆσαν ἐπὶ θάλατταν περὶ ἡλίου δυσμάς. σάδιοι γὰρ ἦσαν ὡς ἑξήκοντα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

ΚΕΦ. ς'.

Ἐντεῦθεν οἱ μὲν πολέμιοι εἶχον ἀμφὶ τὰ ἑαυτῶν, καὶ ἀπήγοντο τοὺς οἰκέτας καὶ τὰ χρήματα ὅπη ἐδύναντο προσωτάτω. οἱ δὲ Ἕλληνες ἀνέμενον μὲν Κλέανδρον, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα, ὡς ἥξοντα· ἐξιόντες δὲ ἑκάστης ἡμέρας σὺν τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἀνδραπόδοις, ἐφέροντο

defatigati eſſent, tamen in hos etiam pergere ſtatuunt, quacunque ratione poſſent, ne ſumta fiducia reſpirarent. Itaquè inſtructi in eos tendunt.

20. Tum equitatus hoſtium non aliter per decliuia fugere, atque ſi equites perſequerentur. Nam ſaltus eos excipiebat, quod Graeci ignorabant, iam ante facta conuerſione a perſequendo deſiſtentes; quod adueſperaſceret. Quumque illum ad locum rediiſſent, vbi primum conflixerant, erecto tropaeo, ſole iam occidente, ad mare reuertuntur. Abfuerant enim a caſtris plus minus ſexaginta ſtadiis.

CAP. VI.

Poſt eam pugnam hoſtes ſuis rebus prouidebant, ac domeſticos, et facultates ſuas, quo poterant, longiſſime abducebant. At Graeci dum Cleandrum, et triremes, ac naves expectarent, quae venturae dicebantur; quotidie cum iumentis et mancipiis exeuntes, nullo cum metu triticum,

ρουτο ἀδεῶς ἤδη πυρὸς, κριθὰς, οἶνον, ὄσπρια, μελίνας, σῦκα· πάντα γὰρ εἶχεν ἡ χώρα, πλὴν ἐλαίᾳ.

β'. Καὶ ὁπότε μὲν καταμένοι τὸ στράτευμα ἀναπαυόμενον, ἐξῆν ἐπὶ λείαν ἰέναι, καὶ ἐλάμβανον ἐξιόντες· ὁπότε δ' ἐξίοι πᾶν τὸ στράτευμα, εἴ τις χωρὶς ἀπελθὼν λάβοι τι, δημόσιον ἔδοξεν εἶναι. ἤδη δὲ ἦν πολλὴ πάντων ἀφθονία. καὶ γὰρ ἀγοραὶ πάντοθεν ἀφικνοῦντο ἐκ τῶν Ελληνίδων πόλεων, καὶ οἱ παραπλέοντες ἄσμενοι κατέπεμπον *, ἀκούοντες ὡς οἰκίζοιτο πόλις, καὶ λιμὴν εἴη.

γ'. Επεμπον δὲ καὶ οἱ πολέμιοι ἤδη πλησίον οἰκοῦντες πρὸς Ξενοφῶντα, ἀκούοντες ὅτι ὅστος πολίζει τὸ χωρίον, ἐρωτῶντες ὅ, τι δέοι ποιοῦντας φίλους εἶναι. ὁ δ' ἐπεδείκνυεν αὐτὸς τοῖς στρατιώταις. καὶ ταύτῳ Κλέανδρος ἀφικνεῖται, δύο τριήρεις ἔχων, πλοῖον δ' οὐδέν.

δ'. Ετύγχανε

cum, hordeum, vinum, legumina, panicum, ficos congerebant. Nam regio haec omnium ferax erat, extraquam olei.

2. Quod si totus exercitus quiescendi causſa in castris commoraretur, praedatum licebat aliquibus exire, neque deerat exeuntibus, quod acciperent. At vero quum vniversae copiae egrediebantur, tum si quis aliquo secedens nonnihil conquireret; id publicum esse debere, decreto sanxerunt. Iam magna rerum omnium copia instructi erant. Nam et commeatus vndique de Graecis vrbibus aduehebantur, et qui nauigiis praeteriegerent, libenter appellebant. Inaudierant enim oppidum istic extrui, neque portum ei loco deesse.

3. Etiam hostes denique proximi ad Xenophontem mittunt, quem oppidum eo loco condere audiebant, et per legatos interrogant, quid sibi faciundum esset, vt in amicitiam reciperentur. Eos quum Xenophon militibus ostenderet, Cleander cum duabus quidem triremibus venit, sed navigio nullo.

4. Forte

* Al. κατεῖχον. al. κατῆγον.

δ'. Ετύγχανε δὲ τότε στράτευμα ἔξω ὂν, ὅτε ἀφίκετο, καὶ ἐπὶ λείαν τινὲς οἰχόμενοι, ἄλλοι εἰς τὸ ὄρος· καὶ εἰλήφεσαν πρόβατα πολλά· ὀκνοῦντες δὲ μὴ ἀφαιρεθεῖεν, τῷ Δεξίππῳ λέγουσιν, (ὃς ἀπέδρα τὴν πεντηκόντορον ἔχων ἐκ Τραπεζοῦντος) καὶ κελεύουσι διασώσαντα τὰ πρόβατα, τὰ μὲν αὐτὸν λαβεῖν, τὰ δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἀποδοῦναι.

ε'. Εὐθὺς δ' ἐκεῖνος ἀπελαύνει τοὺς περιεστῶτας τῶν στρατιωτῶν, καὶ λέγοντας, ὅτι δημόσια ταῦτ' εἴη· καὶ τῷ Κλεάνδρῳ εὐθὺς ἐλθὼν λέγει, ὅτι ἁρπάζειν ἐπιχειροῦσιν. ὁ δὲ κελεύει τὸν ἁρπάζοντα ἄγειν πρὸς αὑτόν. καὶ ὁ μὲν λαβὼν ἄγει τινά· περιτυχὼν δ' Αγασίας ἀφαιρεῖται. καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ ὁ ἀγόμενος λοχίτης. οἱ δὲ ἄλλοι οἱ παρόντες τῶν στρατιωτῶν ἐπιχειροῦσι βάλλειν τὸν Δέξιππον, ἀναπαλοῦντες τὸν προδότην. ἔδεισαν δὲ καὶ τῶν τεριήρων πολλοὶ, καὶ ἔφευγον εἰς τὴν θάλατταν. Κλέανδρος δ' ἔφευγε.

ς'. Ξενο-

4. Forte id temporis, quo appulit, exercitus aberat; et ſeorſum nonnulli praedatum iuerant in montem, qui multas pecudes ceperant. Et quia verebantur, ne ipſis adimerentur: Dexippo rem exponunt, illi viro, qui Trapezunte cum quinquaginta remorum naui aufugerat; eumque iubent conſeruati pecoris partem retinere, partem ipſis reſtituere.

5. Mox ille milites abigit, qui circumſtabant, et oues has publicas eſſe dicebant. Quumque recta pergeret ad Cleandrum, ait milites hos, ſibi pecudes eripere velle. Cleander eum, qui hoc moliretur, duci ad ſe iubet. Itaque captum quendam ducit: quem ei forte tum interueniens Agaſias eripit; quod is, qui ducebatur, vnus eſſet ex ipſius cohorte. Heic milites caeteri, qui aderant, iacere lapides in Dexippum coeperunt; et proditorem eum eſſe clamabant. Tunc et remiges plerique, metu correpti, ad mare fugere, et Cleander ipſe fuga ſibi conſulere.

6. Xeno-

Ϛ'. Ξενοφῶν δὲ, καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ κατεκώλυόν τε, καὶ τῷ Κλεάνδρῳ ἔλεγον, ὅτι κόδὲν εἴη πρᾶγμα, ἀλλὰ τὸ δόγμα εἴη αἴτιον, τὸ τᾶ στρατεύματος, ταῦτα γενέσθαι. ὁ δὲ Κλέανδρος ὑπὸ τᾶ Δεξίππα τε ἀνεστεθιζόμενος, καὶ αὐτὸς ἀχθεσθεὶς, ὅτι ἐφοβήθη, ἀποπλευσεῖσθαι ἔφη, καὶ κηρύξειν, μηδεμίαν πόλιν δέχεσθαι, ὡς πολεμίους.

ζ'. Ἦρχον δὲ τότε πάντων τῶν Ἑλλήνων οἱ Λακεδαιμόνιοι. ἐνταῦθα πονηρὸν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο εἶναι τοῖς Ἕλλησι, καὶ ἐδέοντο μὴ ποιεῖν ταῦτα. ὁ δ' ἂν ἄλλως ἔφη γενέσθαι, εἰ μή τις ἐκδώσει τὸν ἄρξαντα βάλλειν, καὶ τὸν ἀφελόμενον.

η'. Ἦν δὲ, ὃν ἐζήτει, Ἀγασίας, διὰ τέλους φίλος τῷ Ξενοφῶντι· ἐξ ἃ καὶ διέβαλεν αὐτὸν ὁ Δέξιππος. ἐντεῦθεν, ἐπειδὴ ἀπορία ἦν, συνήγαγον τὸ στράτευμα οἱ ἄρχοντες· καὶ ἔνιοι μὲν αὐτῶν παρ' ὀλίγον ἐποιοῦντο τὸν Κλέανδρον· τῷ δὲ Ξενοφῶντι κκ ἐδόκει φαῦλον εἶναι τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἀναστὰς ἔλεξεν·

θ'. Ὦ

6. Xenophon autem cum ducibus caeteris militem compescebat, et Cleandrum monebat, nihil esse periculi: saltem decretum exercitus in caussa esse, cur haec accidissent. At Cleander, partim incensus a Dexippo, partim indignatus, quod trepidasset: discessurum se cum nauibus ait, ac per praecones denuntiaturum; ne qua vrbs eos, vt qui hostes essent, exciperet.

7. Et imperabant id temporis Lacedaemonii Graecis omnibus. Quare visa est Graecis militibus ea res fore perniciosa, Cleandrumque rogabant, ne id faceret. At is nequaquam aliter futurum aiebat, extra quam si is, qui primus lapides iecisset, et qui militem eripuisset, dederentur.

8. Erat is, quem quaerebat, Agasias, Xenophonti perpetuus amicus; eaque caussa fuit, cur illum Dexippus criminatus. Quum tam difficilis rerum status esset, duces ad concionem exercitum vocant. Nonnulli eorum non magni Cleandrum faciebant: Xenophon rem minime contemnendam aiebat esse: et assurgens, hanc orationem habuit:

9. Equi-

θ'. "Ω ἄνδρες στρατιῶται, ἐμοὶ μὲ φαῦλον δοκεῖ εἶναι τὸ πρᾶγμα, εἰ ἡμῖν ὅτως ἔχων τὴν γνώμην Κλέανδρος ἄπεισιν, ὥσπερ λέγει. εἰσὶ μὲν γὰρ ἤδη ἐγγὺς αἱ Ελληνίδες πόλεις· τῆς δ' Ελλάδος Λακεδαιμόνιοι προεστήκασιν. ἱκανοὶ δέ εἰσι καὶ εἷς ἕκαστος Λακεδαιμονίων ἐν ταῖς πόλεσιν, ὅ, τι βούλονται διαπράττεσθαι. εἰ δ' ὅν ὅτος πρῶτον μὲν ἡμᾶς Βυζαντίᾳ ἀποκλείσει, ἔπειτα δὲ τοῖς ἄλλοις ἀρμοσταῖς παραγγείλῃ εἰς τὰς πόλεις μὴ δέχεσθαι, ὡς ἀπιστοῦντας Λακεδαιμονίοις, καὶ ἀνόμους ὄντας· ἔτι δὲ πρὸς Ἀναξίβιον τὸν ναύαρχον ὅτος ὁ λόγος περὶ ἡμῶν ἥξει· ὥστε χαλεπὸν εἶναι καὶ μένειν καὶ ἀποπλεῖν. καὶ γὰρ ἐν τῇ γῇ ἄρχουσι Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ τὸν νῦν χρόνον. ὅκων δεῖ ὅτε ἑνὸς ἄνδρος ἕνεκα ὅτε δυοῖν ἡμᾶς τὰς ἄλλας τῆς Ελλάδος ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ πειστέον ὅ, τι ἂν κελεύωσι. καὶ γὰρ αἱ πόλεις ἡμῶν, ὅθεν ἐσμὲν, πείθονται αὐτοῖς. ἐγὼ μὲν ὅν, (καὶ γὰρ ἀκήκοα Δέξιππον λέγειν πρὸς Κλέανδρον,

9. Equidem, milites, rem non nullius esse momenti arbitror, Cleandrum erga nos affectum ita, vti se declarat, discedere. Nam Graecae iam nobis vrbes proximae sunt, et Lacedaemonii Graeciae praesunt. Illorum ea potentia est, vt quiuis Lacedaemonius in Graeci nominis vrbibus id, quod cupit, efficere possit. Quare si nos primum Byzantio Cleander excludet, ac deinde praefectis caeteris denuntiabit, ne nos in vrbes admittant, quasi qui contumaces adversus Lacedaemonios, et improbi simus: etiam ad Anaxibium nauarchum haec de nobis fama permanabit, quo fiet, vt difficulter et heic mansuri, et hinc nauigiis discessuri simus. Quippe tam terra Lacedaemonii, quam mari hoc tempore imperant. Quapropter vnius et alterius hominis caussa nos reliquos excludi Graecia minime aequum est, sed parendum ipsis erit, quidquid tandem iusserint. Nam et vrbes illae, in quibus nati sumus, ipsis dicto sunt audientes. Ego quidem, qui dicere Cleandro Dexippum audio, non

δρον, ὡς οὐκ ἂν ἐποίησεν Αγασίας ταῦτα, εἰ μὴ ἐγὼ αὐτὸν ἐκέλευσα) ἐγὼ ὧν ἀπολύω καὶ ὑμᾶς τῆς αἰτίας, καὶ Αγασίαν, ἂν αὐτὸς Αγασίας φήσῃ ἐμὲ τινὸς τούτων αἴτιον εἶναι, καὶ καταδικάζω ἐμαυτῷ, εἰ ἐγὼ πετροβολίας ἢ ἄλλῳ τινὸς βιαίῳ ἐξάρχω, τῆς ἐσχάτης δίκης ἄξιος εἶναι, καὶ ὑφέξω τὴν δίκην. Φημὶ δὲ, καὶ εἴ τινα ἄλλον αἰτιᾶται, ἑαυτὸν χρῆναι παρασχεῖν Κλεάνδρῳ κρῖναι. οὕτω γὰρ ἂν ὑμεῖς ἀπολελυμένοι τῆς αἰτίας εἴητε. ὡς δὲ νῦν ἔχει, χαλεπὸν, εἰ οἰόμενοι ἐν τῇ Ελλάδι καὶ ἐπαίνου καὶ τιμῆς τεύξεσθαι, ἀντὶ τούτων μηδ' ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις ἐσόμεθα, ἀλλ' εἰρξόμεθα ἐκ τῶν Ελληνίδων πόλεων.„

ί. Μετὰ ταῦτα ἀναστὰς Αγασίας εἶπεν· "Εγωὲ, ὦ ἄνδρες, ὄμνυμι Θεοὺς καὶ Θεὰς, ἢ μὴν μήτε ἐμὲ Ξενοφῶντα κελεῦσαι ἀφελέσθαι τὸν ἄνδρα, μήτε ὑμῶν ἄλλον μηδένα· ἰδόντι δέ μοι ἄνδρα ἀγαθὸν ἀγόμενον τῶν ἐμῶν λοχιτῶν ὑπὸ Δεξίππου, ὃν ὑμεῖς ἐπίστασθε ὑμᾶς προδόντα, δεινὸν ἔδοξεν εἶναι· καὶ ἀφειλόμην, ὁμολογῶ. καὶ ὑμεῖς μὲν

non aufurum haec fuiſſe Agaſiam, niſi meo iuſſu; et vos et Agaſiam hac culpa libero, ſi me Agaſias ipſe fatebitur horum auctorem eſſe; adeoque memet condemno, ſi vel lapidationi, vel alteri violento facinori princeps ipſe cauſſam praebeo, vt tanquam extremi ſupplicii reus poenis ſubiiciar. Itidem ſentio debere et alium quemuis, in quem Cleander culpam confert, ei ſe iudicio ſiſtere. Nam ea ratione vos omni culpa liberabimini. Sane qui nunc rerum ſtatus eſt, graue profecto, ſi ne quidem reliquis pares erimus, Graecis ciuitatibus excluſi; quum ipſi exiſtimemus in Graecia nos et laudem et honorem conſequuturos.

10. Poſt haec Agaſias quum ſurrexiſſet, inquit: Deos ego, milites, ac Deas ſancte teſtor, neque Xenophontem mihi mandaſſe, vt hominem illum eriperem, neque quenquam alium ex vobis: ſed quum virum fortem ex cohorte mea duci a Dexippo viderem, a quo vos deſertos eſſe ſcitis, grauis ea res mihi viſa eſt. Itaque hominem eripui, fateor. Nec tamen

vos

μὲν μὴ ἐκδῶτε· ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν, ὥσπερ Ξενοφῶν λέγει, παρασχήσω κρίναντι Κλεάνδρῳ, ὃ ἂν βάληται ποιῆσαι. τούτου ἕνεκα μήτε πολεμῆτε Λακεδαιμονίοις, σώζοισθέ * τε ἀσφαλῶς, ὅπη θέλει ἕκαστος. συμπέμψατε μέντοι ὑμῶν αὐτῶν ἑλόμενοι πρὸς Κλέανδρον, οἵτινες, ἐάν τι ἐγὼ παραλείπω, καὶ λέξουσιν ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ πράξουσιν.„

ια'. Ἐκ τούτου ἔδωκεν ἡ στρατιὰ ὕστινας βούλοιτο προελόμενον ἰέναι. ὁ δὲ προείλετο τοὺς στρατηγούς. μετὰ ταῦτα ἐπορεύοντο πρὸς Κλέανδρον Ἀγασίας καὶ οἱ στρατηγοὶ, καὶ ὁ ἀφαιρεθεὶς ἀνὴρ ὑπὸ Ἀγασίου· καὶ ἔλεγον οἱ στρατηγοί·

ιβ'. "Επεμψεν ἡμᾶς ἡ στρατιὰ πρός σε, ὦ Κλέανδρε, καὶ ἐκέλευσέ σε, εἴ τε πάντας αἰτιᾷ, κρίναντα σεαυτὸν χρῆσθαι· ὅ, τι ἂν βούλῃ· εἴ τε ἕνα τινὰ, ἢ δύο, ἢ καὶ πλείους αἰτιᾷ, τούτους ἀξιοῦσι παρασχεῖν σοι ἑαυτοὺς εἰς κρίσιν. εἴ τι οὖν ἡμῶν τινὰ αἰτιᾷ, πάρεσμεν

vos me Cleandro dedatis, neceſſe eſt: ego me ipſum, vt Xenophon faciundum cenſet, Cleandro tradam, vt mecum pro arbitratu ſuo agat. Non eſt, quod vos hac de cauſſa bellum cum Lacedaemoniis geratis; ſed potius incolumes eo velim perueniatis, quo quiſque cupit. Nihilominus quoſdam ex vobis ipſis deligite, quos mecum ad Cleandrum mittatis; vt, ſi quid ego praetermiſero, meo nomine tum dicant tum agant.

11. Heic permiſſum ei ab exercitu, deligeret, quos vellet, eoſque ſecum ſumeret. Agaſias duces deligit. Quare cum ducibus, et eo milite, quem Dexippo eripuerat, ad Cleandrum pergit Agaſias: ad quem vbi peruenissent, duces eum in hanc ſententiam compellarunt.

12. Exercitus, Cleander, nos ad te miſit, teque vult, ſiquidem omnes in culpa eſſe arbitreris, iudicio facto, pro arbitratu tuo in ſontes animaduertere: ſin vel in vnum aliquem, vel duos, vel plures culpam conferas; aequum cenſent, vt ipſi ſemet tibi iudicio ſiſtant. Quare ſi quid eſt, in quo noſtrum

* Al. σώζεσθέ τε.

πάρεσμέν σοι ἡμεῖς, εἴ τε καὶ ἄλλον τινὰ, φράσον. οἶδεις γάρ σοι ἀπέσαι, ὅσις ἂν ἡμῖν ἐθελήσει πείθεθαι.»

ιγ'. Μετὰ ταῦτα παρελθὼν ὁ Αγασίας εἶπεν· «ἐγώ εἰμι, ὦ Κλέανδρε, ὁ ἀφελόμενος Δεξίππε ἄγοντος τοῦτον τὸν ἄνδρα, καὶ παίειν κελεύσας Δέξιππον. τοῦτον μὲν γὰρ οἶδα ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα, Δέξιππον δὲ αἱρεθέντα οἶδα ὑπὸ τῆς στρατιᾶς, ἄρχειν τῆς πεντηκοντόρε, ἧς ἠτησάμεθα παρὰ Τραπεζουντίων, ἐφ' ᾧ τε πλοῖα συλλέγειν, ὡς σωζοίμεθα· καὶ ἀποδράντα Δέξιππον, καὶ προδόντα τὰς στρατιώτας, μεθ' ὧν ἐσώθη. καὶ τὰς τε Τραπεζουντίας ἀπεστερήκαμεν τὴν πεντηκόντορον, καὶ κακοὶ δοκοῦμεν εἶναι διὰ τοῦτον· αὐτοί τε, τὸ ἐπὶ τούτῳ, ἀπολώλαμεν πάντες. ἦκε γὰρ, ὥσπερ ἡμεῖς, ὡς ἄπορον εἴη, πεζῇ ἀπιόντας, τὰς ποταμούς τε διαβῆναι, καὶ σωθῆναι εἰς τὴν Ελλάδα. τοῦτον οὖν τοιοῦτον ὄντα ἀφειλόμην. εἰ δὲ σὺ ἦγες,

strum quenquam accuſes, adſumus tibi: ſin eſt alius quispiam, eum nobis edito. Quippe nemo erit, quem non tibi traditurі ſimus, modo nobis parere voluerit.

13. Tum progreſſus in medium Agaſias ait: Ego ſum, Cleander, qui hunc hominem abducenti Dexippo eripui, et qui feriri Dexippum iuſſi. Etenim hunc ego virum fortem eſſe noram, Dexippum autem ſciebam ab exercitu lectum fuiſſe, qui actuariae nauі remigum quinquaginta, quam a Trapezuntiis petiueramus, ea de cauſſa praeeſſet; vt navigia cogeret, quibus incolumes aueheremur. Eundem aufugiſſe ſciebam, atque eos milites prodidiſſe, quibuſcum ſaluus eo peruenerat. Ita et a nobis Trapezuntii quinquaginta remigum naue ſpoliati ſunt, et improbi propter hunc eſſe viſi ſumus: per ipſum denique non ſtetit, quominus iam periiſſemus omnes. Nam aeque ac nos audierat, non poſſe, ſi pedeſtri itinere diſcederemus, traiici a nobis fluuios, ac nos ſalvos in Graeciam peruenire. Huic ergo talem hominem eripui.

ἦγες, ἢ ἄλλος τις τῶν παρὰ σοῦ, καὶ μὴ τῶν παρ' ἡμῶν ἀποδράντων, εὖ ἴσθι, ὅτι οὐδὲν ἂν τούτων ἐποίησα. νόμιζε δ', ἐὰν ἐμὲ νῦν ἀποκτείνῃς, δι' ἄνδρα δειλόν τε καὶ πονηρὸν, ἀγαθὸν ἀποκτενών.„

ιδ'. Ακούσας ταῦτα ὁ Κλέανδρος ἔφη, ὅτι Δέξιππον μὲν οὐκ ἐπαινεῖ, εἰ ταῦτα πεποιηκὼς εἴη· οὐ μέντοι ἔφη νομίζειν, οὐδ' εἰ παμπόνηρος ἦν Δέξιππος, βίαν χρῆναι πάσχειν αὐτὸν, ἀλλὰ κριθέντα, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν, ἀξιοῦσθαι* τῆς δίκης τυχεῖν. νῦν μὲν οὖν ἄπιτε, καταλιπόντες τοῦτον τὸν ἄνδρα· ὅταν δ' ἐγὼ κελεύσω, πάρεστε πρὸς τὴν κρίσιν. αἰτιῶμαι δὲ ὅτε τὴν στρατιὰν, ὅτε ἄλλων** οὐδένα, ἐπεί γε οὗτος αὐτὸς ὁμολογεῖ ἀφελέσθαι τὸν ἄνδρα.

ιε'. Ο δ' ἀφαιρεθεὶς εἶπεν, ἐγὼ, ὦ Κλέανδρε, εἰ καὶ οἴει με ἀδικοῦντά τι ἄγεσθαι, ὅτ' ἔπαιον οὐδένα, ὅτ' ἔβαλλον· ἀλλ' εἶπον, ὅτι δημόσια εἴη τὰ πρόβατα. ἦν γὰρ τῶν στρατιωτῶν δόγμα, εἴ τις,

pui. Ac ſi tu eum abduxiſſes, vel tuorum quiſpiam, non eorum, qui a nobis aufugerunt; ſcito, me nunquam id facturum fuiſſe. Quod ſi me iam interficies, velim exiſtimes te virum fortem in gratiam ignaui et improbi hominis occidere.

14. Haec quum Cleander audiiſſet, non laudare ſe Dexippum ait, qui haec deſignaverit: neque tamen exiſtimare ſe, vi agendum cum Dexippo fuiſſe, tametſi nequiſſimus eſſet: ſed fuiſſe poſtulandum, vt in iudicium arceſſitus, quemadmodum vobiſcum modo agitur, ſupplicio multaretur. Vos quidem modo diſcedite, hoc homine relicto; et ad iudicium, quum ego denuntiauero, praeſto eſtote. Neque iam amplius, quod vel de exercitu, vel quoquam alio querar, habeo: quando hic ipſe fatetur, ſe hominem eripuiſſe.

15. Tum is, qui ereptus fuerat, inquit: Tametſi tu me, Cleander, iniuſte quid deſignantem abductum fuiſſe putas: ego tamen neque percuſſi quenquam, neque lapidibus petii. Tantum oues illas eſſe publicas dixi. Nam decreto ſan-

* Al. ἀξιοῦται, al. ἀλλὰ κριθέντα (ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν ἀξιοῦτε) τῆς δ. τ.
** Al. ἄλλον.

τις, ὁπότε ἡ στρατιὰ ἐξίοι, ἰδίᾳ λῃΐζοιτο, δημόσια εἶναι τὰ ληφθέντα. ταῦτ' εἶπον, καὶ ἐκ τούτου με λαβὼν ὅτος ἦγεν· ἵνα μὴ φθέγγοιτο μηδεὶς, ἀλλ' αὐτὸς λαβὼν τὸ μέρος, διασώσειε τοῖς λῃσταῖς παρὰ τὴν ῥήτραν τὰ χρήματα. πρὸς ταῦτα ὁ Κλέανδρος εἶπεν, ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτος εἶ, κατάμενε, ἵνα καὶ περὶ σοῦ βουλευσώμεθα.

ις'. Ἐκ τούτου οἱ μὲν ἀμφὶ Κλέανδρον ἠρίστων· τὴν δὲ στρατιὰν συνῆγε Ξενοφῶν, καὶ συνεβούλευε πέμψαι ἄνδρας πρὸς Κλέανδρον, παραιτησομένους περὶ τῶν ἀνδρῶν. ἐκ τούτου ἔδοξεν αὐτοῖς πέμψαντας στρατηγοὺς, καὶ λοχαγοὺς, καὶ Δρακόντιον τὸν Σπαρτιάτην, καὶ τῶν ἄλλων, οἳ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι εἶναι, δεῖσθαι Κλεάνδρου κατὰ πάντα τρόπον ἀφεῖναι τὼ ἄνδρε. ἐλθὼν οὖν Ξενοφῶν λέγει·

ιζ'. "Ἐχεις μὲν, ὦ Κλέανδρε, τοὺς ἄνδρας, καὶ ἡ στρατιά σοι ἐφεῖτο ὅ, τι ἐβούλου ποιῆσαι, καὶ περὶ τούτων,

citum a militibus fuerat, vt, si quis, exeuntibus vniuersis copiis, seorsum praedam egisset; quidquid nactus esset, publicum faceret. Haec mea fuere verba, statimque Dexippus me prehensum abduxit, ne quis de ipso quid enuntiaret, adeoque vt contra edictum iis, qui eam ceperant, praedam conseruaret, cuius ipsi pars cessisset. Ad ea Cleander: Quando, inquit, talis es, heic maneto, vt de te quoque deliberemus.

16. Post haec Cleander cum suis cibum capit: Xenophon autem, vocato ad concionem milite, suadere se dixit; vt quidam ad Cleandrum mittantur, qui pro iis, qui dediti essent, intercederent. Factum decretum, vt ablegatis praetoribus, cohortium praefectis, Dracontio Spartano, aliis, qui viderentur idonei, Cleander omni studio rogaretur, quo vtrumque dimitteret. Quum ad Cleandrum ventum esset, hanc Xenophon orationem habuit:

17. Habes, Cleander, in potestate tua, quos volebas; adeoque permisit exercitus tibi, vt

pro

τούτων, καὶ περὶ ἑαυτῶν ἁπάντων. νῦν δέ σε αἰτοῦνται καὶ δέονται, δοῦναι σφίσι τῷ ἄνδρε, καὶ μὴ κατακαίνειν. πολλὰ γὰρ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ περὶ τὴν στρατιὰν ἐμοχθησάτην. ταῦτα δὲ σοῦ τυχόντες, ὑπισχνοῦνταί σοι ἀντὶ τούτων, ἐὰν βούλῃ ἡγεῖσθαι αὐτῶν, καὶ ἐὰν οἱ Θεοὶ ἵλεῳ ὦσιν, ἐπιδείξειν σοι, καὶ ὡς κόσμιοί εἰσι, καὶ ὡς ἱκανοὶ τῷ ἄρχοντι πειθόμενοι τοὺς πολεμίους σὺν τοῖς Θεοῖς μὴ φοβεῖσθαι. δέονται δέ σου καὶ τοῦτο, παραγενόμενον καὶ ἄξαντα αὐτῶν, πεῖραν λαβεῖν καὶ Δεξίππου, καὶ σφῶν, καὶ τῶν ἄλλων, οἷος ἕκαστός ἐστι, καὶ τὴν ἀξίαν ἑκάστοις νεῖμαι.„

ιη'. Ακούσας ταῦτα ὁ Κλέανδρος, "ἀλλὰ ναὶ μὰ τὼ Σιώ, ἔφη, ταχύ τοι ὑμῖν ἀποκρινοῦμαι· καὶ τώ τε ἄνδρε ὑμῖν δίδωμι, καὶ αὐτὸς παρέσομαι. καὶ ἐὰν οἱ Θεοὶ παραδιδῶσί τι, ἐξηγήσομαι εἰς τὴν Ελλάδα. καὶ πολὺ οἱ λόγοι οὗτοι ἀντίοι εἰσὶν, ἢ ὡς ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἐνίων ἤκουον, ὡς τὸ στράτευμα ἀφίστατο* ἀπὸ Λακεδαιμονίων.„

ιθ'. Ex

pro lubitu tuo non de his ſolum, ſed etiam de ipſis vniuerſis ſtatueres. Nunc abs te petunt, teque rogant, vt eis vtrumque condones; neue homines hos interficias. Nam ſuperiori tempore multos pro exercitu labores exantlarunt. Haec abs te ſi impetrent, viciſſim pollicentur, ſi dux ipſorum eſſe velis, ac Dii propitii fuerint; declaraturos ſe tibi, quam modeſti ſint, quamque periti parendi ſuo imperatori, nullos adeo, Diis freti, hoſtes metuant. Hoc etiam petunt, vt, accepto imperio, ad ipſos venias, et tam de Dexippo, quam ipſis, et aliis periculum facias, quam ipſorum quilibet ſuum cuique tribuere poſſit.

18. Quum haec audiiſſet Cleander: Ego vero, per Deos immortales, (*per Dioſcuros*) inquit, ſine mora vobis reſpondebo: Me et condonare vobis hos, et ipſum iam adfuturum. Quod ſi etiam Dii conceſſerint, dux vobis in Graeciam ero. Longe quidem certe contraria illis eſt haec oratio, quae de nonnullis veſtrúm a quibuſdam accepi, qui vos exercitum a Lacedaemoniis aiebant ad defectionem impellere.

19. Eius

* Al. ἀφιστᾶτο.

ιθ'. Ἐκ τούτου οἱ μὲν ἐπαινέσαντες, ἀπῆλθον ἔχοντες τὼ ἄνδρε· Κλέανδρος δὲ ἐθύετο ἐπὶ τῇ πορείᾳ, καὶ συνῆν Ξενοφῶντι φιλικῶς, καὶ ξενίαν συνεβάλοντο. ἐπεὶ δὲ καὶ ἑώρα αὐτὸς τὸ παραγγελλόμενον εὐτάκτως ποιοῦντας, καὶ μᾶλλον ἐπεθύμει ἡγεμὼν εἶναι αὐτῶν.

κ'. Ἐπεὶ μέντοι θυομένῳ αὐτῷ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς, εἶπεν· "Ἐμοὶ μὲν οὐκ ἐθέλει γενέσθαι τὰ ἱερὰ ἐξάγειν ὑμεῖς μέντοι μὴ ἀθυμεῖτε τούτου ἕνεκα. ὑμῖν μὲν γὰρ, ὡς ἔοικε, δέδοται ἐκκομίσαι τοὺς ἄνδρας· ἀλλὰ πορεύεσθε. ἡμεῖς δὲ ὑμᾶς, ἐπειδὰν ἐκεῖσε ἥκητε, δεξόμεθα ὡς ἂν δυνώμεθα κάλλιστα.

κα'. Ἐκ τούτου ἔδοξε τοῖς στρατιώταις δοῦναι αὐτῷ τὰ δημόσια πρόβατα. ὁ δὲ δεξάμενος, πάλιν αὐτοῖς ἀπέδωκε. καὶ αὐτὸς μὲν ἀπέπλει. οἱ δὲ στρατιῶται, διαθέμενοι τὸν σῖτον, οὗ ἦσαν συγκεκομισμένοι, καὶ τἆλλα, ἃ εἰλήφεσαν, ἐξεπορεύοντο διὰ τῶν Βιθυνῶν.

κβ'. Ἐπεὶ

19. Eius oratione collaudata duces, et vtroque recepto, diſceſſerunt. At Cleander exta de itinere conſulens, amanter Xenophontis conſuetudine vtebatur, eſtque inter eos hoſpitii neceſſitudo contracta. Quum vero milites etiam videret compoſite imperata facere, magis etiam dux ipſorum fieri cupiebat.

20. Verum vbi triduo toto facta re ſacra perlitatum non eſſet, aduocatis ad ſe ducibus: De copiis educendis, ait, exta conſequi ex voto non poſſum. Ea tamen res vobis moleſta ne ſit. Nam vobis, vti res ipſa declarat, hoc conceſſum eſt, vt haſce copias hinc exportetis. Quapropter pergite. Nam nos quidem certe, poſteaquam in Graeciam peruenerit, quam honeſtiſſime vos pro virili noſtra excipiemus.

21. Tum milites ei publicas oues donandas eſſe conſuerunt. Eas quum accepiſſet, rurſus illis donauit, atque inde ſoluit. Ac milites frumento, aliiſque rebus, quas congeſſerant, diuiſo, per Bithynos proficiſci coeperunt.

22. Quum

κβ'. Επεὶ δὲ ὁδενὶ ἐνετύγχανον, πορευόμενοι τὴν ὀρθὴν ὁδὸν, ὡς ἔχοντές τι εἰς τὴν φιλίαν διεξελθεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς, τὰμπαλιν ὑποστρέψαντας ἐλθεῖν μίαν ἡμέραν καὶ νύκτα. τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἔλαβον πολλὰ καὶ ἀνδράποδα καὶ πρόβατα· καὶ ἀφίκοντο ἑκταῖοι εἰς Χρυσόπολιν τῆς Χαλκηδονίας. καὶ ἐκεῖ ἔμειναν ἡμέρας ἑπτὰ, τὰ λάφυρα πωλοῦντες.

ΞΕΝΟ-

22. Quum autem, recta incedentes via, nihil vſquam offenderent; viſum eſt vnius diei ac noctis itinere in Bithyniam reuerti, vt aliqua cum praeda in amicorum fines transirent. Id quum feciſſent, amplam et mancipiorum et ouium copiam nacti ſunt. Itaque ſexto die Chryſopolin, quod Chalcedoniae oppidum eſt, peruenerunt: vbi dies ſeptem commorati, praedam vendidere.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

Ὅσα μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει τῇ μετὰ Κύρου ἔπραξαν οἱ Ἕλληνες μέχρι τῆς μάχης, καὶ ὅσα, ἐπεὶ Κῦρος ἐτελεύτησεν, ἐν τῇ πορείᾳ, μέχρις εἰς τὸν Πόντον ἀφίκοντο, καὶ ὅσα ἐκ τοῦ Πόντου πεζοὶ ἐξιόντες καὶ πλέοντες ἐποίησαν, μέχρις ἔξω τοῦ στόματος ἐγένοντο ἐν Χρυσοπόλει τῆς Ἀσίας· πάντα ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται.

β'. Ex

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

HISTORIARVM,

LIBER SEPTIMVS.

CAP. I.

Quaecunque a Graecis in expeditione, quam aſcendentes in Aſiam cum Cyro ſuſceperunt, ad pugnam vſque geſta fuerint: et quae poſt Cyri obitum, in itinere, donec in Pontum peruenirent: quaeque deinde, quum vel itinere pedeſtri de Ponto egrederentur, vel mari veherentur, egerint; donec extra Ponti oſtium, ad oppidum Aſiae Chryſopolin acceſſerunt: ea ſunt a nobis vniuerſa ſuperiore commentario expoſita.

2. Poſt

β'. Ἐκ τούτου δὲ Φαρνάβαζος, φοβούμενος τὸ στράτευμα, μὴ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν στρατεύηται, πέμψας πρὸς Ἀναξίβιον τὸν ναύαρχον, (ὁ δὲ ἔτυχεν ἐν Βυζαντίῳ ὢν) ἐδεῖτο διαβιβάσαι τὸ στράτευμα ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ ὑπισχνεῖτο πάντα ποιήσειν αὐτῷ, ὅσα δέοι. καὶ Ἀναξίβιος μετεπέμψατο τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς τῶν στρατιωτῶν εἰς Βυζάντιον, καὶ ὑπισχνεῖτο, εἰ διαβαίεν, μισθοφορὰν ἔσεσθαι τοῖς στρατιώταις.

γ'. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι ἔφασαν βουλευσάμενοι ἀπαγγέλλειν *. Ξενοφῶν δὲ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι ἀπαλλάξοιτο ἤδη ἀπὸ τῆς στρατιᾶς καὶ βούλοιτο ἀποπλεῖν. ὁ δὲ Ἀναξίβιος ἐκέλευσεν αὐτὸν συνδιαβάντα, ἔπειτα ὅτως ἀπαλλάττεσθαι. ἔφη ἂν ταῦτα ποιήσειν.

δ'. Σεύθης δὲ ὁ Θρᾷξ πέμπει ** Μηδοσάδην, καὶ κελεύει Ξενοφῶντα συμπροθυμεῖσθαι, ὅπως διαβῇ τὸ στράτευμα, καὶ ἔφη αὐτῷ ταῦτα συμπροθυμηθέντι ἃ μεταμελήσειν. ὁ δ' εἶπεν, ἀλλὰ τὸ μὲν στράτευμα διαβήσεται· τοῦτο

2. Post haec Pharnabazus, qui metueret, ne Graecae copiae ditionem suam bello peterent, ad Anaxibium nauarchum mittit, qui tum forte Byzantii erat, eumque rogat, vti copias ex Asia transportet: simul omnia facturum se pollicetur, quae fieri velit. Tum Anaxibius, arcessitis ad se Byzantium praetoribus, et cohortium praefectis, stipendium militi, si traiecissent, pollicetur.

3. Ibi quum alii, re deliberata, se responsuros dicerent, Xenophon ab exercitu se iam discessurum, et cum naui soluturum respondit. Anaxibius ad ea, debere cum exercitu ipsum traiicere inquit, ac deinde ab eo discedere. Facturum id se recepit.

4. Eodem tempore Seuthes Thrax, ablegato ad Xenophontem Medosade, hortatur, vt traiectionem copiarum iubens adiuuet: qua in re si promte atque alacriter operam sibi nauasset, facturum Seuthen, vt eius consilii nunquam ipsum poeniteret. Respondet Xenophon, omnino traiecturum exercitum,

* Al. ἀπαγγελεῖν.

** Al. Δημοσάδην, et sic deinceps.

τούτου ἕνεκα μηδὲν τελείτω μήτε ἐμοὶ, μήτε ἄλλῳ μηδενί. ἐπειδὰν καὶ* διαβῇ, ἐγὼ μὲν ἀπαλλάξομαι· πρὸς δὲ τοὺς διαμένοντας καὶ ἐπικαιρίους ὄντας προσφερέσθω, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ.

ε'. Ἐκ τούτου διαβαίνουσι πάντες εἰς Βυζάντιον οἱ στρατιῶται, καὶ μισθὸν μὲν οὐκ ἐδίδου ὁ Ἀναξίβιος· ἐκήρυξε δὲ, λαβόντας τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκεύη τοὺς στρατιώτας ἐξιέναι, ὡς ἀποπέμψων τε ἅμα, καὶ ἀριθμὸν ποιήσων. ἐνταῦθα οἱ στρατιῶται ἤχθοντο, ὅτι οὐκ εἶχον ἀργύριον ἐπισιτίζεσθαι εἰς τὴν πορείαν, καὶ ὀκνηρῶς συνεσκευάζοντο.

ς'. Καὶ ὁ Ξενοφῶν Κλεάνδρῳ τῷ ἁρμοστῇ ξένος γεγενημένος, προσελθὼν ἠσπάζετο αὐτὸν, ὡς ἀποπλευσόμενος ἤδη. ὁ δ' αὐτῷ λέγει, μὴ ποιήσῃς ταῦτα· εἰ δὲ μὴ, ἔφη, αἰτίαν ἕξεις· ἐπεὶ καὶ νῦν τινὲς ἤδη σε αἰτιῶνται, ὅτι σὺ ταχὺ ἐξέρπει τὸ στράτευμα. ὁ δ' εἶπεν,

nec eius rei cauſſa quidquam vel mihi, ait, vel alii cuiquam Seuthes pendat, neceſſe eſt. Verum quamprimum traiecerit, equidem diſcedam; poteritque Seuthes cum iis, qui apud exercitum manebunt, et ipſius rebus erunt idonei, ſic agere, vt ipſi viſum fuerit.

5. Inde milites vniuerſi Byzantium traducti ſunt: et Anaxibius ſtipendium non numerabat: proclamari vero per praecones iuſſit, vt, ſumtis armis et ſarcinis, milites oppido excederent, quaſi eadem opera cenſere vellet exercitum, et abducere. Heic grauiter ferre milites, deeſſe pecuniam ſibi, qua commeatum ad iter redimerent, adeoque cunctanter vaſa colligere.

6. Interea Xenophon ad Cleandrum Byzantii praefectum accedens, cum quo neceſſitudinem hoſpitii contraxerat, complexus eſt eum ſalutando, quaſi qui iamiam ſoluere conſtituiſſet. At ille, ne hoc faceret, reſpondit. Caeteroqui culpa te obligabis; inquit. Quippe nunc etiam nonnulli eius in te culpam conferunt, quod exercitus ex oppido (*non celeriter, ſed*) cunctanter velut erependo egreditur. Et Xenophon:

* Al. ἢν pro καὶ.

εἶπεν, ἀλλ' αἴτιος μὲν ἔγωγε οὐκ εἰμὶ τούτου· οἱ δὲ στρατιῶται αὐτοὶ ἐπισιτισμοῦ δεόμενοι, καὶ οὐκ ἔχοντες, διὰ τοῦτο ἀθυμοῦσι πρὸς τὴν ἔξοδον. ἀλλ' ὅμως, ἔφη, ἐγώ σοι συμβουλεύω ἐξελθεῖν μὲν ὡς πορευσόμενον· ἐπειδὰν δ' ἔξω γένηται τὸ στράτευμα, τότε ἀπαλλάττεσθαι. ταῦτα τοίνυν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἐλθόντες πρὸς Ἀναξίβιον, διαπραξόμεθα ὅτως.

ζ'. Ἐλθόντες ἔλεγον ταῦτα. ὁ δ' ἐκέλευσεν οὕτω ποιεῖν, καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι συνεσκευασμένους, καὶ προσανειπεῖν, ὃς ἂν μὴ παρῇ εἰς τὴν ἐξέτασιν καὶ τὸν ἀριθμὸν, ὅτι αὐτὸς αὑτὸν αἰτιάσεται. ἐντεῦθεν ἐξῆσαν οἵ τε στρατηγοὶ πρῶτον, καὶ οἱ ἄλλοι. καὶ ἤδη τε πάντες πλὴν ὀλίγων ἔξω ἦσαν, καὶ Ἐτεόνικος εἰσῆκει παρὰ τὰς πύλας, ὡς, ὁπόταν ἔξω γένωνται πάντες, ἀποκλείσων τὰς πύλας, καὶ τὸν μοχλὸν ἐμβαλών.

η'. Ὁ δὲ Ἀναξίβιος, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς λοχαγοὺς, ἔλεγε· Τὰ μὲν ἐπιτήδεια, ἔφη, λαμβάνετε

nophon: Id vero non a me proficiſcitur, ſed quia milites copia commeatus egent, neque quidquam habent; idcirco ad exeundum ſe difficiles praebent. Ego tamen, inquit Cleander, conſulo tibi, vt, quaſi proficiſci cum eis velis, oppido exeas: quumque iam extra moenia copiae fuerint, diſcedas. Accedamus igitur, ait Xenophon, Anaxibium; remque ita conficiamus.

7. Ad Anaxibium quum perveniſſent, quid eſſent facturi, exponunt. Is ita faciundum reſpondit, ac quamprimum rebus conſarcinatis exeundum: atque hoc addendum etiam, futurum vt is, qui luſtrationi et cenſui non interfuerit, ſeipſum culpa oneret. Inde primum duces, poſtea milites caeteri egrediuntur. Quumque iam vniuerſi, paucis exceptis, exiiſſent; ſtabat ad portas Eteonicus, vt, quamprimum egreſſi eſſent omnes, portas occluderet, ac peſſulum obderet.

8. Tum Anaxibius, conuocatis ad ſe praetoribus, et cohortium praefectis: Commeatus, inquit, petendus

βάνετε ἐκ τῶν Θρᾳκίων κωμῶν· (εἰσὶ δὲ αὐτόθι πολλαὶ κριθαὶ καὶ πυροὶ, καὶ τἆλλα τὰ ἐπιτήδεια) λαβόντες δὲ πορεύεσθε εἰς τὴν Χερρόνησον, ἐκεῖ δὲ Κυνίσκος ὑμῖν μισθοδοτήσει.

θ'. Ἐπακούσαντες δέ τινες τῶν στρατιωτῶν ταῦτα, ἢ καὶ τῶν λοχαγῶν τις, διαγγέλλει εἰς τὸ στράτευμα. καὶ οἱ μὲν στρατηγοὶ ἐπυνθάνοντο περὶ τῦ Σεύθα, πότερα πολέμιος εἴη, ἢ φίλος· καὶ πότερα διὰ τῦ ἱερῦ ὄρυς δέοι πορεύεσθαι, ἢ κύκλῳ διὰ μέσης τῆς Θρᾴκης.

ι'. Ἐν ᾧ δὲ ἔτοι ταῦτα διελέγοντο, οἵ τε* στρατιῶται ἁναρπάσαντες τὰ ὅπλα θέουσι δρόμῳ πρὸς τὰς πύλας, ὡς πάλιν πρὸς τὸ τεῖχος εἰσιόντες. ὁ δὲ Ετεόνικος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ὡς εἶδον προθέοντας τὺς ὁπλίτας, συγκλείουσι τὰς πύλας, καὶ τὸν μοχλὸν ἐμβάλλουσιν. οἱ δὲ στρατιῶται ἔκοπτον τὰς πύλας, καὶ ἔλεγον, ὅτι ἀδικώτατα πάσχοιεν ἐκβαλλόμενοι εἰς τὺς πολεμίους· καὶ κατασχίσειν τὰς πύλας ἔφασαν, εἰ μὴ ἑκόντες ἀνοίξουσιν.

ια'. Ἄλλοι δ' αὐτῶν ἔθεον παρὰ τὴν θάλατταν, καὶ παρὰ

petendus vobis erit e Thracum vicis, in quibus et hordei, et tritici, et aliarum rerum neceſſariarum magna eſt copia. Poſt illa pergite in Cherroneſum, vbi ſtipendium vobis Cyniſcus numerabit.

9. Ea vel militum nonnulli forte ab ſe audita, vel aliquis e praefectis cohortium, ad exercitum eſſert. Interea de Seuthe duces percunctantur, hoſtis, an amicus eſſet: num iter per Sacrum montem ſit faciundum, an media Thracia circumeunda.

10. Dum illi de his inter ſe colloquuntur, arma corripiunt milites, et curſu portas oppidi petunt, vt rurſus intra moenia ſe reciperent. Eteonicus, vbi cum ſuis vidit accurrentes gravis armaturae milites; portas occludunt, ac peſſulum obdunt. Eas pulſabant milites, ſeque indigniſſima pati aiebant, qui hoſtibus obiicerentur. Etiam perfracturos ſe portas aiebant, ni eas ſua ſponte aperirent.

11. Nonnulli ad mare currebant, et iuxta muri chelen ſiue

* Al. οἵ γε.

παρὰ τὴν χηλὴν τοῦ τείχους ὑπερβάλλουσιν εἰς τὴν πόλιν. ἄλλοι δὲ, οἳ ἐτύγχανον ἔνδον ὄντες τῶν στρατιωτῶν, ὡς ὁρῶσι τὰ ἐπὶ ταῖς πύλαις πράγματα, διακόψαντες ταῖς ἀξίναις τὰ κλεῖθρα, ἀναπεταννύουσι τὰς πύλας· οἱ δ' εἰσπίπτουσιν.

ιβ'. Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ὡς εἶδε τὰ γιγνόμενα, δείσας μὴ ἐφ' ἁρπαγὴν τράποιτο τὸ στράτευμα, καὶ ἀνήκεστα κακὰ γένοιτο τῇ πόλει, καὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς στρατιώταις, ἔθει, καὶ συνεισπίπτει εἴσω τῶν πυλῶν σὺν τῷ ὄχλῳ.

ιγ'. Οἱ δὲ Βυζάντιοι, ὡς εἶδον τὸ στράτευμα βίᾳ εἰσπίπτον, φεύγουσιν ἐκ τῆς ἀγορᾶς, οἱ μὲν εἰς τὰ πλοῖα, οἱ δὲ οἴκαδε· ὅσοι δὲ ἔνδον ἐτύγχανον ὄντες, ἔξω· οἱ δὲ καθεῖλκον τὰς τριήρεις, ὡς ἐν ταῖς τριήρεσι σώζοιντο. πάντες δὲ ᾤοντο ἀπολωλέναι, ὡς ἁλωκυίας τῆς πόλεως. ὁ δὲ Ετεόνικος εἰς τὴν ἄκραν ἀποφεύγει. ὁ δὲ Αναξίβιος καταδραμὼν ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἐν ἁλιευτικῷ πλοίῳ περιέπλει εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ εὐθὺς μεταπέμπεται ἐκ Χαλκηδόνος φρουρούς. ᾠήθησαν γὰρ ἱκανοὶ εἶναι οἱ ἐν τῇ ἀκροπόλει σχεῖν τὰς ἄνδρας.

ιδ'. Οἱ

siue crepidinem in oppidum euadunt. Si qui vero adhuc erant in vrbe milites, quum, quid ad portas ageretur, viderent, asciis claustra perfringebant, ac portas patefaciebant. Ita deinde illi irrumpunt.

12. Xenophon, quum quid accideret, videret: veritus, ne ad vrbis se direptionem conuerteret miles, deque hoc in vrbem, et sese, et ipsos milites atrocia mala redundarent; pleno cursu cum reliqua turba militum intra portas irrumpit.

13. Ex alia parte Byzantii, vt vi exercitum in vrbem irruere vident, de foro partim in naues, partim domum confugiunt: et quotquot intus erant, foras exeunt: nonnulli triremes deducebant, vt in eis incolumes euaderent. Omnes se iam periisse putabant, tanquam si vrbs esset ab hostibus capta. Fugiebat in arcem Eteonicus. Anaxibius ad mare decurrens, naui piscatoria in arcem circumuehebatur, ac statim Chalcedone praesidiarios arcessit. Nec enim ii, qui erant in arce, sustinere posse vim militum videbantur.

14. Postea,

ιδ'. Οἱ δὲ στρατιῶται ὡς εἶδον τὸν Ξενοφῶντα, προσπίπτουσιν αὐτῷ πολλοὶ, καὶ λέγουσι· Νῦν σοι ἔξεσιν, ὦ Ξενοφῶν, ἀνδρὶ γενέσθαι. ἔχεις πόλιν, ἔχεις τριήρεις, ἔχεις χρήματα, ἔχεις ἄνδρας τοσούτους. νῦν, εἰ βούλοιο, σύ τε ἡμᾶς ὠφελήσαις, καὶ ἡμεῖς σε μέγαν ποιήσαιμεν. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἀλλ' εὖ τε λέγετε, καὶ ποιήσω ταῦτα. εἰ δὲ τούτων ἐπιθυμεῖτε, θέσθε τὰ ὅπλα ἐν τάξει ὡς τάχιστα, βουλόμενος αὐτοὺς καταρεμῆσαι, καὶ αὐτὸς παρηγγύα ταῦτα, καὶ τοὺς ἄλλους ἐκέλευσε παραγγυᾶν, καὶ τίθεσθαι τὰ ὅπλα.

ιε'. Οἱ δ' αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν τασσόμενοι, οἵ τε ὁπλῖται ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ εἰς πεντήκοντα ἐγένοντο, καὶ οἱ πελτασταὶ ἐπὶ τὸ κέρας ἑκάτερον παρεδεδραμήκεσαν. τὸ δὲ χωρίον οἷον κάλλιστον ἐκτάξασθαί ἐστι, τὸ Θρᾴκιον καλούμενον, ἔρημον οἰκιῶν καὶ πεδινόν. ἐπεὶ δὲ ἔκειτο τὰ ὅπλα, καὶ κατηρεμήθησαν, συγκαλεῖ Ξενοφῶν τὴν στρατιὰν, καὶ λέγει τάδε·

ις'. "Οτι

14. Posteaquam milites Xenophontem videre, frequentes ad eum cum his verbis accurrunt: Nunc licet te virum declarare, Xenophon. Oppidum habes, habes triremes, habes pecuniam, tot viros habes. Nunc, si volueris, et tu nos beare poteris, et nos te magnum efficere. Tum Xenophon: Recte dicitis, inquit, et vobis obtemperabo. Verum si haec expetitis, quamprimum in ordine armati consistite. Volebat enim sedare milites, ideoque tum ipse cohortabatur ad hoc eos, tum aliis itidem, vt suos hortarentur, et in armis ordine constituerent, praecepit.

15. Illi sponte sua sic aciem instruebant, vt exiguo tempore grauis armaturae pedites in quinquagenos se componerent, et cetrati ad vtrumque cornu cursu delati consisterent. Locus hic ad struendam aciem longe pulcherrimus erat (nomine Thracius) ab aedificiis vacuus et campestris. Posteaquam in armis suo essent ordine collocati, sedatique iam nonnihil milites: conuocato exercitu, hac oratione vsus est Xenophon:

16. Equi-

ις'. "Οτι μὲν ὀργίζεσθε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, καὶ νομίζετε δεινὰ πάσχειν ἐξαπατώμενοι, ἀ θαυμάζω. ἐὰν δὲ τῷ θυμῷ χαριζώμεθα, καὶ Λακεδαιμονίους τε τοὺς παρόντας τῆς ἐξαπάτης τιμωρησώμεθα, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἀδὲν αἰτίαν διαρπάσωμεν, ἐνθυμήθητε ἃ ἔσαι ἐντεῦθεν.

ιζ'. Πολέμιοι μὲν ἐσόμεθα ἀποδεδειγμένοι Λακεδαιμονίοις τε, καὶ τοῖς συμμάχοις. οἷος δὲ πόλεμος ἂν γένοιτο, εἰκάζειν δὴ πάρεστιν, ἑωρακότας καὶ ἀναμνηθέντας τὰ νῦν δὴ γεγενημένα. ἡμεῖς γὰρ οἱ Αθηναῖοι εἰσήλθομεν εἰς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς συμμάχους, ἔχοντες τριήρεις, τὰς μὲν ἐν θαλάττῃ, τὰς δ' ἐν τοῖς νεωρίοις, οὐκ ἐλάττους τετρακοσίων· ὑπαρχόντων δὲ πολλῶν χρημάτων ἐν τῇ πόλει, καὶ προσόδου οὔσης κατ' ἐνιαυτὸν ἀπό τε τῶν ἐνδήμων, καὶ ἐκ τῆς ὑπερορίας, οὐ μεῖον χιλίων ταλάντων· ἄρχοντές τε τῶν νήσων ἁπασῶν, καὶ ἔν τε τῇ Ασίᾳ πόλεις πολλὰς ἔχοντες, καὶ ἐν τῇ Ευρώπῃ

16. Equidem, milites, non miror vos iraſci, atque exiſtimare, vobis indigna accidiſſe, qui fraude circumuenti ſitis. Atenim irae ſi gratificabimur, ac in Lacedaemonios, qui heic adſunt, fraudis nomine vindicabimus, vrbem denique nulli affinem culpae diripiemus: quae deinde ſequutura ſint, apud animos veſtros expendite.

17. Primum et Lacedaemonii, et eorum ſocii nos eo ſunt habituri loco, quo haberi hoſtes iudicati ſolent. Atque hoc adverſus nos bellum quale futurum ſit, exiſtimare licet eis, qui et viderunt, et memoria repetunt ea, quae non ita pridem acciderunt. Bellum nos Athenienſes aduerſus Lacedaemonios, eorumque ſocios ſuſcepimus, quum partim in mari, partim in naualibus triremes non pauciores cccc haberemus. Quumque magna eſſet in vrbe noſtra pecuniae copia, et proventus annuus tam de ciuibus quam exteris, non minor quam cio talentorum: iidemque imperio noſtro inſulas omnes complecteremur, et oppida multa partim in Aſia, partim in Europa,

ρώπη ἄλλας τε πολλὰς, καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ Βυζάντιον, ὅπου νῦν ἐσμὲν, ἔχοντες, κατεπολεμήθημεν ἄτως, ὡς πάντες ἐπίσασθε.

ιη'. Νῦν δὲ δὴ τί οἰόμεθα παθεῖν, Λακεδαιμονίων μὲν καὶ τῶν Ἀχαιῶν συμμάχων ὑπαρχόντων, Ἀθηναίων δὲ, καὶ ὅσοι ἐκείνοις τότε ἦσαν σύμμαχοι, πάντων προσγεγενημένων, Τισσαφέρνης δὲ, καὶ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ ἄλλων βαρβάρων πάντων πολεμίων ἡμῖν ὄντων, πολεμιωτάτου δ' αὐτοῦ τοῦ ἄνω βασιλέως, ὃν ἤλθομεν ἀφαιρησόμενοί τε τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀποκτενοῦντες, εἰ δυναίμεθα; τούτων δὴ πάντων ὁμοῦ ὄντων, ἔστι τις ἄτως ἄφρων, ὅστις οἴεται ἂν ἡμᾶς περιγενέσθαι;

ιθ'. Μὴ, πρὸς Θεῶν, μαινώμεθα, μηδὲ αἰσχρῶς ἀπολώμεθα, πολέμιοι ὄντες καὶ τοῖς πατράσι, καὶ τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν φίλοις τε καὶ οἰκείοις. ἐν γὰρ ταῖς πόλεσιν εἰσὶ πάντες, ταῖς ἐφ' ἡμᾶς στρατευσομέναις, καὶ δικαίως· εἰ βάρβαρον μὲν πόλιν ἀδεμίαν ἠθελήσαμεν κατασχεῖν, καὶ ταῦτα,

pa, quas inter fuit et hoc ipſum Byzantium, vbi nunc ſumus, poſſideremus: ita tamen debellati ſumus, vti vobis ipſis conſtat.

18. Quid autem de nobis futurum exiſtimatis, quum hoc tempore Lacedaemonii et Achaei ſocietate iuncti ſint, et ad hos Athenienſes etiam cum omnibus, quos tum habuere, ſociis acceſſerint? quum Tiſſaphernes, et reliqui barbari, quorum ager ad mare pertinet, nobis hoſtes ſint? quum omnium maximum hoſtem habeamus ipſum Orientis regem, aduerſus quem profecti ſumus vt et regno eum ſpoliaremus; et, ſi fieri poſſet, etiam de medio tolleremus? Hos omnes ſi hoſtes habituri ſimus, ecquis tam demens eſt, qui nos ſuperiores euaſuros exiſtimet?

19. Per Deos immortales, ne inſaniamus, milites, neue denuntiato et patribus, et amicis propinquiſque noſtris bello, turpiſſime pereamus. Nam illis hi ciuitatibus omnes continentur, quae bellum nobis aequiſſimo certe iure facturae ſunt: ſi Graeci nominis vrbem, quae de Graecis vrbibus omnium prima

ταῦτα, κρατῶντες, Ελληνίδα δὲ, εἰς ἣν πρῶτον ἥλθομεν πόλιν, ταύτην ἐξαλαπάξομεν. ἐγὼ μὲν τοίνυν εὔχομαι, πρὶν ταῦτα ἐπιδεῖν ὑφ' ἡμῶν γενόμενα, μυρίας ἐμέ γε κατὰ τῆς γῆς ὀργυιὰς γενέσθαι.

κ'. Καὶ ὑμῖν συμβουλεύω, Ελληνας ὄντας, τοῖς Ελλήνων προεστηκόσι πειθομένους πειρᾶσθαι τῶν δικαίων τυγχάνειν. ἐὰν δὲ μὴ δύνησθε ταῦτα, ἡμᾶς δεῖ ἀδικουμένους τῆς γῆν Ελλάδος μὴ στέρεσθαι. καὶ νῦν μοι δοκεῖ, πέμψαντας Αναξιβίῳ εἰπεῖν, ὅτι ἡμεῖς οὐδὲν βίαιον ποιήσοντες παρεληλύθαμεν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ', ἢν μὲν δυνώμεθα, παρ' ὑμῶν ἀγαθόν τι εὑρίσκεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ δηλώσοντες ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐξαπατώμενοι, ἀλλὰ πειθόμενοι ἐξερχόμεθα.„

κα'. Ταῦτα ἔδοξε. καὶ πέμπουσιν Ιερώνυμόν τε Ηλεῖον ἄρχοντα ταῦτα, καὶ Εὐρύλοχον Αρκαδα, καὶ Φιλήσιον Αχαιόν. οἱ μὲν ταῦτα ᾤχοντο ἄρχοντες. ἔτι δὲ καθη-

prima fuerit, ad quam acceſſerimus, depopulabimur: quum nullum barbarorum oppidum, etiam victoria potiti, voluerimus occupare. Opto equidem prius, quam haec a vobis deſignari videam, vel decies mille orgyas infra terram rapi.

20. Vobis etiam conſulo, quum Graeci ſitis, ita ius veſtrum perſequamini; vt nihilominus iis, qui ſunt inter Graecos principes, pareatis. Quod ſi aequum impetrare non licebit, quanquam iniuſte vobiſcum agatur, Graecia tamen vt exu-

letis, minime committendum vobis erit. In hoc ſane tempore cenſeo, quibuſdam ablegatis, ſignificandum Anaxibio, non nos vt vlla vi vteremur, in hanc vrbem rediiſſe: ſed ea tantum gratia, vt, ſi fieri poſſet, commodi aliquid a vobis impetraremus: ſin autem, vt indicaremus, non fraude nos eiectos, ſed parendi ſtudio exceſſiſſe.

21. Factum in hanc ſententiam decretum, et Hieronymus Eleus, Eurylochus Arcas, Phileſius Achaeus ablegati, qui haec exponerent. Li dum legationem

καθημένων τῶν στρατιωτῶν, προσέρχεται Κυρατάδης Θηβαῖος, ὃς ἀ φεύγων τὴν Ελλάδα περιήει, ἀλλὰ στρατηγιῶν, καὶ ἐπαγγελλόμενος, εἴ τις ἢ πόλις ἢ ἔθνος στρατηγῷ δέοιτο· καὶ τότε προσελθὼν ἔλεγεν, ὅτι ἕτοιμος εἴη ἡγεῖσθαι αὐτοῖς εἰς τὸ Δέλτα καλούμενον τῆς Θρᾴκης, ἔνθα πολλὰ καὶ ἀγαθὰ λήψοιντο· ἔς τε δ' ἂν μολῶσιν, εἰς ἀφθονίαν παρέξειν ἔφη καὶ σῖτα καὶ ποτά.

κβ'. Ακούσαι ταῦτα οἱ στρατιῶται, καὶ τὰ παρὰ Αναξιβίου ἅμα ἀπαγγελλόμενα. ἀπεκρίνατο γὰρ, ὅτι πειθομένοις αὐτοῖς ἀ μεταμελήσει, ἀλλὰ τοῖς τε οἴκοι τέλεσι ταῦτα ἀπαγγελεῖ, καὶ αὐτὸς βουλεύσοιτο περὶ αὐτῶν ὅ, τι δύναιτο ἀγαθόν. ἐκ τούτου οἱ στρατιῶται τόν τε Κυρατάδην δέχονται στρατηγὸν, καὶ ἔξω τοῦ τείχους ἀπῆλθον. ὁ δὲ Κυρατάδης συντάσσεται αὐτοῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν παρέσεσθαι ἐπὶ τὸ στράτευμα, ἔχων καὶ ἱερεῖα, καὶ μάντιν, καὶ σῖτα καὶ ποτὰ τῇ στρατιᾷ.

κγ'. Επεὶ

obirent, ac miles eodem adhuc loco ſubſiſteret: Cyratades Thebanus acceſſit, qui non exilii cauſſa per Graeciam obuagabatur; ſed imperatorii muneris cupidus, et offerens vltro ſeſe, ſi qua vel vrbs, vel natio ducis egeret. Is quum ad milites acceſſiſſet, paratum ſe aiebat eſſe ad deducendum ipſos in locum Thraciae, nomine Delta, eamque profectionem ipſis fructuoſam fore. Pollicebatur etiam, ſe, dum iter facerent, magnam ipſis eſculentorum potulentorumque copiam ſuppeditaturum.

22. Audiebant et haec milites eodem tempore, et quae ab Anaxibio renuntiabantur. Is enim futurum reſpondebat, vt nunquam ipſos obedientiae praeſtitae poeniteret. Nam et patriae magiſtratibus haec ſe per nuntios ſignificaturum, et initurum conſilium, quo pacto poſſit ipſis pro ſuis viribus commodare. Tum Cyratadem milites imperatorem accipiunt, et extra moenia diſcedunt. Cyratades poſtridie ſe ad exercitum cum hoſtiis, extiſpice, potulentis, eſculentis ad vſum militis, adfuturum recepit.

23. Poſt-

κγ'. Επεὶ δ' ἐξῆλθον, ὁ Ἀναξίβιος ἔκλεισε τὰς πύλας, καὶ ἐκήρυξεν, ὅτι ὅστις ἂν ἀλῷ ἔνδον ὢν τῶν στρατιωτῶν, πεπράσεται. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Κυρατάδης μὲν ἔχων τὰ ἱερεῖα, καὶ τὸν μάντιν, ἦκε· καὶ ἄλφιτα φέροντες εἵποντο αὐτῷ εἴκοσιν ἄνδρες, καὶ ἄλλοι οἶνον εἴκοσιν ἄνδρες, καὶ ἐλαιῶν τρεῖς, καὶ σκορόδων εἷς ἀνὴρ ὅσον ἐδύνατο μέγιστον φορτίον, καὶ ἄλλος κρομμύων. ταῦτα δὲ καταθέμενος ὡς ἐπὶ δάσμευσιν, ἐθύετο.

κδ'. Ξενοφῶν δὲ μεταπεμψάμενος Κλέανδρον, ἐκέλευέν οἱ διαπρᾶξαι ὅπως εἰς τὸ τεῖχός τε εἰσέλθοι, καὶ ἀποπλεύσαι ἐκ Βυζαντίου. ἐλθὼν δὲ Κλέανδρος, μάλα μόλις, ἔφη, διαπραξάμενος ἥκω. λέγειν γὰρ Ἀναξίβιον, ὅτι οὐκ ἐπιτήδειον εἴη, τοὺς μὲν στρατιώτας πλησίον εἶναι τοῦ τείχους, Ξενοφῶντα δὲ ἔνδον· τοὺς Βυζαντίους δὲ στασιάζειν καὶ πολεμίους εἶναι πρὸς ἀλλήλους. ὅμως δὲ εἰσιέναι, ἔφη, ἐκέλευσεν, εἰ μέλλει σὺν ἑαυτῷ ἐκπλεῖν.

κε'. Ὁ μὲν δὴ Ξενοφῶν ἀσπασάμενος τοὺς στρατιώτας, εἶσω

23. Poſtquam vero exceſſiſſent vrbe, portis Anaxibius occluſis, edici per praeconem iubet; ſi quis militum intra muros deprehenderetur, eum deinceps pro mancipio diſtrahendum eſſe. Poſtridie Cyratades cum hoſtiis, et hariolo aderat, quem ſequebantur viri viginti, qui farinam geſtabant; et viginti alii, qui vinum; tres, qui oleum; vnus, qui ſarcinam alliorum maximam, itemque alius, qui ceparum faſcem portabat. Haec vbi depoſita in medium fuiſſent, tanquam in ſingulos diuidunda: ſacrum facere inſtituit.

24. Interea Xenophon arceſſitum ad ſe Cleandrum hortatur, impetraret ſibi, vt in vrbem admiſſus, Byzantio ſolveret. Cleander vbi rediiſſet: Vix, inquit, impetrata re ad te venio. Nam dicit Anaxibius, non ex re videri, milites haud procul a muris eſſe, Xenophontem vero intra muros: Byzantiis interim ſeditioſe ſe gerentibus, ac ſibi mutuo infeſtis. Sed tamen, inquit, introire iubet; ſiquidem ſecum ſoluere velit.

25. Quare Xenophon, militibus ſalutatis, cum Cleandro vrbem

εἴσω τοῦ τείχους ἀπῆει σὺν Κλεάνδρῳ. ὁ δὲ Κυρατάδης τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἐκαλλίερει, οὐδὲ διεμέρισεν οὐδὲν τοῖς στρατιώταις. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὰ μὲν ἱερεῖα εἰσῆκει παρὰ τὸν βωμὸν, καὶ Κυρατάδης ἐστεφανωμένος, ὡς θύσων. προσελθὼν δὲ Τιμασίων ὁ Δαρδανεὺς, καὶ Νέων ὁ Ασιναῖος, καὶ Κλεάνωρ ὁ Ορχομένιος, ἔλεγον Κυρατάδῃ μὴ θύειν, ὡς οὐκ ἡγησομένου τῇ στρατιᾷ, εἰ μὴ δώσει τὰ ἐπιτήδεια. ὁ δὲ κελεύει διαμετρεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ πολλῶν ἐνέδει αὐτῷ, ὥστε ἡμέρας σῖτον ἑκάστῳ γενέσθαι τῶν στρατιωτῶν, ἀναλαβὼν τὰ ἱερεῖα ἀπῆει, καὶ τὴν στρατηγίαν ἀπειπών.

ΚΕΦ. β'.

Νέων δὲ ὁ Ασιναῖος, καὶ Φρυνίσκος Αχαιὸς, * καὶ Τιμασίων Δαρδανεὺς, ἐπέμενον τῇ στρατιᾷ, καὶ εἰς κώμας τῶν Θρᾳκῶν προσελθόντες τὰς κατὰ Βυζάντιον, ἐστρατοπεδεύοντο. καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐστασίαζον, Κλεάνωρ μὲν καὶ Φρυνίσκος

θ'. Μείζω δὲ συμφορὰν ἔκρινε τὸ, γιγνώσκοντα ἢ ἀγνοοῦντα, ἀμελεῖν τῶν ἀγαθῶν. δόξης δὲ ἡδεμίας ἦρα, ἧς ἡκ ἐξεπονεῖτο* ἰδίᾳ. μετ' ὀλίγων δέ μοι ἐδόκει ἀνθρώπων ἡ καρτερίαν τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' εὐπάθειαν νομίζειν. ἐπαινούμενος γὲν ἔχαιρε μᾶλλον, ἢ χρήματα κτώμενος. ἀλλὰ μὴν ἀνδρείαν γε τὸ πλέον μετ' εὐβυλίας, ἢ μετὰ κινδύνων ἐπεδείκνυτο· καὶ σοφίαν ἔργῳ μᾶλλον ἢ λόγῳ ἤσκει.

ί. Πραότατος γεμὴν φίλοις ὢν, ἐχθροῖς φοβερώτατος ἦν· καὶ πόνοις μάλιστα ἀντέχων, ἑταίροις ἥδιστα ὑπεῖκε, καλῶν ἔργων μᾶλλον ἢ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπιθυμῶν. ἐν γεμὴν ταῖς εὐπραξίαις σωφρονεῖν ἐπισάμενος, ἐν τοῖς δεινοῖς εὐθαρσὴς ἐδύνατο εἶναι.

ια'. Καὶ

duceret, ab alienis abſtinere, liberalem putaret etiam ſua debere hominum ad vtilitatem conferre. Semper religioſus erat, et honeſte quidem viuentes, necdum felices, qui vero glorioſe mortem oppetiiſſent, eos iam beatos exiſtimabat.

9. Maiorem eſſe calamitatem putabat, ſcientem, quam inſcium, res praeclaras negligere. Gloriae nullius cupiditate ducebatur, quam non ſuis ſibi laboribus compararet. Cum paucis hominibus videbatur mihi iudicare, virtutem non tolerantiam eſſe, ſed voluptatem. Si laudaretur, magis gaudebat, quam ſi opes adquiſiuiſſet. Fortitudinem plerumque potius cum conſilio quam periculis oſtendebat: et ſapientiam re potius quam verbis exercebat.

10. In amicos mitiſſimus, hoſtibus maximo terrori erat. Quum labores egregie toleraret, ſodalibus tamen libentiſſime cedebat, magis actiones pulchras quam pulchra corpora deſiderans. Norat modeſte rebus vti ſecundis, aduerſis ſpei plenus eſſe poterat.

11. Comi-

* Al. ἐξεπόνει τὰ ἴδια.

ια'. Καὶ τὸ εὔχαρι δ' σκώμμασιν, ἀλλὰ τρόπῳ ἐπετήδευε. καὶ τὸ μεγαλόφρον δ' σὺν ὕβρει, ἀλλὰ σὺν γνώμῃ ἐχρῆτο. τῶν γὰρ ὑπεραύχων καταφρονῶν, τῶν μετρίων ταπεινότερος ἦν. καὶ γὰρ ἐπαλλωπίζετο τῇ μὲν ἀμφὶ τὸ σῶμα φαυλότητι, τῷ δ' ἀμφὶ τὸ στράτευμα κόσμῳ, τῷ δ' αὐτὸς ὡς ἐλαχίστων δεῖσθαι, τῷ δὲ τὰς φίλας ὡς πλείστα ὠφελεῖν.

ιβ'. Πρὸς δὲ τούτοις, βαρύτατος μὲν ἀνταγωνιστὴς ἦν, κουφότατος δὲ, κρατήσας. ἐχθροῖς μὲν δυσεξαπάτητος, φίλοις δὲ εὐπαραπειστότατος *. αἰεὶ δὲ τιθεὶς τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς, αἰεὶ ἀμαυρῶν τὰ τῶν πολεμίων ἔργον εἶχεν.

ιγ'. Ἐκεῖνον οἱ μὲν συγγενεῖς, φιλοκηδεμόνα ἐκάλουν· οἱ δὲ χρώμενοι, ἀπροφάσιστον· οἱ δ' ὑπουργήσαντές τι, μνήμονα· οἱ δ' ἀδικούμενοι, ἐπίκουρον· οἱ γε μὴν συγκινδυνεύοντες, μετὰ θεοὺς σωτῆρα.

ιδ'. Δοκεῖ

11. Comitatem non iocis, ſed moribus ſtudebat adſequi. Animi magnitudine non cum iniuria, ſed iudicio vtebatur. Itaque ſpretis iactabundis, etiam mediocribus erat humilior. Etenim gloriam ſibi captabat ex vili corporis cultu, ex pulchro exercitus apparatu, ex eo quod ipſe quam pauciſſimis egeret, amicis quamplurimum prodeſſet.

12. Praeterea dum certaret, grauiſſimus aduerſarius: vbi vero victoria potitus eſſet, admodum facilem ſe praebuit. Idem ab hoſtibus difficulter circumueniri poterat, ab amicis facillime falſa perſuaſione decipiebatur. Semper hoc ſibi propoſitum habebat, vt res amicorum in tuto locaret, hoſtium labefactatas euerteret.

13. Illum cognati nominabant propinquorum ſtudioſum; qui opera eius vtebantur, nihil recuſantem; qui aliquid officii exhibuiſſent, memorem; per iniuriam laeſi, opitulatorem; in eodem periculo conſtituti, poſt Deos ſeruatorem.

14. Vide-

* Al. εὐπαραπειστότατος.

ιδ'. Δοκεῖ δ' ἔμοιγε καὶ τόδε μόνος ἀνθρώπων ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἡ μὲν τῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκει, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατός ἐσιν. ἐκεῖνος γῶν οὐκ ἀπεῖπε μεγάλην καὶ καλὴν ἐφιέμενος . . . . . τὸ* σῶμα φέρειν ἠδύνατο τὴν τῆς ψυχῆς αὐτῦ ῥώμην.

ιε'. Τοιγαρῦν ποίας ἀ νεότητος κρεῖτ]ον τὸ ἐκείνυ γῆρας ἐφάνη; τίς μὲν γὰρ τοῖς ἐχθροῖς ἀκμάζων ὕτω φοβερὸς ἦν, ὡς Αγησίλαος, τὸ μήκισον τῦ αἰῶνος ἔχων; τίνος δ' ἐκποδὼν γενομένυ μᾶλλον ἥδησαν οἱ πολέμιοι, ἢ Αγησιλάυ, καίπερ γηραιῦ τελευτήσαντος; τίς δὲ συμμάχοις θάρσος παρέσχεν, ὅσον Αγησίλαος, καίπερ ἤδη πρὸς τῷ σόματι** τῦ βίυ ὤν; τί δὲ νέοι φίλοι*** πλέον ἐπόθησαν, ἢ Αγησίλαον γηραιὸν ἀποθανόντα;

ις'. Οὕτω δὲ τελέως ὁ ἀνὴρ τῇ πατρίδι ὠφέλιμος ὢν διεγένετο, ὡς καὶ τετελευτηκὼς ἤδη, ἔτι μεγαλείως

14. Videtur idem mihi ſolus inter homines declaraſſe, corporis quidem robur ſeneſcere, ſed animi vires in viris fortibus ſenectutis expertes eſſe. Nunquam ille ita deſpondit, quominus magnae ac pulchrae virtutis ſtudio duceretur, quamdiu corpus ferre robur animi poterat.

15. Qua igitur iuuentute non ipſius ſenecta praeſtare viſa fuit? Quis aetate vegeta hoſtibus adeo fuit terrori, vt Ageſilaus extrema in ſenectute? Quonam ſublato maiorem hoſtes voluptatem cepere, quam Ageſilao, tametſi ſenex admodum vita fungeretur? Quis tantum fiduciae ſociis praebuit, quantum Ageſilaus, licet ad vitae oſtium peruenisſet? Quid amici iuuenes magis deſiderarunt, quam Ageſilaum, qui ſenex e viuis exceſſerat?

16. Is adeo perfecte ſemper vtilis patriae fuit, vt etiam iam defunctus, plurimam adhuc rem-

* Locum hunc ita integrum legiſſe videtur Philelphus, huius orationis (in edit. Geneu.) interpres: ἐφιέμενος ἀρετὴν, ἕως τὸ. ſed al. ἐφιέμενος δίξαν, ἕως τὸ etc.

** Al. ex coniectura τέρματι.

*** Al. τίνα δὲ νέον οἱ φίλοι etc.

γαλείως ὠφελῶν τὴν πόλιν εἰς τὴν ἀίδιον οἴκησιν κατηγάγετο· μνημεῖα μὲν τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κτησάμενος, τῆς δὲ βασιλικῆς ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι τυχών.

ΞΕΝΟ-

rempublicam iuuans, ad illud aeternum domicilium diuerterit. Monumenta quidem virtutis ſuae veluti per vniuerſum terrarum orbem conſequutus fuit, ita ſepulturam in patria regiam obtinuit.

ΧΕΝΟ-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

ΚΕΦ. α'.

Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτὲ, ὡς ἡ Σπάρτη, τῶν ὀλιγανθρωποτάτων πόλεων οὖσα, δυνατωτάτη τε καὶ ὀνομαστοτάτη ἐν τῇ Ελλάδι ἐφάνη· ἐθαύμασα, ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ τοῦτ' ἐγένετο. ἐπεὶ μέντοι κατενόησα τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν Σπαρτιατῶν, ἐπέτι ἐθαύμαζον.

β'. Λυκοῦργον μέντοι, τὸν θέντα αὐτοῖς τοὺς νόμους, οἷς πειθόμενοι εὐδαιμόνησαν, τοῦτον καὶ θαυμάζω, καὶ εἰς τὰ ἔσχατα μάλα σοφὸν ἡγοῦμαι. ἐκεῖνος γὰρ ὁ μιμησάμενος τὰς

XENOPHONTIS

LACEDAEMONIORVM RESPVBLICA.

CAP. I.

Cogitanti mihi aliquando Spartam, quum vna ex vrbibus minime populosis sit, nihilominus et potentissimam, et clarissimam in Graecia exstitisse; mirum videbatur, quonam modo id fieri potuerit. Sed postea quam Spartanorum instituta perspexi; non amplius mirabar.

2. Lycurgum sane, qui leges eis tulit, quibus parendo felices euasere, non solum admiror; sed etiam summe sapientem fuisse arbitror. Nam is haudquaquam alias ciuitates

τὰς ἄλλας πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἐναντία γνοὺς ταῖς πλείσαις, προέχουσαν εὐδαιμονίᾳ τὴν πατρίδα ἐπέδειξεν.

γ'. Αὐτίκα γὰρ περὶ τεκνοποιΐας (ἵνα ἐξ ἀρχῆς ἄρξωμαι) οἱ μὲν ἄλλοι τὰς μελλούσας τίκτειν, καὶ καλῶς δοκούσας κόρας παιδεύεσθαι, καὶ σίτῳ ᾗ ἀνυσιμώτατα τρέφουσι, καὶ ὄψῳ ᾗ δυνατὸν μικροτάτῳ· οἴνου γε μὴν ἢ πάμπαν ἀπεχόμενοι, ἢ ὑδαρεῖ χρώμενοι διάγουσιν. ὥσπερ δὲ οἱ πολλοὶ τῶν τὰς τέχνας ἐχόντων ἑδραῖοί εἰσιν, οὕτω καὶ τὰς κόρας οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἠρεμιζούσας ἐριουργεῖν ἀξιοῦσι. τὰς μὲν οὕτω τρεφομένας πῶς χρὴ προσδοκῆσαι μεγαλεῖον ἄν τι γεννῆσαι;

δ'. Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐσθῆτας μὲν καὶ δούλας παρέχειν ἱκανὰς ἡγήσατο εἶναι, ταῖς δ' ἐλευθέραις μέγιστον νομίσας εἶναι τὴν τεκνοποιΐαν, πρῶτον μὲν σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος φῦλον· ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος, ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις

tes imitatus, immo etiam contraria plurimis ſtatuens, vt patria ſua felicitate caeteris praeſtaret, effecit.

3. Quippe ſtatim (vt ab ipſo principio rem ordiar) quod ſobolis procreationem adtinet, alii puellas, quae pariturae ſunt, et recte videntur educari, modico quam maxime fieri poteſt pane, ac prout licet obſonio pertenui alunt: et quidem eas ita regunt, vt a vino vel prorſus abſtineant, vel diluto vtantur. Vt autem plerique opifices ſedentarii ſunt, ſic Graeci caeteri puellas ſine omni motu lanificium. exercere volunt. At quomodo poteſt expectari, vt, quae ſic educantur, inſigne quid pariant?

4. Lycurgus autem exiſtimabat, vel ipſas ancillas ad veſtem parandam ſufficere: ingenuarum munus in primis eſſe ratus, procreare liberos. Itaque primum non minus foemineum ſexum habere corporis exercitia iuſſit, quam maſculum. Deinde, ſicut viris inter ſe certamina curſus et roboris inſtituit, ſic etiam foeminis:

λείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε, νομίζων ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρῶν καὶ τὰ ἔκγονα ἐρρωμενέστερα γίγνεσθαι.

ε'. Ἐπεὶ γεμὴν γυνὴ πρὸς ἄνδρα ἔλθοι, ὁρῶν τὰς ἄλλας τὸν πρῶτον τῷ χρόνῳ ἀμέτρως ταῖς γυναιξὶ συνόντας, καὶ τοῦτο τἀναντία ἔγνω. ἔθηκε γὰρ, αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δ' ἐξιόντα. ὕστω δὲ συνόντων, ποθεινοτέρως μὲν ἀνάγκη σφῶν αὐτῶν ἔχειν, ἐρρωμενέστερα δὲ γίγνεσθαι *εἴ τι βλασάνοιεν, ὕστω μᾶλλον, ἢ εἰ διάκοροι ἀλλήλων εἶεν.

ς'. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ἀποπαύσας τῷ ὁπότε βούλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἄγεσθαι, ἔταξεν ἐν ἀκμαῖς τῶν σωμάτων τὰς γάμους ποιεῖσθαι, καὶ τοῦτο συμφέρον τῇ εὐγονίᾳ νομίζων.

ζ'. Εἴ γε μέντοι συμβαίη γεραιῷ νέαν ἔχειν, ὁρῶν τοὺς τηλικούτους φυλάσσοντας μάλιστα τὰς γυναῖκας, τἀναντία καὶ τούτοις ἐνόμισε. τῷ γὰρ πρεσβύτῃ ἐποίησεν, οἷς ἀνδρὸς σῶμά τε καὶ ψυχὴν

foeminis: quod ſtatueret, ex vtroque parente robuſto, etiam ſobolem robuſtiorem naſci.

5. Iam vbi ad virum accedit mulier, quod alios immodice videret initio cum vxoribus conſueſcere; hac etiam in parte quiddam diuerſum ſtatuit. Quippe ſanxit pudorem eſſe, vt quis [ad vxorem] vel ingrediens, vel egrediens, conſpiceretur. Hoc modo ſi conſueſcant, maiori eos erga ſe deſiderio teneri neceſſe eſt; et foetus, ſi qui producantur, fieri robuſtiores, quam ſi ſatietas inter eos obrepat.

6. Praeterea poteſtate ademta, ne quiuis vxores duceret, quum ipſis lubitum eſſet; iuſſit, vt, dum vigerent corpora, matrimonia contraherent, idque non minus ad rectam procreandi rationem conducere putabat.

7. Quod ſi vſu veniret, vt vetulus vxorem iuuenculam haberet: quia complures in hac aetate videbat eſſe, qui vxores diligentiſſime cuſtodiant, etiam hac in parte contrarium quiddam ſtatuit. Iuſſit enim, vt hic ſenex, eo viro, quem ob corporis et animi

* Leuncl. εἴ τινα βλασ.

χὴν ἀγαθείη, τοῦτον ἐπαγομένῳ τεκνοποιήσαθαι.

η'. Εἰ δέ τις αὖ γυναικὶ μὲν συνοικεῖν μὴ βούλοιτο, τέκνων δὲ ἀξιολόγων ἐπιθυμοίη, καὶ τοῦτῳ νόμιμον ἐποίησεν, ἥντινα ἂν εὔτεκνον καὶ γενναίαν ὁρῴη, πείσαντα τὸν ἔχοντα, ἐκ ταύτης τεκνοποιεῖσθαι.

θ'. Καὶ πολλὰ μὲν τοιαῦτα συνεχώρει. αἵ τε γὰρ γυναῖκες διπλοῦς οἴκους βούλονται κατέχειν, οἵ τε ἄνδρες ἀδελφοὺς τοῖς παισὶ προσλαμβάνειν, οἱ τῷ μὲν γένους καὶ τῆς δυνάμεως κοινωνοῦσι, τῶν δὲ χρημάτων οὐκ ἀντιποιοῦνται.

ι'. Περὶ μὲν δὴ τεκνοποιίας οὕτω τἀναντία γνοὺς τοῖς ἄλλοις, εἴ τι διαφέροντας καὶ κατὰ μέγεθος καὶ κατ' ἰσχὺν ἄνδρας τῇ Σπάρτῃ ἀπετέλεσεν, ὁ βουλόμενος ἐπισκοπείτω.

ΚΕΦ. β'.

Ἐγὼ μέντοι ἐπεὶ καὶ περὶ γενέσεως ἐξήγημαι, βούλομαι καὶ τὴν παιδείαν ἑκατέρων σαφηνίσαι. τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ φάσκοντες κάλλιστα τοὺς υἱεῖς

mi dotes ſuſpiceret, ad vxorem adducto, ſobolem ſuſciperet.

8. Quod ſi quis ſoeminae coniugium' auerſaretur, ac nihilominus praeſtantium liberorum cupidus eſſet; etiam huic lege permiſit, vt quamcunque foecundam et indolis generoſae conſpexiſſet, perſuaſo eius marito, prolem ex ea procrearet.

9. Atque huiuſmodi multa conceſſit. Etenim foeminae binas domos occupant, et mariti earum liberis ſuis fratres adiungunt, qui in generis quidem ac virium ſocietatem veniunt, a facultatibus tamen excluduntur.

10. Hoc modo quum de procreatione ſobolis ſtatueret aliud quam caeteri, num Spartae viros tam proceritate quam robore praeſtantes produxerit; conſideret, qui volet.

CAP. II.

Equidem quia de procreatione dixi, etiam vtriusque ſexus inſtitutionem exponam. Ex Graecis ergo caeteris ii qui rectiſſime liberos

υἱεῖς παιδεύειν, ἐπειδὰν τάχιστα αὐτοῖς οἱ παῖδες τὰ λεγόμενα ξυνιῶσιν, εὐθὺς μὲν ἐπ' αὐτοῖς παιδαγωγὸς θεράποντας ἐφιστᾶσι, εὐθὺς δὲ πέμπουσιν εἰς διδασκάλων, μαθησομένους καὶ γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ. πρὸς δὲ τούτοις, τῶν παίδων τὰς μὲν ὑποδήμασιν ἀπαλύνουσιν, σώματα δὲ ἱματίων μεταβολαῖς διαθρύπτουσι· σίτου γεμὴν αὐτοῖς γαστέρα μέτριον νομίζουσιν.

β'. Ο δὲ Λυκοῦργος, ἀντὶ μὲν τοῦ ἰδίᾳ *ἑκάστοις παιδαγωγοὺς δούλους ἐφιστάναι, ἄνδρα ἐπέστησε κρατεῖν αὐτῶν, ἐξ ὧνπερ αἱ μέγισται ἀρχαὶ καθίστανται, ὃς δὴ καὶ παιδονόμος καλεῖται. τοῦτον δὲ κύριον ἐποίησε καὶ **ἀθροίζειν τοὺς παῖδας, καὶ ἐπισκοποῦντα εἴ τις ῥαδιουργοίη, ἰσχυρῶς κολάζειν. ἔδωκεν αὐτῷ καὶ τῶν ἡβώντων μασιγοφόρους, ὅπως τιμωροῖεν ὅτε δέοι· ὥστε πολλὴν μὲν αἰδῶ, πολλὴν δὲ πειθῶ ἐκεῖ συμπαρεῖναι.

γ'. Αντὶ

liberos ſuos inſtituere ſe aiunt, vbi primum pueri ea quae dicuntur, intelligunt; mox ſervos eis paedagogos praeficiunt, mox eos ad magiſtrorum ludos mittunt; vt et litteras, et muſicam, et quae ad palaeſtram pertinent, diſcant. Praeterea puerorum pedes calceis teneriores reddunt, et corpora veſtium mutationibus ad mollitiem conſuefaciunt; cibi modum ventre metiuntur.

2. Lycurgus autem, pro eo quod illi ſeorſim ſingulis ſeruos paedagogos praeficiunt, virum eis praeeſſe voluit, ex illorum numero, qui magiſtratus ſummos obeunt. Huic [a puerorum gubernatione] Paedonomi eſt inditum nomen, cui quidem poteſtatem plenam colligendi pueros conceſſit, et eosdem puniendi grauiter, inſpectanti, an quis nequiter agat. Eidem ex ephebis quoſdam, qui flagella geſtarent, adiunxit: vt, quum res poſceret, poenas pueris irrogarent. Quo factum, vt magnum verecundiae, magnum in pueris obedientiae ſtudium eſſet.

3. Pro

* Al. ἕκαστον. ** Al. καθίζειν.

γ'. Αντὶ γεμὴν τῦ ἀπαλύνειν τὰς πόδας ὑποδήμασιν, ἔταξεν ἀνυποδησία κρατύνειν· νομίζων, εἰ τῦτ' ἀσκήσειαν, πολὺ μὲν ῥᾷον ἂν ὀρθιάδε βαίνειν, ἀσφαλέστερον δὲ πρανῆ καταβαίνειν, καὶ πηδῆσαι, καὶ ἀναθορεῖν, καὶ δραμεῖν θᾶττον ἀνυπόδετον, εἰ ἠσκηκὼς εἴη τὰς πόδας, ἢ ὑποδεδεμένον.

δ'. Καὶ ἀντί γε τῦ ἱματίοις διαθρύπτεσθαι, ἐνόμισεν ἑνὶ ἱματίῳ δι' ἔτους προσεθίζεσθαι· νομίζων ἅτω καὶ πρὸς ψύχη, καὶ πρὸς θάλπη ἄμεινον ἂν παρασκευάσασθαι.

ε'. Σῖτον γεμὴν * ἔταξε τοσῦτον ἔχοντα συμβαλεύειν τὸν ἄῤῥενα, ὡς ὑπὸ πλησμονῆς μὲν μήποτε βαρύνεσθαι, τῦ δὲ ἐνδεεστέρως διάγειν μὴ ἀπείρως ἔχειν· νομίζων τὰς ἅτω παιδευομένας μᾶλλον μὲν ἂν δύνασθαι, εἰ δεήσειεν, ἀσιτήσαντας ἐπιπονῆσαι, μᾶλλον δ' ἂν, εἰ παραγγελθείη, ἀπὸ τῦ αὐτῦ σίτυ πλείω χρόνον ἐπιταθῆναι, ἧττον δ' ἂν ὄψυ δεῖσθαι, εὐχερέστερον δὲ πρὸς πᾶν ἔχειν βρῶμα.

ς'. Καὶ

3. Pro eo vero, quod alii calceis pedes emollirent; iussit vt nuditate pedes duriores efficerent. Existimabat enim futurum, si ad hoc semper se exercitarent, vt multo facilius ardua loca conscenderent, per declivia tutius descenderent; exsilirent, prosilirent, currerent discalceati, si quidem pedes adsuescissent, multo expeditius quam calceati.

4. Itidem pro eo, quod illi vestibus sese emollirent, statuit vt ad vnum se vestimentum anno toto adsuefacerent: quod putaret hac ipsos ratione tum ad frigora tum calores rectius [illegible] structos fore.

5. Cibi tantum masculo sumendum censuit, vt prae repletione non granetur, et penuriam tolerandi non ignarus sit. Existimabat enim illos qui sic instituerentur, magis, vbi vsus ita posceret, labores sine cibo toleraturos; magisque futurum, vt, si iuberet imperatum, ab eodem cibo longius ad tempus abstinendo durarent, minus obsonii requirerent, quamuis escam denique facilius admitterent.

6. Prae-

* Vitiosum hunc locum ita corrigas: σῖτὸν γεμὴν τοσ. ἔχειν συνεβάλλειν.

ς'. Καὶ ὑγιεινοτέρως δ' ἂν διάγειν, καὶ εἰς μῆκος ἂν αὐξάνεσθαι, τὴν ῥᾳδίνα τὰ σώματα ποιοῦσαν τροφὴν μᾶλλον συλλαμβάνειν ἡγήσατο, ἢ τὴν διαπλατύνουσαν τῷ σίτῳ.

ζ'. Ὡς δὲ μὴ ὑπὸ λιμοῦ ἄγαν αὖ πιέζοιντο, ἀπραγμόνως μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔδωκε λαμβάνειν ὧν ἂν δέωνται, κλέπτειν δ' ἐφῆκεν ἔστιν ἃ τῷ λιμῷ ἐπικουροῦντας. καὶ ὡς μὲν οὐκ ἀπορῶν ὅ, τι δοίη, ἐφῆκεν αὐτοῖς γε μηχανᾶσθαι τὴν τροφὴν, οὐδένα οἶμαι τοῦτο ἀγνοεῖν.

η'. Δῆλον δὲ, ὅτι τὸν μέλλοντα κλωπεύειν, καὶ νυκτὸς ἀγρυπνεῖν δεῖ, καὶ μεθ' ἡμέραν ἀπατᾶν καὶ ἐνεδρεύειν, καὶ κατασκόπους δὲ ἑτοιμάζειν τὸν μέλλοντά τι λήψεσθαι. ταῦτα οὖν δὴ πάντα δηλονότι μηχανικωτέρους τῶν ἐπιτηδείων βουλόμενος τοὺς παῖδας ποιεῖν, καὶ πολεμικωτέρους, ὅτως ἐπαίδευσεν.

θ'. Εἴποι δ' ἂν οὖν τις· τί δῆτα, εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε, πολλὰς πληγὰς ἐπέβαλλε

6. Praeterea putabat, alimentum, quod corpora gracilia potius efficeret, quam cibo dilataret, ad salubrius viuendum, et ad incrementum proceritatis, adiumenti plus adferre.

7. Vt autem a fame non nimium premerentur, non concessit eis, vt sine negotio consequerentur, quibus ipsis opus esset: sed permisit, vt ea furto subtraherent, quibus leuari fames posset. Non tamen eum idcirco ipsis concessisse, vt artificiosa industria sibi victum pararent, quia non haberet, quod aliud illis daret; neminem ignorare arbitror.

8. Nimirum patet, eum qui aliquid furto sit ablaturus, necesse habere, vt noctu vigilet, interdiu fallat, insidias locet, atque etiam exploratores paret, si quidem aliquid accipere velit. Quamobrem pueros ad haec omnia condocefaciebat, quod eos ad paranda necessaria sollertiores, adeoque bellicosiores facere vellet.

9. Fortasse quis dixerit: Cur igitur, si quidem furari bonum quid esse arbitrabatur, multis

ἕαλλε τῷ ἁλισκομένῳ; ὅτι, φημὶ ἐγὼ, καὶ τἄλλα ὅσα ἄνθρωποι διδάσκουσι, κολάζουσι τὸν μὴ καλῶς ὑπηρετοῦντα. κἀκεῖνοι ἂν τοὺς ἁλισκομένους, ὡς κακῶς κλέπτοντας, τιμωροῦνται.

ί. Καὶ ὡς πλείστους δὴ ἁρπάσαι *τυροὺς παρ' Ορθίας καλὸν θεὶς, μαστιγοῦν τούτους ἄλλοις ἐπέταξε· τοῦτο δὲ δηλοῦται καὶ ἐν τούτῳ βαλόμενος, ὅτι ἐστὶν, ὀλίγον χρόνον ἀληθήσαντα, πολὺν χρόνον εὐδοκιμοῦντα εὐφραίνεσθαι. δηλοῦται δὲ ἐν τούτῳ, ὅτι καὶ ὅπου τάχους δεῖ, ὁ βλακεύων ἐλάχιστα μὲν ὠφελεῖται, πλεῖστα δὲ πράγματα λαμβάνει.

ια'. Οπως δὲ μηδ' εἰ ὁ παιδονόμος ἀπέλθοι, ἔρημοί ποτε οἱ παῖδες εἶεν ἄρχοντος, ἐποίησε τὸν ἀεὶ παρόντα τῶν πολιτῶν κύριον εἶναι, καὶ ἐπιτάττειν τοῖς παισὶν ὅ, τι ἂν ἀγαθὸν δοκοίη εἶναι, καὶ κολάζειν εἴ τι ἁμαρτάνοιεν. τοῦτο δὲ ποιήσας, διέπραξε

eum verberibus caſtigabat, qui deprehendebatur? Nimirum ideo, mea quidem ſententia, quod aliis etiam in rebus, quas homines docent, non recte aliquid exſequentem plectant. Quamobrem illi quoque in deprehenſos, in parum peritos fures, animaduertunt.

10. Quumque ingenioſum eſſe ſtatuiſſet, ſi qui plurimum tritici raperent: eos tamen ab aliis ad aram Orthiae flagris caedi iuſſit. Quo quidem ſignificare voluit, quod is, qui exiguo tempore dolores perfert, diuturna voluptate cum gloria frui poſſit. Praeterea ſignificatur hoc ipſo, mollem ac ignauum hominem, quum celeritate opus eſt, vtilitatis minimum capere, moleſtiae plurimum.

11. Vt autem pueri etiam moderatore ſuo abſente, nunquam aliquo deſtituerentur, qui eis praeeſſet: inſtituit, vt ex ciuibus, quicumque praeſens quouis eſſet tempore, poteſtatem haberet tum imperandi pueris, quod ex vſu eſſe videretur, tum plectendi, ſi quid delinquerent. Qua re

* Lege cum Leuncl. τυροὺς καλὸν θεὶς, παρ' Ορθίας μαστιγοῦν. vt vero conſtet emendationis ratio, conſule Pauſaniam in Laconicis, et Plutarchum in Lycurgo.

διέπραξε καὶ αἰδημονεστέρους εἶναι τοὺς παῖδας. οὐδὲν γὰρ ὄφελος αἰδεῖσθαι ὅτε παῖδες, ὅτε ἄνδρες, ὡς τοὺς ἄρχοντας.

ιβ'. Ὡς δὲ καὶ, εἴ ποτε μηδεὶς τύχοι ἀνὴρ παρὼν, μηδ' ὡς ἔρημοι οἱ παῖδες ἄρχοντος εἶεν, ἔθηκε τῇ ἴλης ἑκάστης τὸν τοιοῦτον τῶν ἀρρένων ἄρχειν· ὥστε οὐδέποτε ἐκεῖ οἱ παῖδες ἔρημοι ἄρχοντός εἰσι.

ιγ'. Λεκτέον δέ μοι δοκεῖ εἶναι καὶ περὶ τῶν παιδικῶν ἐρώτων. ἔστι γάρ τι καὶ τοῦτο πρὸς παιδείαν. οἱ μὲν τοίνυν ἄλλοι Ελληνες ἢ (ὥσπερ Βοιωτοὶ) ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσιν, ἢ (ὥσπερ Ηλεῖοι) διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ χρῶνται. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ παντάπασι τοῦ διαλέγεσθαι τοὺς ἐραστὰς εἴργουσιν ἀπὸ τῶν παίδων.

ιδ'. Ο δὲ Λυκοῦργος ἐναντία καὶ τούτοις πᾶσι γνοὺς, εἰ μέν τις αὐτὸς ὢν οἷον δεῖ, ἀγαθοῦ ψυχὴν παιδὸς, πειρῶτο ἄμεμπτον φίλον ἀποτελέσασθαι καὶ συνεῖναι, ἐπῄνει, καὶ καλλίστην παιδείαν ταύτην ἐνόμιζεν.

ιε'. Εἰ

re perfecit, vt etiam pueri verecundiores eſſent. Quippe nihil ita neque pueri, neque viri reuerentur, atque praefectos ſuos.

12. Vt autem ne tunc quidem, vbi forte nullus aetatis virilis adeſſet, rectore pueri ſuo carerent: ſanxit, vt is qui eſſet in claſſe qualibet acerrimus, maribus imperaret. Quo fit, vt iſtic pueri nunquam rectore careant.

13. Etiam de puerorum amoribus dicendum mihi videtur; quod hoc quoque ad inſtitutionem pertineat. Aliis in more Graecis eſt, vt vel coniuncti vir ac puer degant, quod fit apud Boeotos; vel formae venuſtate muneribus potiantur, quod Eleis in vſu eſt. Nonnulli ſunt, qui prorſus amatores cum pueris etiam colloqui vetant.

14. Lycurgus autem his omnibus contraria ſtatuens, ſi quis vir eſſet eiuſmodi, qualem eſſe deceret, indolemque pueri admiratus, amicum ſibi ſincerum efficere cuperet, et cum eo verſari: hoc ipſum laudabat, eamque putabat inſtitutionem eſſe optimam.

ιέ. Εἰ δέ τις παιδὸς σώματος ὀρεγόμενος φανείη, αἴσχιστον τοῦτο θεὶς, ἐποίησεν ἐν Λακεδαίμονι μηδὲν ἧττον ἐρασταὶ παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ γονεῖς παίδων, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφροδίσια ἀπέχονται. τὸ μέντοι, ταῦτα ἀπιστεῖσθαι ὑπό τινων, ἐ θαυμάζω. ἐν πολλαῖς γὰρ τῶν πόλεων οἱ νόμοι ἐκ ἐναντιοῦνται ταῖς πρὸς τὰς παίδας ἐπιθυμίαις.

ΚΕΦ. γ'.

Ἡ μὲν δὴ παιδεία εἴρηται ἥτε Λακωνικὴ, καὶ ἡ τῶν ἄλλων Ελλήνων. ἐξ ὁποτέρας δ' αὐτῶν καὶ εὐπειθέστεροι, καὶ αἰδημονέστεροι, καὶ ὧν δεῖ ἐγκρατέστεροι ἄνδρες ἀποτελοῦνται, ὁ βουλόμενος καὶ ταῦτα ἐπισκοπείσθω. . . . .

β'. Οταν γεμὴν ἐκ παίδων εἰς τὸ μειρακιοῦσθαι ἐκβαίνωσι, τηνικαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι παύουσι μὲν ἀπὸ παιδαγωγῶν, παύουσι δὲ καὶ ἀπὸ διδασκάλων, ἄρχουσι δὲ

15. Sin aliquem pueri corpore duntaxat capi adpareret, id vero turpiſſimum eſſe ſtatuit: adeoque perfecit, vt apud Lacedaemonios nihilo vtique minus amatores a puerorum amatorum congreſſu abſtinerent, quam vel parentes a filiis, vel a fratribus fratres venereis in rebus abſtinent. Quae ſane fidem apud quosdam non mereri, nihil miror. Nam leges in pleriſque ciuitatibus libidines eiuſmodi non coërcent.

CAP. III.

Atque hactenus de inſtitutione tam Laconica, quam caeterorum Graecorum dictum eſt. Vtra vero promtiores ad parendum, et verecundiores, et continentiores in iis, vbi neceſſe eſt, viros efficiat; id etiam conſideret, qui volet.

2. Enimuero poſteaquam e pueritia tranſeunt ad adoleſcentiam, tum Graeci quidem caeteri paedagogis magiſtriſque liberos ſuos committere deſinunt, neque

δὲ ὐδένες ἔτι αὐτῶν, ἀλλ' αὐτονόμως ἀφιᾶσιν· ὁ δὲ Λυκοῦργος καὶ τούτων τἀναντία ἔγνω.

γ'. Καταμαθὼν γὰρ τοῖς τηλικούτοις μέγιστον μὲν φρόνημα ἐμφυόμενον, μάλιστα δὲ ὕβριν ἐπιπολάζουσαν, ἰσχυροτάτας δὲ ἐπιθυμίας τῶν ἡδονῶν παρεσκευασμένας, τηνικαῦτα πλείστους μὲν πόνους αὐτοῖς ὑπέβαλε, πλείστην δὲ ἀσχολίαν ἐμηχανήσατο.

δ'. Ἐπιθεὶς δὲ, καὶ εἴ τις ταῦτα φύγοι, μηδενὸς ἔτι τῶν καλῶν τυγχάνειν, ἐποίησε μὴ μόνον τοὺς ἐκ δημοσίου, ἀλλὰ καὶ τοὺς κηδομένους ἑκάστων ἐπιμελεῖσθαι, ὡς μὴ ἀποδειλιάσαντες ἀδόκιμοι παντάπασιν ἐν τῇ πόλει γένοιντο.

ε'. Πρὸς δὲ τούτοις τὸ αἰδεῖσθαι ἰσχυρῶς ἐμφῦσαι βουλόμενος αὐτοῖς, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπέταξεν ἐντὸς μὲν τοῦ ἱματίου τὼ χεῖρε ἔχειν, σιγῇ δὲ πορεύεσθαι, περιβλέπειν δὲ μηδαμοῦ, ἀλλ' αὐτὰ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν ὁρᾶν. ἔνθα δὴ καὶ δῆλον γεγένηται, ὅτι τὸ ἄῤῥεν φῦλον καὶ εἰς τὸ σωφρονεῖν ἰσχυρότερόν ἐστι τῶν τῆς θηλείας φύσεως.

ς'. Ἐπεί-

neque quiſquam amplius eis imperat, ſed iuris ſui fiunt: Lycurgus autem his quoque contraria ſtatuit.

3. Nam quod animaduerteret, illis, qui hac eſſent aetate, ſpiritus a natura maximos ineſſe, maximamque petulantiam redundare, cupiditates denique voluptatum vehementiſſimas adeſſe: idcirco tunc plurimis eos laboribus ſubiecit, et occupationes eorum plurimas excogitauit.

4. Quumque addidiſſet, eum, qui haec fugeret, expertum fore deinceps rerum egregiarum omnium: perfecit, vt non tantum publice conſtituti, ſed illi etiam, qui gererent privatim curam ſingulorum, operam darent, ne prae ignauia contemtui ciuibus vniuerſis eſſent.

5. Praeterea quum vehementer animis eorum pudorem inferere cuperet, inſtituit, vt in via manum vtramque intra veſtem continerent, incederent taciti, nuſquam circumſpicerent, ea tantum intuerentur, quae ante pedes eſſent. Vnde patuit, ſexum marem etiam foemineo ſe modeſtius poſſe gerere.

ς'. Ἐκείνων γ' ἂν ἧττον μὲν ἀν φωνὴν ἀκούσαις, ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δ' ἂν ὄμματα μετασρέψαις, ἢ τῶν χαλκῶν, αἰδημονεσέρας δ' ἂν αὐτὰς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν * ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων. καὶ ἐπειδὰν εἰς τὸ ** φιλίτιόν γε ἀφίκωνται, ἀγαπητὸν αὐτῶν καὶ τὸ ἐρωτηθὲν ἀκοῦσαι. καὶ τῶν μὲν αὖ παιδικῶν ὅτως ἐπεμελήθη.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ γε μὴν τῶν ἡβώντων πολὺ μάλισα ἐσπούδασε, νομίζων, τούτους, εἰ γένοιντο οἵους δεῖ, πλεῖσον ῥέπειν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν τῇ πόλει.

β'. Ὁρῶν δὴν, οἷς ἂν μάλισα φιλονεικία ἐγγένηται, τούτων καὶ χορὰς ἀξιακροατωτάτους γιγνομένους, καὶ γυμνικὰς ἀγῶνας ἀξιοθεατωτάτους, ἐνόμιζεν, εἰ καὶ τοὺς ἡβῶντας συμβάλλοι εἰς ἔριν περὶ ἀρετῆς, ὅτως ἂν καὶ τούτους ἐπὶ πλεῖσον ἀφικνεῖσθαι ἀνδραγαθίας. ὡς δ' τούτους αὖ συνέβαλεν, ἐξηγήσομαι.

γ'. Αἰ-

6. Sane vocem illorum minus audias, quam ſi lapidei; minus oculos flexeris, quam ſi eſſent ahenei: denique verecundiores eſſe duxeris, quam ſint eae, quae in thalamis degunt, virgines. Quod ſi etiam ad philitium veniant, ſatis habendum hoc ex eis audiri, de quo interrogati ſunt. Atque hanc Lycurgus aetati puerili curam adhibuit.

CAP. IV.

Caeterum multo maximam diligentiam puberibus impendit, quod eos duceret, ſi tales euaderent, quales eſſe conveniret, plurimum momenti ciuitatis commodis allaturos.

2. Itaque quum videret, quibuſcunque maxime ſtudium contentionis innatum eſſet, horum et choros auditu, et certamina gymnica ſpectatu eſſe digniſſima; arbitrabatur, ſi puberes in contentionem virtutis inter ſe committeret, etiam illos hoc modo euaſuros eſſe fortiſſimos. Exponam autem, quo modo inter ſe hos commiſerit.

3. Eli-

* Al. ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς. ** Al. φιδίτιον.

γ'. Αἱρῶνται τοίνυν αὐτῶν οἱ Ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. ὅτοι δὲ Ἱππαγρέται καλῶνται. τούτων δὲ ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει, διασαφηνίζων ὅτῳ ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει.

δ'. Οἱ δὲ μὴ τυγχάνοντες τῶν καλῶν, πολεμοῦσι τοῖς τε ἀποστείλασιν αὐτούς, καὶ τοῖς αἱρεθεῖσιν ἀνθ' αὐτῶν, καὶ παραφυλάττουσιν ἀλλήλους, ἐάν τι παρὰ τὰ καλὰ νομιζόμενα ῥᾳδιουργῶσι.

ε'. Καὶ αὕτη δὴ γίγνεται ἡ θεοφιλεστάτη τε, καὶ πολιτικωτάτη ἔρις, ἐν ᾗ ἀποδέδεικται μὲν, ἃ δεῖ ποιεῖν τὸν ἀγαθὸν· χωρὶς δ' ἑκάτεροι ἀσκοῦσιν, ὅπως ἀεὶ κράτιστοι ἔσονται· ἐὰν δέ τι δέῃ, καθ' ἕνα ἀρήξουσι τῇ πόλει παντὶ σθένει.

ς'. Ἀνάγκη δ' αὐτοῖς καὶ εὐεξίας ἐπιμελεῖσθαι. καὶ γὰρ πυκτεύουσι διὰ τὴν ἔριν, ὅπου ἂν συμβάλωσι· διαλύειν μέντοι τοὺς μαχομένους πᾶς ὁ παραγενόμενος κύριος.

ἦν

3. Eligunt Ephori ex eorum numero, qui aetate ſunt vegeta, tres viros, quos Hippagretas vocant. Eorum quisque centum ſibi viros deligit, ac ſimul declarat, quamobrem alios praeferat, alios reiiciat.

4. Itaque illi, qui honorem hunc non conſequuntur, inimici fiunt tam iis, a quibus reiecti ſunt, quam his in electione ſibi praelatis: ſeque obſervant mutuo, num aliquid adverſus ea quae honeſta ducuntur, nequiter committant.

5. Atque haec eſt Diis acceptiſſima, et imprimis vtilis reipublicae contentio; qua demonſtratur, quid viro forti faciendum ſit; et vtriqne ſemet in eo ſeorſum exercent, vt ſemper ſint praeſtantiſſimi; ac res ſi poſtulet, ſingillatim reipublicae totis viribus opitulentur.

6. Praeterea neceſſe eſt, vt bonae conſtitutioni ſtudeant. Nam vbicunque congreſſi fuerint, ob hanc inter ſe rixam colluctando pugnant. Et dirimere pugnantes cuiuſuis eſt in poteſtate, qui forte interuenerit.

ἢν δέ τις ἀπειθῇ τῷ διαλύοντι, ἄγει αὐτὸν ὁ παιδονόμος ἐπὶ τὰς Ἐφόρας· οἱ δὲ ζημιῶσι, μεγαλείως καθισᾶναι βουλόμενοι, εἰς τὸ μήποτε ὀργὴν τῷ μὴ πείθεσθαι τοῖς νόμοις κρατῆσαι.

ζ'. Τοῖς γεμὴν τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν πεπερακόσιν (ἐξ ὧν ἤδη καὶ αἱ μέγισται ἀρχαὶ καθίστανται) οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες ἀφελόντες αὐτῶν τὸ ἰσχύος ἔτι ἐπιμελεῖσθαι, στρατεύεσθαι ὅμως αὐτοῖς ἐπιτάττουσιν.

η'. Ὁ δὲ Λυκοῦργος τοῖς τηλικούτοις νόμιμον ἐποίησε, κάλλιστον εἶναι τὸ θηρᾶν, εἰ μή τι δημόσιον κωλύοι, ὅπως δύναιντο καὶ ὅτοι μηδὲν ἧττον τῶν ἡβώντων στρατιωτικοὺς πόνους ὑποφέρειν.

ΚΕΦ. ε'.

Ἃ μὲν οὖν ἑκάστῃ ἡλικίᾳ ἐνομοθέτησεν ὁ Λυκοῦργος ἐπιτηδεύματα, σχεδὸν εἴρηται. οἵαν δὲ καὶ πᾶσι δίαιταν κατεσκεύασε, νῦν πειράσομαι διηγεῖσθαι.

β'. Λυκοῦργος τοίνυν παραλαβὼν τοὺς Σπαρτιάτας, ὥσπερ

Quod si quis dirimenti non obtemperet, eum moderator iuventutis ad Ephoros deducit: a quibus ille multatur, acerrimo ſtudio id efficere volentibus, ne quis vnquam ab ira ſuperatus impediatur, quo minus legibus pareat.

7. Qui vero iam pubertatis annos exceſſerunt, e quorum numero magiſtratus ſummi creantur, eos Graeci caeteri, detracta virium exercendarum cura, in militiam nihilominus proficiſci iubent.

8. Lycurgus autem introduxit, vt illa in aetate quam honeſtiſſimum habeatur, venationi operam dare, niſi quod publicum munus impediat: vt etiam hi non minus quam puberes, perferre labores militares poſſint.

CAP. V.

Ac prope iam explicatum eſt, quae cuilibet aetati ſtudia Lycurgus praeſcripſerit. Qualem vero victus rationem vniuerſis inſtituerit, iam exponere conabor.

2. Quum igitur Lycurgus Spartanos accepiſſet, pro Graecorum

ὥσπερ τὰς ἄλλας Ελληνας, οἴκοι σκηνᾶντας, γνὰς ἐν τούτοις πλείστας ῥαδιουργεῖσθαι, εἰς τὸ φανερὸν ἐξήγαγε τὰ συσκήνια, ἅτως ἡγούμενος ἥκιστ' ἂν παραβαίνεσθαι τὰ προσατόμενα.

γ'. Καὶ σῖτόν γε ἔταξεν αὐτοῖς, ὡς μήτε ὑπερπληρῶσθαι, μήτε ἐνδεεῖς γίγνεσθαι. πολλὰ δὲ καὶ παρέλλεγα γίγνεται ἀπὸ τῶν ἀγρευομένων. εἰ δὲ πλούσιοι ἔσιν ὅτε καὶ ἄγραν ἀντιπαραβάλλουσιν· ὥστε ἅτε ἔρημός ποτε ἡ τράπεζα βρωτῶν γίγνεται, ἔστ' ἂν διασκηνῶσιν, ἅτε πολυδάπανος.

δ'. Καὶ μὴν τῷ πότῳ ἀποπαύσας τὰς ἀπ' ἀναγκαίας πόσεις, αἱ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας, ἐφῆκεν ὁπότε διψώη ἕκαστος πίνειν· ἅτω νομίζων ἀβλαβέστατόν τε, καὶ ἥδιστον ποτὸν γίγνεσθαι. ἅτω γε μὴν * σκηνάντων, πῶς ἄν τις ἢ ὑπὸ λιχνείας, ἢ οἰνοφλυγίας ἢ αὐτὸν, ἢ οἶκον διαφθείρειεν;

ε'. Καὶ

corum reliquorum consuetudine domi suae victitantes: quumque animaduertisset, in his plurimos nequiter se gerere, conuictus illos in publicum eduxit, quod ea ratione futurum existimaret, vt minime imperata transgrederentur.

3. Cibum etiam eis ita instituit, vt neque nimium replerentur, neque penuria laborarent. Multa vero etiam praeter expectationem fiunt de illis, quae venando capiuntur. Et locupletes nonnunquam praedam venatu captam in commune conferunt. Quo fit, vt mensa nunquam careat iis rebus, quibus vescantur, quam quidem diu conuictus ille durat; nec tamen sumtuosa sit.

4. Sublatis etiam potationibus non necessariis, quae tum corpora, tum animos labefactant, potestatem eis bibendi reliquit, vbi quisque sitiret. Nam hac ratione putabat potum minime noxium, et longe suauissimum effici. Quamobrem qui fieri potest, vt aliquis ex iis, qui simul hoc modo victitant, vel gula, vel temulentia se, remue suam familiarem perdat?

5. Etenim

* Rectius συσκηνέντων.

ε'. Καὶ γὰρ δὴ ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ὡς τὸ πολὺ οἱ ἥλικες ἀλλήλοις σύνεισι, μεθ' ὧνπερ καὶ ἐλαχίστη αἰδὼς παραγίγνεται. ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀνέμιξε παιδεύεσθαι τὰ πολλὰ τοὺς νεωτέρους ὑπὸ τῆς τῶν γεραιτέρων ἐμπειρίας.

ς'. Καὶ γὰρ δὴ ἐπιχώριον ἐν τοῖς φιλιτίοις λέγεσθαι ὅ, τι ἂν καλῶς τις ἐν τῇ πόλει ποιήσῃ· ὡς ἐκεῖ ἥκιστα μὲν ὕβριν, ἥκιστα δὲ παροινίαν, ἥκιστα δὲ αἰσχροεργίαν καὶ αἰσχρολογίαν ἐγγίγνεσθαι.

ζ'. Ἀγαθὰ γεμὴν ἀπεργάζεται καὶ τάδε ἡ ἔξω σίτισις. περιπατεῖν τε γὰρ ἀναγκάζονται ἐν τῇ οἴκαδε ἀφόδῳ, καὶ μὴν τὸ ὑπὸ οἴνου μὴ σφάλλεσθαι ἐπιμελεῖσθαι, εἰδότας ὅτι οὐκ ἐνθάπερ ἐδείπνουν, καταμενοῦσι, καὶ τῇ ὄρφνῃ ὅσα ἡμέρᾳ χρηστέον. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ φανοῦ τὸν ἔτι ἔμφρονα ἔξεστι πορεύεσθαι.

η'. Καταμαθὼν γεμὴν ὁ Λυκοῦργος καὶ ὅτι ἀπὸ τῶν σίτων οἱ μὲν διαπονούμενοι, εὐχροοί τε, καὶ εὔσαρκοι, καὶ εὔρωστοί εἰσιν, οἱ δ' ἄπονοι, πεφυσημένοί τε,

5. Etenim aliis in vrbibus plerumque aequales inter ſe verſantur, inter quos minimum eſt pudoris. Lycurgus vero Spartae ſic omnia miſcuit, vt illic iuniores ab experientia ſeniorum vt plurimum erudiantur.

6. Nam, more patrio, commemoratur in publicis illis epulis, quidquid in republica quiſque praeclare fecerit. Quo fit, vt iſtic minime vel iniuria, vel ex vino petulantia, vel factum turpe, vel turpe dictum interueniat.

7. Etiam ad hoc vtiles ſunt epulae foris publicae, quod obambulare cogantur, vbi domum diſcedere volunt; atque operam dare, ne prae vino titubent: quippe qui ſciant ſe non ibi manſuros, vbi coenauerint, et tenebris perinde ſibi vtendum, ac die. Non enim cum face licet ei, qui necdum militiae vacationem impetrauit, incedere.

8. Quum autem animaduertiſſet Lycurgus, eos, qui a cibo ſe laboribus exercent, et boni coloris et ſucculentos et robuſtos eſſe; qui vero a laboribus abſtinerent, tumentes,

τε, καὶ αἰσχροὶ, καὶ ἀσθενεῖς ἀναφαίνονται, ὐδὲ τύτυ ἠμέλησεν· ἀλλ' ἐννοῶν, ὅτι καὶ ὅταν αὐτός τις τῇ ἑαυτῦ γνώμῃ φιλοπονῇ, *ἀρκῶν τὸ σῶμα ἔχων ἀναφαίνεται, ἐπέταξε τὸν ἀεὶ πρεσβύτατον ἐν τῷ γυμνασίῳ ἑκάστῳ ἐπιμελεῖσθαι, ὡς μήποτε αὐτοὶ ἐλάττυς ** τῶν σιτίων γίγνεσθαι.

θ'. Καὶ ἐμοὶ μὲν ὐδ' ἐν τύτῳ σφαλῆναι δοκεῖ. ὐκ ἂν ἴν ῥᾳδίως γέ τις εὕροι Σπαρτιατῶν ὅτε ὑγιεινοτέρυς, ὅτε τοῖς σώμασι χρησιμωτέρυς. ὁμοίως γὰρ ἀπό τε τῶν σκελῶν, καὶ ἀπὸ χειρῶν, καὶ ἀπὸ τραχήλυ γυμνάζονται.

ΚΕΦ. ς'.

Ἐναντία γεμὴν ἔγνω καὶ τάδε τοῖς πλείσυς. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις πόλεσι τῶν ἑαυτῦ ἕκασος καὶ παίδων, καὶ οἰκετῶν, καὶ χρημάτων ἄρχυσιν· ὁ δὲ Λυκῦργος, κατασκευάσαι βυλόμενος, ὡς ἂν μηδὲν βλάπτοντες, ἀπολαύοιέν τι οἱ πολῖται ἀλλήλων ἀγαθὸν, ἐποίησε

tes, ac deformes, imbecilloſque conſpici: ne id quidem neglexit, ſed conſiderans, eum qui ſponte ſua labores ſuſciperet, exhibere corpus ad quaeuis idoneum ac ſufficiens: praecepit, vt ſemper is, qui quolibet eſſet in gymnaſio natu maximus, curam adhiberet, ne vnquam ipſi deteriores euaderent inter eos, qui conuictu eodem vterentur.

9. Qua in re mihi quidem non aberraſſe videtur. Nec enim facile quis homines inueniat, qui Spartanis aut bona valetudine, aut corporis viribus praeſtent. Nam pariter et cruribus, et manibus, et ceruicibus exercentur.

CAP. VI.

Praeterea ſecus hac etiam in parte iudicabat, quam alii plurimi. Nam caeteris in vrbibus quiſque ſuis liberis, ſeruis, facultatibus praeeſt. Lycurgus autem, qui efficere vellet, vt cives, nullo ſibi inuicem damno dato, etiam commodis quibusdam opera mutua fruerentur, inſtituit,

* Al. ἀρκέντως.

** Leuncl. non male pro σιτίων legit συσσίτων. Poteſt quidem retineri vulg. lectio, atque ita reddi: *ne quando vincerentur a cibis.*

σε παίδων ἕκαστον ὁμοίως τῶν ἑαυτῷ καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἄρχειν.

β'. Οταν δέ τις εἰδῇ, ὅτι ἤτοι πατέρες εἰσὶ τῶν παίδων, ὧν αὐτὸς ἄρχει, ἀνάγκη ἤτως ἄρχειν, ὥσπερ ἂν καὶ τὸν ἑαυτῷ ἄρχεσθαι βούλοιτο. ἢν δέ τις παῖς ποτὲ πληγὰς λαβὼν ὑπ' ἄλλου, κατείπῃ πρὸς τὸν πατέρα, αἰσχρόν ἐστι μὴ ἀπ' ἄλλας πληγὰς ἐμβάλλειν τῷ υἱεῖ. ἤτω πιστεύσιν ἀλλήλους μηδὲν αἰσχρὸν προσάπτειν τοῖς παισίν.

γ'. Εποίησε δὲ καὶ οἰκέταις, εἴ τις δεηθείη, χρῆσθαι καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις· καὶ κυνῶν δὲ θηρευτικῶν συνῆψε κοινωνίαν· ὥστε οἱ μὲν δεόμενοι παρακαλοῦσιν ἐπὶ θήραν· ὁ δὲ μὴ αὐτὸς σχολάζων, ἡδέως ἐκπέμπει. καὶ ἵπποις δὲ ὡσαύτως χρῶνται. ὁ γὰρ ἀσθενήσας, ἢ δεηθεὶς ὀχήματος, ἢ ταχύ πῃ βουληθεὶς ἀφικέσθαι, ἤν πῃ ἴδῃ ἵππον ὄντα, λαβὼν καὶ χρησάμενος καλῶς, ἀποκαθίστησιν.

δ'. Οὐ μὴν ἀδ' ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰθισμένον ἐποίησεν

instituit, vt quisque tam suis quam alienis liberis imperaret.

2. Quod si quis sciat, eos pueros, in quos imperium ipse sibi sumit, hos vel illos habere patres: necesse est sic eis imperet, quemadmodum et suo velit imperari. Si quis autem puer verberibus aliquando caesus ab alio, patri suo id enuntiet: turpe est, non eidem alias insuper plagas addere. Vsque adeo fidem sibi inuicem habent, nequaquam futurum vt turpia pueris praecipiant.

3. Sanxit etiam, vt famulis, si eorum opera quis egeat, alienis vti liceat: instituta venaticorum quoque canum communione. Itaque si qui canibus egent, ad venationem alios invitant; ac si cui non sit otium, lubenter canes concedit. Itidem vtuntur et equis. Nam qui aeger est, aut vehiculo indiget, vel celeriter aliquo pergere cupit, sicubi equum videat, eum sumit; ac posteaquam illo recte vsus est, restituit.

4. Ne id quidem apud suos fieri voluit, quod caeteris est in

ἐπσίησεν ἐπιτηδεύεσθαι. ὅπου γὰρ ἂν ὑπὸ θήρας ὀψιθέντες δεηθῶσι τῶν ἐπιτηδείων, ἢν μὴ συνεσκευασμένοι τύχωσι, καὶ ἐνταῦθα ἔθηκε τὰς μὲν πεπαυμένους καταλείπειν τὰ πεποιημένα, τὰς δὲ δεομένους, ἀνοίξαντας τὰ σήμαντρα, λαβόντας ὅσων ἂν δέωνται, σημηναμένους καταλιπεῖν. τοιγαροῦν ὕτως μεταδιδόντες ἀλλήλοις, καὶ οἱ τὰ μικρὰ ἔχοντες μετέχουσι πάντων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, ὁπόταν τινὸς δεηθῶσιν.

ΚΕΦ. ζ'.

Ἐναντία γεμὴν καὶ τάδε τοῖς ἄλλοις Ελλησι κατέστησεν ὁ Λυκοῦργος ἐν τῇ Σπάρτῃ νόμιμα. ἐν μὲν γὰρ δήπου ταῖς ἄλλαις πόλεσι πάντες χρηματίζονται ὅσον δύνανται. ὁ μὲν γὰρ γεωργεῖ, ὁ δὲ ναυκληρεῖ, ὁ δ' ἐμπορεύεται, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τεχνῶν τρέφονται.

β'. Εν δὲ τῇ Σπάρτῃ ὁ Λυκοῦργος τοῖς μὲν ἐλευθέροις τῶν μὲν ἀμφὶ χρηματισμὸν ἀπεῖπε μηδενὸς ἅπτεσθαι· ὅσα

in vſu. Quippe quum prae venandi ſtudio ita nox eos oppreſſit, vt neceſſariis ad victum egeant, eorumque paratum nihil habeant: ſanxit, vt illi, qui venari deſierunt, inſtructa relinquant; qui vero iis egent, apertis ſigillis, et acceptis neceſſariis, caetera rurſus obſignata relinquant. Atque hoc modo communicatis inter ſe rebus, etiam illi, qui pauca poſſident, participes omnium fiunt, quae regio illa fert, vbi quid ſuum ad vſum requirunt.

CAP. VII.

Etiam hoc ratione quadam, diuerſa reliquorum a Graecorum conſuetudine, Lycurgus Lacedaemone ſanxit. Nam aliis in vrbibus omnes, quocunque modo poſſunt, rem faciunt. Hic agrum colit, ille nauiculatoriae deditus eſt: hic mercatura, ille opificio exercendo ſe alit.

2. Spartae vero Lycurgus ingenuis interdixit, quominus ea, quibus rem facere poſſint, attingant:

ὅσα δ' ἐλευθερίαν ταῖς πόλεσι παρασκευάζει, ταῦτα ἔταξε μόνα ἔργα αὐτῶν νομίζειν.

γ'. Καὶ γὰρ δὴ τί πλῆτος ἐκεῖ γε σπουδαστέος, ἔνθα ἴσα μὲν φέρειν εἰς τὰ ἐπιτήδεια, ὁμοίως δὲ διαιτᾶσθαι τάξας, ἐποίησε μὴ ἡδυπαθείας ἕνεκα χρημάτων ὀρέγεσθαι; ἀλλὰ μὴν ἀδὲ ἱματίων γε ἕνεκα χρηματιστέον. οὐ γὰρ ἐσθῆτος πολυτελείᾳ, ἀλλὰ σώματος εὐεξίᾳ κοσμοῦνται.

δ'. Οὐδὲ μὴν τοῦ γε εἰς τὰς συσκήνους ἕνεκα ἔχειν δαπανᾶν, χρήματα ἀθροιστέον. ἐπεὶ τὸ τῷ σώματι πονοῦντα ὠφελεῖν τὰς συνόντας εὐδοξότερον ἐποίησεν, ἢ τὸ δαπανῶντας· ἐπιδείξας τὸ μὲν ψυχῆς, τὸ δὲ πλήτου ἔργον.

ε'. Τὸ γεμὴν ἐξ ἀδίκων χρηματίζεσθαι καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις διεκώλυσε. πρῶτον μὲν γὰρ νόμισμα τοιοῦτον κατεσήσατο, ὃ δέκα μνῶν μόνον ἂν εἰς οἰκίαν εἰσελθὸν, ὅποτε δεσπότας ὅτε οἰκέτας λάθοι. καὶ γὰρ

gant: iuſſitque, vt illa tantum ad ſe pertinere ducerent, quaecunque ad libertatem ciuitatibus parandam faciant.

3. Nam cur iſtic opes aliquis adfectaret, vbi quum ipſe inſtituiſſet, vt omnes ex aequo rebus ad vitam neceſſariis potirentur, eademque ratione victus vterentur, hoc ipſum effectum erat, vt opes voluptatis cauſſa non expeterentur? Ne veſtium quidem cauſſa pecuniae ſtudendum. Non enim magni pretii veſte, ſed corporis egregia conſtitutione ornantur.

4. Non item propterea, vt contubernalium cauſſa facere ſumtum poſſint, pecuniae ipſis cogendae ſunt. Sanxit enim, vt glorioſius habeatur, corporis labore prodeſſe ſodalibus, quam faciendis ſumtibus: quorum alterum ab animo, alterum ab opulentia proficiſci demonſtrabat.

5. Etiam per nefas rem facere, his ipſis rebus vetuit. Nam primum eiuſmodi monetam inſtituit, cuius ſi tantum decem minae in domum inferrentur, nec dominos nec ſeruos latere poſſent. Etenim

et

γὰρ χώρας μεγάλης, καὶ ἁμάξης ἀγωγῆς δέοιτ' ἄν.

ς'. Χρυσίον γεμὴν, καὶ ἀργύριον ἐρευνᾶται· καὶ ἄν τί πᾳ φανῇ, ὁ ἔχων ζημιᾶται. τί ἂν ἐκεῖ χρηματισμὸς σπουδάζοιτο, ἔνθα ἡ κτῆσις πλείους λύπας, ἢ ἡ χρῆσις εὐφροσύνας παρέχει;

ΚΕΦ. η'.

Ἀλλὰ γὰρ ὅτι μὲν ἐν Σπάρτῃ μάλιστα πείθονται ταῖς ἀρχαῖς τε καὶ τοῖς νόμοις, ἴσμεν ἅπαντες. ἐγὼ μέντοι καὶ ἐγχειρῆσαι οἶμαι πρότερον τὸν Λυκοῦργον ταύτην τὴν εὐεξίαν καθιστάναι, πρὶν ὁμογνώμονας ἐποιήσατο τοὺς κρατίστους τῶν ἐν τῇ πόλει.

β'. Τεκμαίρομαι δὲ ταῦτα, ὅτι ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν οἱ δυνατώτεροι ὅτε βούλονται δοκεῖν τὰς ἀρχὰς φοβεῖσθαι, ἀλλὰ νομίζουσι τοῦτο ἀνελεύθερον εἶναι. ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ οἱ κράτιστοι καὶ ὑπέρχονται μάλιστα τὰς ἀρχὰς, καὶ τῷ ταπεινοὶ εἶναι μεγαλύνονται, καὶ τῷ, ὅταν καλῶνται,

et amplo id collocari ſpatio, et plauſtro neceſſe eſſet vehi.

6. Aurum autem argentumque perquiri ſolet, ac ſicubi conſpectum fuerit, poſſeſſor multatur. Cur igitur iſtic quaerendis opibus opera detur, vbi comparatio plus moleſtiae, quam vſus voluptatis exhibeat?

CAP. VIII.

Enimuero ciues Spartanos inprimis et magiſtratibus et legibus parere, ſcimus omnes. At ego Lycurgum ne quidem adgreſſum arbitror egregiam illam reipublicae conſtitutionem, prius quam ciuitatis optimates ſuam in ſententiam adduxiſſet.

2. Eius rei hoc argumentum habeo, quod, qui aliis in vrbibus potentiores ſunt, ne videri quidem volunt metuere magiſtratus: adeoque ducunt hoc eſſe ab homine libero alienum. Spartae vero praeſtantiſſima dignitate viri maxime magiſtratus obſeruant, ac ſibi glorioſum putant, ſi humiles ſint; et arceſſiti non gradatim

καλῶνται, τρέχοντες, ἀλλὰ μὴ βαδίζοντες ὑπακούειν· νομίζοντες, ἢν αὐτοὶ καταρχωσι τῷ σφόδρα πείθεσθαι, ἕψεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους· ὅπερ καὶ γεγένηται.

γ'. Εἰκὸς δὲ καὶ τὴν τῆς Ἐφορείας δύναμιν τοὺς αὐτοὺς τούτους συγκατασκευάσαι, ἐπείπερ ἔγνωσαν τὸ πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἐν πόλει, καὶ ἐν στρατιᾷ, καὶ ἐν οἴκῳ. ὅσῳ γὰρ μείζω δύναμιν ἔχει ἡ ἀρχὴ, τοσούτῳ μᾶλλον ἂν ἡγήσατο αὐτὴν καὶ καταπλήξειν τοὺς πολίτας, τῷ ὑπακούειν.

δ'. Ἔφοροι ἂν ἱκανοὶ μέν εἰσι ζημιῶν ὃν ἂν βάλωνται, κύριοι δ' ἐκπράττειν παραχρῆμα, κύριοι δὲ καὶ ἄρχοντας μεταξὺ καὶ καταπαῦσαι, καὶ εἴρξαί γε, καὶ περὶ τῆς ψυχῆς εἰς ἀγῶνα καταστῆσαι. τοσαύτην δὲ ἔχοντες δύναμιν, οὐχ (ὥσπερ αἱ ἄλλαι πόλεις) ἐῶσι τοὺς αἱρεθέντας ἀεὶ ἄρχειν τὸ ἔτος ὅπως ἂν βάλωνται, ἀλλ' ὥσπερ οἱ τύραννοι, καὶ οἱ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπισάται, ἤν τινα

incedendo, ſed currendo dictis ſint audientes. Exiſtimant enim, ſi ad ſummam obedientiam praeſtandam duces ipſi fuerint, etiam alios ipſorum exemplum ſequuturos: quod quidem ita accidit.

3. Et conſentaneum vero eſt, hos ipſos Ephororum poteſtatem vna [cum Lycurgo] inſtituiſſe: quod animaduerterent, obedientiam ſummum et in vrbe, et apud exercitum, et in familia bonum eſſe. Nam quanto maior magiſtratus poteſtas eſſet, tanto plus terroris ciuibus adlaturam arbitrabatur ad hoc, vt dicto eſſent audientes.

4. Igitur Ephoris poteſtas eſt mulctandi, quem velint, et ſubito multam exigendi, atque etiam magiſtratus, dum adhuc cum imperio ſunt, loco mouendi, vel carceribus conſtringendi, vel in iudicium de vita vocandi. Tanta quum eorum poteſtas ſit, non quemadmodum aliis fit in vrbibus, magiſtratus creatos ex animi arbitratu toto anno vti permittunt imperio ſuo: ſed regum inſtar, eorumve praeſidum, qui certaminibus gymnicis moderantur, ſi quem

τινα αἰσθάνωνται παρανομοῦντά τι, εὐθὺς παραχρῆμα κολάζουσι.

ε'. Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ὄντων μηχανημάτων καλῶν τῷ Λυκούργῳ εἰς τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις ἐθέλειν τὰς πολίτας, ἐν τοῖς καλλίστοις καὶ τοῦτό μοι δοκεῖ εἶναι, ὅτι ἃ πρότερον ἀπέδωκε τῷ πλήθει τοὺς νόμους, πρὶν ἐλθὼν σὺν τοῖς κρατίστοις εἰς Δελφοὺς ἐπήρετο τὸν θεόν, εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη τῇ Σπάρτῃ πειθομένῃ οἷς αὐτὸς ἔθηκε νόμοις. ἐπεὶ δὲ ἀνεῖλε τῷ παντὶ ἄμεινον εἶναι, τότε ἀπέδωκεν, ἃ μόνον ἄνομον, ἀλλὰ καὶ ἀνόσιον θεὶς τὸ πυθοχρήστοις νόμοις μὴ πείθεσθαι.

ΚΕΦ. θ'.

Ἄξιον δὲ τοῦ Λυκούργου καὶ τόδε ἀγαθῆναι, τὸ κατεργάσασθαι ἐν τῇ πόλει, αἱρετώτερον εἶναι τὸν καλὸν θάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου. καὶ γὰρ δὴ ἐπισκοπῶν τις ἂν εὕροι μείους ἀποθνήσκοντας τούτων, τῶν ἐκ τοῦ φοβεροῦ ἀποχωρεῖν αἱρουμένων.

β'. Ως'

quem in leges aliquid committere animaduertunt, eum mox puniunt.

5. Quumque multa praeclare Lycurgus excogitauerit, vt cives legibus obtemperare vellent: in primis hoc pulchrum equidem statuo, quod multitudini leges non prius tradiderit, quam cum optimatibus Delphos profectus, Apollinem consuluisset, an Spartae status melior feliciorque futurus esset, si legibus, quas tulisset ipse, pareret. Is vero quum oraculo respondisset, omnino id ex vsu fore: tum demum eas tradidit, non modo contra leges, sed etiam pietatem, facturos statuens, si legibus oraculo Pythio comprobatis non obtemperassent.

CAP. IX.

Hoc etiam in Lycurgo admiratione dignum est, quod in ciuitate sua perfecerit, vt vitae turpi mors honesta praeferretur. Nam si quis rem consideret, inueniet pauciores ex his perire, quam ex illis, qui e periculo subducere se malunt.

β'. Ως ἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ ἕπεται τῇ ἀρετῇ σώζεσθαι εἰς τὸν πλείω χρόνον μᾶλλον, ἢ τῇ κακίᾳ. καὶ γὰρ ῥᾴων, καὶ ἡδίων, καὶ εὐπορωτέρα, καὶ ἰσχυροτέρα. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ εὔκλεια μάλιστα ἕπεται τῇ ἀρετῇ· καὶ γὰρ συμμαχεῖν πως πάντες τοῖς ἀγαθοῖς βούλονται.

γ'. Ηι μέντοι, ὥστε ταῦτα γίγνεσθαι, ἐμηχανήσατο, καὶ τῶτο καλὸν μὴ παραλιπεῖν. ἐκεῖνος τοίνυν σαφῶς παρεσκεύασε τοῖς μὲν ἀγαθοῖς εὐδαιμονίαν, τοῖς δὲ κακοῖς κακοδαιμονίαν.

δ'. Εν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, ὁπόταν τις κακὸς γένηται, ἐπίκλησιν μόνον ἔχει κακὸς εἶναι· ἀγοράζει δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ὁ κακὸς τἀγαθῷ, καὶ κάθηται, καὶ γυμνάζεται, ἐὰν βούληται. ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι πᾶς μὲν ἄν τις αἰσχυνθείη τὸν κακὸν σύσκηνον παραλαβεῖν, πᾶς δ' ἂν ἐν παλαίσμασι συγγυμνασήν.

ε'. Πολλάκις δὲ ὁ τοιῶτος, καὶ διαιρεμένων τὰς ἀντισφαιριῶντας,

2. Adeo verum vt dicam, magis virtutem comitatur incolumitas diuturnior, quam ignauiam. Nam [virtus] et facilior eſt, et ſuauior, et expeditior, et firmior. Etiam hoc manifeſtum eſt, gloriam imprimis comitem virtutis eſſe. Etenim viris fortibus omnes in bello ſocii eſſe volunt.

3. Qua vero arte conſequutus ſit, vt hoc efficeret; id quoque rectum erit haud omittere. Nimirum Lycurgus plane praeſtitit, vt viri fortes beatam, ignaui miſeram vitam agerent.

4. Nam aliis in vrbibus, quum ignauiter aliquis ſe gerit, duntaxat hominis ignaui cognomento notatur: ac nihilominus negotiatur in eodem foro vir ignauus, quo ſtrenuus; ibidem et ſedet, et exercet ſe, ſi velit. At Lacedaemone quiuis pudendum duxerit, hominem ignauum vel in idem contubernium, vel ad eadem exercitia in luctis admittere.

5. Saepenumero etiam vir huiuſmodi, quum diuiduntur, qui pila ex aduerſo ludant, neutram ad partem admiſſus, pro ſupervacaneo

ριῶντας, ἀχώρισος περιγίγνεται· καὶ ἐν χοροῖς δ' εἰς τὰς ἐπονειδίστους χώρας ἀπελαύνεται. καὶ μὴν ἐν ὁδοῖς παραχωρητέον αὐτῷ, καὶ ἐν θάκοις, καὶ ἐν τοῖς νεωτέροις ὑπανασατέον· καὶ τὰς μὲν προσηκούσας κόρας οἴκοι θρεπτέον, καὶ ταύταις τῆς ἀνανδρείας αἰτίαν ὑφεκτέον· γυναικὸς δὲ κενὴν ἰσίαν ὁ περιοπτέον, καὶ ἅμα τούτου ζημίαν ἀποτισέον. λιπαρὸν δὲ ὁ πλανητέον, οὐδὲ μιμητέον τοὺς ἀνεγκλήτους, ἢ πληγὰς ὑπὸ τῶν ἀμεινόνων ληπτέον.

ς'. Ἐγὼ μὲν δὴ, τοιαύτης τοῖς κακοῖς ἀτιμίας ἐπικειμένης, οὐδὲν θαυμάζω τὸ προαιρεῖσθαι ἐκεῖ θάνατον ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀτίμου τε καὶ ἐπονειδίστου βίου.

ΚΕΦ. ί.

Καλῶς δέ μοι δοκεῖ ὁ Λυκοῦργος νομοθετῆσαι καὶ ἓν μέχρι γήρως ἀσκοῖτ' ἂν ἀρετή. ἐπὶ γὰρ τῷ τέρματι τοῦ βίου τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας προσθεὶς, ἐποίησε μηδὲ ἐν τῷ γήρᾳ ἀμελεῖσθαι τὴν καλοκἀγαθίαν.

β'. Ἀξιά-

vacaneo relinquitur: itidemque in choris ad ignominiosa loca reiicitur. In via quoque aliis vt cedat neceſſe habet, et in conſeſſibus, et inter iuniores vt adſurgat. Praeterea vt puellas ad ſe pertinentes alat domi, quae et ipſae culpam alienae ignauiae ſuſtineant: vt caveat, ne domo prodeat vxor, eoque nomine multam perſolvat: vt vnctus nitiduſque non obambulet, honeſtae famae homines non imitetur, niſi a melioribus verberari velit.

6. Huiuſmodi quum ignauos infamia premat, nihil miror, iſtic mortem adeo probroſae infamique vitae anteferri.

CAP. X.

Videtur etiam mihi Lycurgus egregie ſanxiſſe, qua ratione virtus ad ſenectutem vſque poſſit exerceri. Nam quia iudicium de ſenatoribus ad vitae metam retulit, hoc ipſo effecit, vt ne quidem in ſenecta laudis et honeſti ſtudium negligeretur.

β'. Ἀξιάγασον δ' αὐτῷ καὶ τὸ ἐπικρῆναι τῷ τῶν ἀγαθῶν γήρᾳ. θεὶς γὰρ τὰς γέροντας κυρίας τῷ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγῶνος, διέπραξεν ἐντιμότερον εἶναι τὸ γῆρας τῆς τῶν ἀκμαζόντων ῥώμης.

γ'. Εἰκότως δέ τοι καὶ σπουδάζεται ὅτος ὁ ἀγὼν μάλιστα τῶν ἀνθρώπων. καλοὶ μὲν γὰρ καὶ οἱ γυμνικοὶ, ἀλλ' ὅτοι μὲν σωμάτων εἰσίν· ὁ δὲ περὶ τῆς γεροντίας ἀγὼν ψυχῶν ἀγαθῶν κρίσιν παρέχει. ὅσῳ ἂν κρεῖττον ψυχὴ σώματος, τοσούτῳ καὶ οἱ ἀγῶνες οἱ τῶν ψυχῶν, ἢ οἱ τῶν σωμάτων ἀξιοσπουδαστότεροι.

δ'. Τόδε γεμὴν τῷ Λυκούργῳ πῶς οὐ μεγάλως ἄξιον ἀγαθῆναι; ὃς ἐπειδὴ κατέμαθεν, ὅτι οἱ μὴ βουλόμενοι ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρετῆς, οὐχ ἱκανοί εἰσι τὰς πατρίδας αὔξειν, ἐκεῖνος ἐν τῇ Σπάρτῃ ἠνάγκασε δημοσίᾳ πάντας, πάσας ἀσκεῖν τὰς ἀρετάς. ὥσπερ ἂν ἰδιῶται τῶν ἰδιωτῶν διαφέρωσιν ἀρετῇ, οἱ ἀσκοῦντες τῶν ἀμελούντων, οὕτω καὶ ἡ Σπάρτη εἰκότως

2. Hoc quoque dignum admiratione, quod fortium virorum ſenectuti conſuluerit. Quia enim ſanxit vt iudicandi de animo ius penes ſeniores eſſet: perfecit, vt hominum vegetorum robore ſenectus ſit honoratior.

3. Ac merito ſane certamini huic inter alia mortalium certamina ſtudium maximum adhibetur. Nam et ludi gymnici ſunt illi quidem egregii, verum ad corpora pertinent; quum in hoc de ordine ſenum certamine, iudicium de fortibus animis exhibetur. Quanto igitur animus corpore praeſtat, tanto maioris animorum certamina, quam corporum, fieri debent.

4. Iam illud etiam in Lycurgo qui non inſignem admirationem meretur? quod quum animaduertiſſet, eos, qui virtutis ſtudioſi non ſunt, non poſſe patriam maiorem ad potentiam euehere; omnes Spartae coëgerit in omni ſe genere virtutum publice exercere. Itaque vt homines priuati priuatis virtute praeſtant, et ſtudioſi negligentibus: ſic vrbibus haud dubie cunctis

εἰκότως πασῶν τῶν πόλεων ἀρετῇ διαφέρει, μόνη δημοσίᾳ ἐπιτηδεύσασα τὴν καλοκἀγαθίαν.

ε'. Οὐ γὰρ κἀκεῖνο καλὸν, τὸ τῶν ἄλλων πόλεων κολαζουσῶν ἤν τίς τι ἕτερος ἕτερον ἀδικῇ, ἐκεῖνον ζημίας μὴ ἐλάττους ἐπιθεῖναι, εἴ τις φανερὸς εἴη ἀμελῶν τοῦ ὡς βέλτιστος εἶναι;

ς'. Ενόμιζε γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ μὲν τῶν ἀνδραποδιζομένων τινὰς, ἢ ἀποστερούντων τι, ἢ κλεπτόντων, τοὺς βλαπτομένους μόνον ἀδικεῖσθαι, ὑπὸ δὲ τῶν κακῶν καὶ ἀνάνδρων ὅλας τὰς πόλεις προδίδοσθαι· ὥστε εἰκότως ἔμοιγε δοκεῖ τούτοις μεγίστας ζημίας ἐπιθεῖναι.

ζ'. Επέθηκε δὲ καὶ τὴν ἀνυπόστατον ἀνάγκην ἀσκεῖν ἅπασαν πολιτικὴν ἀρετήν. τοῖς μὲν γὰρ τὰ νόμιμα ἐκτελοῦσιν ὁμοίως ἅπασι τὴν πόλιν οἰκείαν ἐποίησε, καὶ οὐδὲν ὑπελογίσατο ὅτε σωμάτων ὅτε χρημάτων ἀθένειαν. εἰ δέ τις ἀποδειλιάσειε τοῦ τὰ νόμιμα διαπονεῖσθαι, τοῦτον ἐκεῖ

cunctis Sparta virtute praestat, quippe quae sola publice honesti studio teneatur.

5. An non enim hoc quoque praeclarum, quod quum vrbes caeterae plectant, si quis in alium iniurius extiterit; Lycurgus nihilo minus in eum animaduertat, qui se negligentem in hoc declarat, vt sit vir optimus?

6. Existimabat scilicet, vti quidem apparet, a plagiariis, vel fraudatoribus, vel furibus, tantum eos iniuria adfici, qui damnum accipiunt: ab ignauis autem, effeminatisque totas ciuitates prodi. Quo fit, vt, mea sententia, maximas his poenas iure constituerit.

7. Praeterea suis necessitatem quandam, quae recusari nequeat, colendi omnem virtutem ciuilem imposuit. Nam iis, qui praescripta legibus perficerent, pariter vniuersis rempublicam propriam esse voluit; nulla neque corporum imbecillitatis, neque tenuitatis facultatum habita ratione. At si quis praeignauia desugeret labores in obeundis iis, quae leges iubent; eum Lacedaemone in

ἐκεῖ ἀπέδειξε μήτε νομίζεσθαι ἔτι τῶν ὁμοίων εἶναι.

η'. Αλλὰ γὰρ ὅτι μὲν παλαιότατοι ὄντοι οἱ νόμοι εἰσὶ, σαφές. ὁ γὰρ Λυκοῦργος κατὰ τὰς Ηρακλείδας λέγεται γενέσθαι. ὄντω δὲ παλαιοὶ ὄντες, ἔτι καὶ νῦν τοῖς ἄλλοις καινότατοί εἰσι. καὶ γὰρ, τὸ πάντων θαυμαστότατον, ἐπαινοῦσι μὲν πάντες τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύματα, μιμεῖσθαι δὲ αὐτὰ ὐδεμία πόλις ἐθέλει. καὶ ταῦτα μὲν δὴ κοινὰ ἀγαθὰ καὶ ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἐν πολέμῳ.

ΚΕΦ. ια'.

Εἰ δέ τις βούλεται καταμαθεῖν, ὅτι καὶ εἰς τὰς στρατιὰς * βέλτιον τῶν ἄλλων ἐμηχανήσατο, ἔξεστι καὶ τούτων ἀκούειν. πρῶτον μὲν τοίνυν οἱ Εφοροι προκηρύττουσι τὰ ἔτη, εἰς ἃ δεῖ στρατεύεσθαι καὶ ἱππεῦσι, καὶ ὁπλίταις, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς χειροτέχναις.

β'. Ωστε ὅσοις περ ἐπὶ πόλεως χρῶνται ἄνθρωποι, πάντων τούτων καὶ ἐπὶ στρατιᾶς οἱ Λακεδαιμόνιοι εὐπορῶσι. καὶ

numero parium ne quidem haberi debere decreuit.

8. Iam quod hae leges antiquiſſimae ſint, patet. Nam Lycurgus temporibus Herculeorum nepotum vixiſſe perhibetur. Sed licet antiquae ſint, tamen nunc adhuc maxime nouae ſunt aliis. Etenim, quod admiratione digniſſimum eſt, huiuſmodi vitae ſtudia collaudant omnes, imitari nulla ciuitas cupit. Atque haec quidem communia ſunt pacis ac belli bona.

CAP. XI.

Si quis autem cognoſcere vult, Lycurgum bellicis etiam in rebus quiddam inueniſſe rectius, quam caeteri; de eo licet haec audiat. Primum Ephori annos aetatis indicant publice, quibus in militiam tum equitibus tum peditibus armatis, atque etiam opificibus eundum ſit.

2. Quo fit, vt quorumcunque opera in vrbibus homines vtuntur, eorum omnium Lacedaemonii copiam in caſtris habeant. Itidem

* Al. στρατείας.

καὶ ὅσα δὲ ὀργάνων ἡ στρατιὰ κοινῇ θεηθείη ἂν ἁπάντων, τὰ μὲν ἁμάξῃ προστέτακται παρέχειν, τὰ δὲ ὑποζυγίῳ. ὕτω γὰρ ἥκιστ' ἂν τὸ ἐκλεῖπον διαλάθοι.

γ'. Εἰς γεμὴν τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις ἀγῶνα τοιάδ' ἐμηχανήσατο. στολὴν μὲν ἔχειν φοινικίδα, καὶ χαλκῆν ἀσπίδα· ταύτην νομίζων ἥκιστα μὲν γυναικείᾳ κοινωνεῖν, *πολεμικωτάτην δ' εἶναι. καὶ γὰρ τάχιστα λαμπρύνεται, καὶ σχολαιότατα ῥυπαίνεται. ἐφῆκε δὲ καὶ κομᾶν τοῖς ὑπὲρ τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν· νομίζων ὕτω καὶ μείζους ἂν, καὶ ἐλευθεριωτέρους, καὶ γοργοτέρους φαίνεσθαι.

δ'. Οὕτω γεμὴν κατεσκευασμένων, μόρας μὲν διεῖλεν ἓξ καὶ ἱππέων καὶ ὁπλιτῶν. ἑκάστη δὲ τῶν πολιτικῶν τούτων μορῶν ἔχει πολέμαρχον ἕνα, λοχαγοὺς τέσσαρας, πεντηκοντῆρας ὀκτὼ, ἐνωμοτάρχους

Itidem quibuſcunque inſtrumentis exercitui communiter opus eſt, ea partim plauſtris ſuppeditari mandatum eſt, partim iumentorum ſubuectione. Nam ea ratione, ſi quid deeſt, obſcurum minus eſſe poſſit.

3. Ad armorum certamina, huiuſmodi quaedam excogitavit: Veſtem eos puniceam habere voluit, et ſcutum aereum. Exiſtimabat enim, illam minime cum muliebri commune quidquam habere, hoc autem bello aptiſſimum eſſe. Nam et celerrime niteſcit, et ſordes haud facile contrahit. Fecit etiam illis, qui pubertatis annos exceſſiſſent, comam alendi copiam: quod eos hoc pacto grandiores, ac vultu magis liberali, terribiliores-que viſum iri arbitraretur.

4. Quibus in hunc modum inſtructis, in ſex cohortes equitatum ac grauem armaturam diſtribuit. Quaelibet autem civium cohors polemarchum vnum habet, centuriones quatuor, quinquagenum praefectos

* Scribendum videtur πολεμικωτάτην δὲ τήνδε εἶναι, et vocab. τήνδ' (quod periit propter ſimilitudinem cum literis proxime praecedentibus) ad ἀσπίδα referendum. Nec enim video, cur rationem redderet Xenophon inſtituti veſtimenti punicei, non item ſcuti aurei: certe verba proxime ſequentia ſcrupulum omnino eximunt, quum non poſſint niſi de ſcuto aeneo intelligi.

χας ἑκκαίδεκα. ἐκ δὲ τούτων τῶν μορῶν διὰ παρεγγυήσεως καθίσανται τοτὲ μὲν εἰς ἐνωμοτίας, τοτὲ δὲ εἰς τρεῖς, τοτὲ δὲ εἰς ἕξ.

ε'. Ο δὲ οἱ πλεῖστοι οἴονται, πολυπλοκωτάτην εἶναι τὴν ἐν ὅπλοις Λακωνικὴν τάξιν, τὸ ἐναντιώτατον ὑπειλήφασι τοῦ ὄντος. εἰσὶ μὲν γὰρ ἐν τῇ Λακωνικῇ τάξει οἱ πρωτοστάται ἄρχοντες, καὶ ὁ λόχος ἕκαστος πάντ' ἔχων, ὅσα δεῖ παρέχεσθαι.

ς'. Οὕτω δὲ ῥᾴδιον ταύτην τὴν τάξιν μαθεῖν, ὡς ὅστις τοὺς ἀνθρώπους δύναται γιγνώσκειν, οὐδεὶς ἂν ἁμάρτοι. τοῖς μὲν γὰρ ἡγεῖσθαι δέδοται, τοῖς δὲ ἕπεσθαι τέτακται. αἱ δὲ παραγωγαὶ, ὥσπερ ὑπὸ κήρυκος, ὑπὸ τοῦ ἐνωμοτάρχου λόγῳ δηλοῦνται, ἀραιαί τε καὶ βαθύτεραι αἱ φάλαγγες γίγνονται· ὧν δὴ οὐδ' ὁπωστιοῦν χαλεπὸν μαθεῖν.

ζ'. Τὸ μέντοι, κἂν ταραχθῶσι, μετὰ τοῦ παρατυχόντος ὁμοίως

octo, manipulorum duces ſexdecim. Ex his vero cohortibus, vbi ſic imperatur, nonnunquam milites per manipulos diſponuntur, nonnunquam in ternos, nonnunquam in ſenos.

5. Quod autem complures exiſtimant, armatorum aciem Laconicam valde implicatam eſſe: ii vero ſequius opinantur quam ſeſe res habeat. Nam in acie Laconica praefecti loco principe conſiſtunt, et ſeries quaelibet habet omnia, quibus ſuppeditatis opus eſt.

6. Tam facile eſt autem, hanc aciei rationem intelligere; vt nemo, qui homines queat agnoſcere, poſſit vnquam errare. Nam aliis praecedendi munus datum eſt, aliis imperatum, vt ſequantur. Ordinum vero promotiones, tanquam a praecone, manipularis praefecti verbis indicantur; fiuntque phalanges tum rariores tum denſiores: quarum rerum nihil omnino cognitu eſt difficile.

7. Quod autem haec acies, etiamſi turbata fuerit, cum obvio

ὁμοίως μάχεσθαι ταύτην τὴν τάξιν, ἔτι ῥᾴδιόν ἐστι μαθεῖν, πλὴν τοῖς ὑπὸ τῶν Λυκούργου νόμων πεπαιδευμένοις.

η'. Εὐπορώτατα δὲ καὶ ἐκεῖνα Λακεδαιμόνιοι ποιοῦσι, τὰ τοῖς ὁπλομάχοις πάνυ δοκοῦντα χαλεπὰ εἶναι. ὅταν μὲν γὰρ ἐπὶ κέρως πορεύωνται, κατ' ὄρθιον δήπου ἐνωμοτία ἕπεται· ἐὰν δ' ἐν τῷ τοιούτῳ ἐκ τοῦ ἐναντίου πολεμία φάλαγξ ἐπιφανῇ, τῷ ἐνωμοτάρχῃ παρεγγυᾶται εἰς μέτωπον † παρ' ἀσπίδα καθίσασθαι· καὶ διὰ παντὸς ὕτως, ἔστ' ἂν ἡ φάλαγξ ἐναντία κατασῇ. ἢν γε μὴν ὕτως ἐχόντων ἐκ τοῦ ὄπισθεν οἱ πολέμιοι ἐπιφανῶσιν, ἐξελίττεται ἕκαστος ὁ στίχος, ἵνα οἱ κράτιστοι ἐναντίοι ἀεὶ τοῖς πολεμίοις ὦσιν.

θ'. Οτε δὲ ὁ ἄρχων εὐώνυμος γίγνεται, οὐδ' ἐν τούτῳ μειονεκτεῖν ἡγοῦνται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ πλεονεκτεῖν. εἰ γάρ τινες κυκλοῦσθαι ἐπιχειροῖεν, οὐκ ἂν κατὰ τὰ γυμνὰ, ἀλλὰ κατὰ τὰ ὡπλισμένα περιβάλλοιεν ἄν. ἢν δέ ποτε ἕνεκά τινος

vio quouis ſimiliter dimicari poſſit: id intellectu facile non eſt, extraquam iis, qui Lycurgi legibus inſtituti fuerint.

8. Facillima ſunt et ea Lacedaemoniis factu, quae vel gladiatoribus per eſſe difficilia videntur. Nam quum in cornu pergunt, ſequitur a tergo manipularia ſeries. At ſi phalanx hoſtilis ex aduerſo interea ſe oſtentauerit, manipulario duci denuntiatur, vt ad frontem clypeum verſus conſiſtat; atque ita fit penitus, donec phalanx hoſtibus aduerſa ſteterit. Iam ſi, acie ipſorum hoc pacto diſpoſita, hoſtes a tergo venientes apparuerint; quaelibet ſeries euoluitur, vt fortiſſimi quique ſemper hoſtibus oppoſiti ſint.

9. Quod ſi aliquando dux agminis ad latus laeuum ſit, ne tum quidem conditione ſe deteriore eſſe putant, immo nonnunquam meliore. Nam ſi qui eos vndique cingere conarentur, non verſus partes nudas, ſed armis munitas, eos circumdarent. Si certa de cauſſa viſum aliquando

† Hoc eſt: *Sinistram versus.*

τινος δοκῇ συμφέρειν τὸν ἡγεμόνα δεξιὸν κέρας ἔχειν, στρέψαντες τὸ ἄγημα ἐπὶ κέρας, ἐξελίττουσι τὴν φάλαγγα, ἕστ' ἂν ὁ μὲν ἡγεμὼν δεξιὸς ᾖ, ἡ δὲ ἀρὰ εὐώνυμος γένηται.

ι. Ην δ' αὖ ἐκ τῶν δεξιῶν πολεμίων τάξις ἐπιφαίνηται ἐπὶ κέρως πορευομένων, ἀθρεῖν ἄλλο πραγματεύονται, ἢ τὸν λόχον ἕκαστον, ὥσπερ τριήρη, ἀντίπρωρον τοῖς ἐναντίοις στρέφουσι· καὶ ὕτως αὖ γίνεται ὁ κατ' ἀρὰν λόχος † παρὰ δόρυ. ἢν γε μὴν κατὰ τὰ εὐώνυμα πολέμιοι προσίωσιν, ἀθρεῖ τοῦτο ἐῶσιν, ἀλλ' ἀπωθοῦσιν, ἢ ἐναντίας ἀντιπάλοις τοὺς λόχους στρέφουσι· καὶ ὕτως αὖ ὁ κατ' ἀρὰν λόχος παρ' ἀσπίδα καθίσαται.

ΚΕΦ. ιβ'.

Ερῶ δὲ καὶ ἣ στρατοπεδεύεσθαι ἐνόμισε χρῆναι Λυκοῦργος. διὰ μὲν γὰρ τὸ τὰς γωνίας τοῦ τετραγώνου ἀχρήστους εἶναι, κύκλον ἐστρατοπεδεύσατο, εἰ

quando sit expedire, vt cornu dextrum ductor obtineat; verso in cornu agmine phalangem euoluunt, donec ad dextram sit ductor, et agmen extremum ad laeuam.

10. Rursus si ab hostibus ad dextram constitutis acies sese ostenderit progredientium in cornu, nihil agunt aliud, quam quod centurias singulas, triremis instar, hostibus velut obiecta prora, conuertunt; qua ratione series ea, quae extremo est in agmine, hastam versus constituitur. At si a laeuo latere accesserint hostes, ne hoc quidem permittunt; sed repellunt eos, vel aduersas series aduersariis obuertunt. Qua ratione fit, vt extremi agminis series clypeum versus constituatur.

CAP. XII.

Dicam etiam, quo pacto Lycurgus castra esse metanda censuerit. Nam quia quadrati agminis anguli sunt inutiles, in orbem castra ponebat, extra-

† Intelligendum est: *versus dextram.*

εἰ μὴ ὄρος ἀσφαλὲς εἴη, ἢ τεῖχος, ἢ ποταμὸν ὄπιθεν ἔχοιεν.

β'. Φύλακας γεμὴν ἐποίησε μεθημερινὰς τὰς μὲν πρὸς τὰ ὅπλα εἴσω βλεπούσας· ἃ γὰρ πολεμίων ἕνεκα, ἀλλὰ φίλων αὗται καθίστανται. τὰς γεμὴν πολεμίας ἱππεῖς φυλάττουσιν ἀπὸ χωρίων, ὧν ἂν ἐκ πλείστου προορῶεν.

γ'. Εἰ δέ τις προΐοι νύκτωρ ἔξω τῆς φάλαγγος, ἐνόμισεν ὑπὸ Σκιριτῶν προφυλάττεσθαι, νῦν δ' ἤδη καὶ ὑπὸ ξένων, αὐτῶν τινων συμπαρόντων.

δ'. Τὸ δὲ, ἔχοντας τὰ δόρατα ἀεὶ περιϊέναι, εὖ καὶ τοῦτο δεῖ εἰδέναι, ὅτι τοῦ αὐτοῦ ἕνεκά ἐστιν, ὅπερ καὶ τὰς δάλους εἴργουσιν ἀπὸ τῶν ὅπλων. καὶ τοὺς ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα ἀπιόντας οὐ δεῖ θαυμάζειν, ὅτι ὅτε ἀλλήλων, ὅτε τῶν ὅπλων πλέον, ἢ ὅσον μὴ λυπεῖν ἀλλήλους, ἀπέρχονται. καὶ γὰρ ταῦτα ἀσφαλείας ἕνεκα ποιοῦσιν.

ε'. Μεταστρατοπεδεύονται γεμὴν. πυκνὰ, καὶ τοῦ σίνεσθαι

extraquam ſi monte tuti eſſent, vel a tergo murum fluuiumue haberent.

2. Excubias quidem diurnas inſtituit, quae interius caſtra verſus ſpectarent. Nam amicorum, non hoſtium cauſſa, illae conſtituuntur. Hoſtes ab equitibus obſeruantur iis e locis, de quibus proſpici longiſſime poteſt.

3. Quod ſi quis noctu extra phalangem progrediatur, a Sciritis ea de cauſſa inſtituit habendas excubias; et hoc tempore praeſtant id mercenarii milites, quibus aliqui Lacones adſunt.

4. Iam quod cum haſtis ſemper obuerſantur, id ſciendum eadem de cauſſa fieri, ob quam ſeruos etiam ab armis arcent. Praeterea mirum videri non debet, eos, qui ad naturae neceſſaria ſecedunt, neque ab ſe inuicem, neque ab exercitu longius progredi, quam vti caueant, ne ſibi mutuo moleſtiam creent. Haec enim ſecuritatis cauſſa faciunt.

5. Caſtra ſaepius mutant, partim

σίνεσθαι τὰς πολεμίας ἕνεκα, καὶ τῷ ὠφελεῖν τὰς φίλας· καὶ γυμνάζεσθαι δὲ προαγορεύεται ὑπὸ τῶ νόμω ἅπασι Λακεδαιμονίοις, ὅσοιπερ ἂν στρατεύωνται· ὥστε μεγαλοπρεπεστέρας μὲν αὐτὰς ἐφ' ἑαυτοῖς γίγνεσθαι, ἐλευθεριωτέρας δὲ τῶν ἄλλων φαίνεσθαι. δεῖ δὲ εἴτε περίπατον, εἴτε δρόμον ἐλάσσω ποιεῖσθαι, ἢ ὅσον ἂν ἡ μόρα ἐφήκῃ, ὅπως μηδεὶς τῶν αὐτῷ ὅπλων πόρρω γίγνηται.

ς'. Μετὰ δὲ τὰ γυμνάσια καθίζειν μὲν ὁ πρῶτος πολέμαρχος κηρύττει· (ἔστι δὲ τοῦτο ὥσπερ ἐξέτασις) ἐκ τούτου δὲ ἀριστοποιεῖσθαι, καὶ ταχὺ τὸν περίσκοπον ὑπολύεσθαι. ἐκ τούτου δ' αὖ διατριβαὶ καὶ ἀναπαύσεις πρὸ τῶν ἑσπερινῶν γυμνασίων.

ζ'. Μετὰ γεμὴν ταῦτα δειπνοποιεῖσθαι κηρύττεται, καὶ, ἐπειδὰν ᾄσωσιν εἰς τὰς θεὰς οἷς ἂν κεκαλλιερηκότες ὦσιν, ἐπὶ τῶν ὅπλων ἀναπαύεσθαι. ὅτι δὲ πολλὰ γράφω, ἃ δεῖ θαυμάζειν. ἦκισα γὰρ

tim vt hoſtibus detrimentum adferant, partim vt amicis proſint. Etiam a lege mandatur Lacedaemoniis omnibus, qui expeditionibus interſunt, vt exercitiis vtantur. Quo fit, vt ipſi magis inter ſe magnanimi euadant, ac ſupra caeteros indole magis eſſe liberali videantur. Locus exercitationis et curſus intra id ſpatium neceſſario deſcribitur, quouſque cohors ipſa pertinet, ne quis ab ſuis armis recedat longius.

6. Peractis exercitiis, polemarchus primus, vti ſedeant, per praeconem edicit: quod quidem luſtrationis cuiuſdam inſtar eſt: deinde prandium vti ſumant, ac ſpeculatorem mox dimittant. Hinc inter ſe conuerſantur milites, ac ſe quieſcendo recreant ante veſpertina exercitia.

7. Secundum haec per praeconem denuntiatur, ſumendam eſſe coenam: et poſteaquam hymnos Diis cecinerint, quibus eſt facta res ſacra, armis incubando quietem capiendam. Nemo vero miretur, tam multa me ſcribere. Nam

γὰρ Λακεδαιμονίοις εὕροι ἄν τις παραλελειμμένα ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς, ὅσα δεῖ ἐπιμελείας.

ΚΕΦ. ιγ'.

Διηγήσομαι δὲ καὶ ἣν ἐπὶ στρατιᾶς ὁ Λυκοῦργος βασιλεῖ δύναμιν καὶ τιμὴν παρεσκεύασε. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπὶ φρυκτῷ τρέφει ἡ πόλις βασιλέα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. συσκηνοῦσι δὲ αὐτῷ οἱ πολέμαρχοι, ὅπως ἀεὶ συνόντες, μᾶλλον καὶ κοινοβουλῶσιν, ἤν τι δέωνται. συσκηνοῦσι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς ἄνδρες τῶν ὁμοίων· ἔχει τούτοις ἐπιμελοῦνται πάντων τῶν ἐπιτηδείων, ὡς μηδεμία ἀσχολία ἢ αὐτοῖς τῶν πολεμικῶν ἐπιμελεῖσθαι.

β'. Ἐπαναλήψομαι δὲ ὡς ἐξορμῶται σὺν στρατιᾷ ὁ βασιλεύς. θύει μὲν γὰρ πρῶτον οἴκοι ὢν Διὶ ἀγήτορι, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ· ἢν δὲ ἐνταῦθα καλλιερήσῃ, λαβὼν

Nam minime quis a Lacedaemoniis omissum aliquid reperiat in re militari, quod quidem curandum veniat.

CAP. XIII.

Commemorabo etiam, quam Lycurgus regi potestatem et dignitatem in exercitu adsignauerit. Primo regem cinctum satellitio, cum iis qui adsunt regi, ciuitas alit. In eius contubernio sunt polemarchi, vt semper illi praesto sint communicandorum consilio-

rum caussa, si quidem vsus ita postulet. In eodem regis contubernio viri praeterea tres ex parium numero degunt, qui quidem eis omnia necessaria procurant; ne ab vlla impediantur occupatione, quominus res bellicas studiose tractent.

2. Repetam vero altius, quo pacto Rex cum copiis in expeditionem domo proficiscatur. Primum domi adhuc sacrum Ioui ductori, et adiunctis ei Diis facit: ac si litatum illic fuerit, ignifer

[sine

λαβὼν ὁ πυρφόρος πῦρ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ, προηγεῖται ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς χώρας. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκεῖ αὖ θύεται Διὶ καὶ Ἀθηνᾷ.

γ'. Ὅταν δὲ ἀμφοῖν τούτοιν τοῖν θεοῖν καλλιερηθῇ, τότε διαβαίνει τὰ ὅρια τῆς χώρας. καὶ τὸ πῦρ μὲν ἀπὸ τούτων τῶν ἱερῶν προηγεῖται ἔπεται ἀποσβεννύμενον, σφάγια δὲ παντοῖα ἕπεται. ἀεὶ δέ, ὅταν θύηται, ἄρχεται μὲν τούτου τοῦ ἔργου ἔτι νεφαῖος, προλαμβάνειν βουλόμενος τὴν τοῦ Θεοῦ εὔνοιαν.

δ'. Πάρεισι δὲ περὶ τὴν θυσίαν πολέμαρχοι, λοχαγοί, πεντηκοντῆρες, ξένων στρατίαρχοι, στρατοῦ σκευοφορικοῦ ἄρχοντες, καὶ τῶν ἀπὸ τῶν πόλεων δὲ στρατηγῶν ὁ βουλόμενος.

ε'. Πάρεισι δὲ καὶ τῶν ἐφόρων δύο, οἳ πολυπραγμονοῦσι μὲν οὐδέν, ἢν μὴ ὁ βασιλεὺς προσκαλῇ· ὁρῶντες δὲ ὅ, τι ποιεῖ ἕκαστος, πάντας σωφρονίζουσιν, ὡς τὸ εἰκός.

ς'. Ὅταν δὲ τελεωθῇ τὰ ἱερά, ὁ βασιλεὺς προσκαλέσας πάντας, παραγγέλλει τὰ ποιητέα· ὥστε ὁρῶν

[siue fecialis] ſublato ab ara igne, ad regionis fines praecedit, vbi Rex Ioui Mineruaeque rurſum ſacrificat.

3. Vbi Diis hiſce litatum ambobus eſt, tum deinde limites regionis tranſit. Atque ab his ſacris ſublatus ignis praefertur, et nunquam extinguitur, ſequente omni hoſtiarum genere. Quoties autem Rex ſacrificat, primo id crepuſculo facere occipit, quaſi beneuolentiam Dei cupiens anteuertere.

4. Adſunt ſacrificio polemarchi, centuriones, quinquagenum praefecti, militum ſtipendiariorum duces, impedimentis praefecti, ex ciuitatum denique praetoribus cui lubet.

5. Adſunt praeterea duo Ephori, qui nihil illi quidem agunt curioſius, niſi a rege adhibiti: ſed conſiderantes tamen, quid quiſque faciat, omnes (ceu fieri par eſt) modeſtiores reddunt.

6. Poſteaquam facta eſt res ſacra, Rex, arceſſitis omnibus, quid faciendum ſit, imperat. Quo

ὁρῶν ταῦτα, ἡγήσαιο ἂν τὺς μὲν ἄλλυς αὐτοσχεδιαςὰς εἶναι τῶν ςρατιωτικῶν, Λακεδαιμονίυς δὲ μόνυς τῷ ὄντι τεχνίτας τῶν πολεμικῶν.

ς'. Επειδὰν γεμὴν ἡγῆται ὁ βασιλεὺς, ἢν μὲν μηδεὶς ἐναντίος φαίνηται, ὑδεὶς αὐτῷ πρόσθεν πορεύεται, πλὴν Σκιρῖται, καὶ οἱ προερευνώμενοι ἱππεῖς· ἢν δέ ποτε μάχην οἴωνται ἔσεσθαι, λαβὼν τὸ ἄγημα τῆς πρώτης μόρας ὁ βασιλεὺς, ἄγει συςρέψας ἐπὶ δόρυ, ἔςτ' ἂν γένηται ἐν μέσῳ δυοῖν μόραιν, καὶ δυοῖν πολεμάρχοιν.

ζ'. Οὓς δὲ δεῖ ἐπὶ τύτοις τετάχθαι, ὁ πρεσβύτατος τῶν περὶ δημοσίαν συντάττει. εἰσὶ δὲ ἥτοι, ὅσοι ἂν σύσκηνοι ὦσι τῶν ὁμοίων, καὶ μάντεις, καὶ ἰατροὶ, καὶ αὐληταὶ, οἱ τῷ *ςρατῷ . . . . . ἄρχοντες, καὶ ἐθελό-

σιοι

Quo fit, vt ſi haec videas, exiſtimes caeteros quidem homines ſtudio ſubitario rem militarem tractare; Lacedaemonios autem ſolos reapſe bellicorum operum artifices eſſe.

6. Poſteaquam Rex ducere copias coepit, ſi quidem hoſtis ſe nullus oſtendat; nemo ipſum praecedit, praeter Sciritas, et equites exploratores. Sin proelium committendum eſſe putant, Rex, agmine primae cohortis ſecum ſumto, conuerſoque ad haſtam, pergit, donec medio inter duas cohortes ac duos polemarchos loco ſit.

7. Qui vero poſt hos collocandi ſunt, illos maximus natu inter eos, qui ad tabernaculum publicum pertinent, ordinat. Sunt autem hi, quicunque contubernio cum paribus eodem vtuntur, et haruſpices, et medici, et tibicines, et copiarum apud impedimenta praefecti, et ſi qui ſponte

* Polemarchi profecto non poſt haruſpices, medicos, tibicines, recenſendi erant. Quapropter alios minorum gentium praefectos hoc loco fuiſſe poſitos a Xenophonte ſtatuendum eſt, adeoque ſupplendum, quod deeſt ex pag. praeced. med. vbi leguntur ςρατῷ σκευοφορικῷ ἄρχοντες.

σιοι ἦν τινες παρῶσιν· ὥστε τῶν δεομένων γίγνεσθαι, ὀδὲν ἀπορεῖται· ὀδὲν γὰρ ἀπρόσκεπτόν ἐστι.

η'. Καλὰ δὲ καὶ ὠφέλιμα τάδε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐμηχανήσατο Λυκοῦργος εἰς τὸν ἐν ὅπλοις ἀγῶνα. ὅταν γὰρ, ὁρώντων ἤδη τῶν πολεμίων, χίμαιρα σφαγιάζηται, αὐλεῖν τε πάντας τοὺς παρόντας αὐλητὰς νόμος, καὶ μηδένα Λακεδαιμονίων ἀστεφάνωτον εἶναι· καὶ ὅπλα δὲ λαμπρύνεσθαι προαγορεύεται.

θ'. Ἐξεστι δὲ τῷ νέῳ, καὶ κεκριμένῳ εἰς μάχην συνιέναι, καὶ φαιδρὸν εἶναι, καὶ εὐδόκιμον. καὶ παρακελεύονται δὲ τῷ ἐνωμοτάρχῃ. ὀδ' ἀκούεται γὰρ εἰς ἑκάστην πᾶσαν τὴν ἐνωμοτίαν ἀφ' ἑκάστου ἐνωμοτάρχου ἔξω. ὅπως δὲ καλῶς γίγνηται, πολεμάρχῳ δεῖ μέλειν.

ι'. Ὅταν γεμὴν καιρὸς δοκῇ εἶναι στρατοπεδεύεσθαι, τοῦτο μὲν κύριος βασιλεὺς, καὶ τοῦ δεῖξαί γε, ὅπου δεῖ. τὸ μέντοι πρεσβείας ἀποπέμπεσθαι καὶ φιλίας καὶ πολεμίας

ſponte ſua expeditioni adſunt. Quo fit, vt eorum, quae fieri neceſſe eſt, nihil deſideretur: quippe quod nihil non ante proſpectum ſit.

8. Etiam haec praeclare Lycurgus vtiliterque, mea ſane ſententia, ad armatum certamen excogitauit. Nam quum iam hoſtium in conſpectu capra mactatur, lege conſtitutum eſt, vt omnes, quotquot adſunt, tibicines tibia canant, ac nemo Laecedaemoniorum ſerto careat. Etiam vt arma polita niteant, edicitur.

9. Iuueni quoque, ac delecto ad pugnam ineundam permittitur, vt hilarem et egregium ſe gerat. Atque hi etiam manipularium praefectum incitando cohortantur. Nam a quouis manipulariun praefecto exterius ad vnumquemque manipulum nihil auditur. Vt autem omnia recte fiant, polemarchi curae committitur.

10. Quodnam tempus eſſe metandi caſtra videatur, regis eſt in arbitrio ſitum: itemque locum commonſtrandi. Praeterea ſiue foederatorum, ſeu hoſtium dimittere legationes, ad

μίας, τῦτ' αὖ βασιλέως. καὶ ἄρχονται μὲν πάντες ἀπὸ βασιλέως, ὅταν βάλωνται πρᾶξαί τι.

ια'. Ην δ' ἄν δίκης δεόμενός τις ἔλθῃ, πρὸς Ελλανοδίκας τῦτον ὁ βασιλεὺς ἀποπέμπει· ἢν δὲ χρημάτων, πρὸς ταμίας· ἢν δὲ λῃδα ἄγων, πρὸς λαφυροπώλας. ὅτω δὲ πρατ]ομένων, βασιλεῖ ἀδὲν ἄλλο ἔργον καταλείπεται ἐπὶ φερεᾶς, ἢ ἱερεῖ μὲν, τὰ πρὸς τὰς θεὰς εἶναι, στρατηγῷ δὲ, τὰ πρὸς τὰς ἀνθρώπυς.

ΚΕΦ. ιδ'.

Εἰ δέ τις με ἔροιτο, εἰ ἔτι καὶ νῦν μοι δοκῦσιν οἱ Λυκύργυ νόμοι ἀκίνητοι διαμένειν, τῦτο μὰ Δία ἂν οὐκ ἔτι θρασέως εἴποιμι.

β'. Οἶδα γὰρ πρότερον μὲν Λακεδαιμονίυς αἰρυμένυς οἴκοι τὰ μέτρια ἔχοντας ἀλλήλοις συνεῖναι μᾶλλον, ἢ ἁρμόζοντας ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ κολακευομένυς διαφθείρεσθαι.

γ'. Καὶ

ad regem pertinet. Quoties aliquid agendum eſt, omnes a rege initium ſumunt.

11. Si quis iudicio diſceptaturus ad regem veniat, ad Hellanodicas [ſiue Graecorum iudices] a rege remittitur: ſi pecunia quis egeat, ad quaeſtores: ſin praedam adferat, ad manubiarum diſtractores. Quae quum ita gerantur, regi nihil aliud in exercitu reſtat negotii, quam vt rerum diuinarum reſpectu ſit ſacerdos, humanarum vero, imperator.

CAP. XIV.

Quod ſi quis me roget, an hac etiam tempeſtate Lycurgi leges immotae mihi permanere videantur: id profecto non audacter dixero.

2. Nam ſcio Lacedaemonios pridem maluiſſe, domi modicis cum facultatibus conſuetudine mutua vti, quam in praefecturis ciuitatum per adſentationes degenerare.

γ'. Καὶ πρόσθεν μὲν οἶδα αὐτὸς φοβεμένους, χρυσίον ἔχοντας φαίνεσθαι· νῦν δ' ἔστιν ὃς καὶ καλλωπιζομένους ἐπὶ τῷ κεκτῆσθαι.

δ'. Ἐπίσαμαι δὲ καὶ πρόσθεν τοῦτο ἕνεκα ξενηλασίας γιγνομένας, καὶ ἀποδημεῖν οὐκ ἐξὸν, ὅπως μὴ ῥᾳδιουργίας οἱ πολῖται ἀπὸ τῶν ξένων ἐμπίπλαιντο· νῦν δ' ἐπίσαμαι τοὺς δοκοῦντας πρώτους εἶναι, ἐσπουδικότας, ὡς μηδέποτε παύωνται ἁρμόζοντες ἐπὶ ξένης.

ε'. Καὶ ἦν μὲν ὅτε ἐπεμελοῦντο, ὅπως ἄξιοι εἶεν ἡγεῖσθαι· νῦν δὲ πολὺ μᾶλλον πραγματεύονται, ὅπως ἄρξουσιν, ἢ ὅπως ἄξιοι τούτων ἔσονται.

ς'. Τοιγαροῦν οἱ Ἕλληνες πρότερον μὲν ἰόντες εἰς Λακεδαίμονα, ἐδέοντο αὐτῶν ἡγεῖσθαι ἐπὶ τοὺς δοκοῦντας ἀδικεῖν· νῦν δὲ πολλοὶ παρακαλοῦσιν ἀλλήλους

3. Scio metuiſſe antehac eos ſibi, ne aurum poſſidere deprehenderentur: iam nonnulli ſunt, qui hoc ipſo ſemet oſtentant, quod aurum poſſideant.

4. Praeterea ſcio peregrinos ob eam cauſſam olim eiectos fuiſſe, neque conceſſas peregrinationes; ne ab exteris ciues improbitatem haurirent. Nunc mihi conſtat, eos, qui loco videntur apud ipſos eſſe principe, ſtudioſe in hoc incubuiſſe; vt nunquam non apud exteros vrbium praefecti eſſent.

5. Fuit item aliquando tempus, quum in id operam dabant, vt principatu digni eſſent: nunc id magis enituntur, vt imperent, quam vt imperio digni ſint.

6. Itaque fit, vt Graeci, qui olim Spartam profecti Lacedaemonios orabant, vt duces adverſus illos eſſent, qui iniuſte agere viderentur; nunc magna ex parte ſeipſos ad impediendum cohortentur, ne ad Lacedaemonios

λήλως ἐπὶ τὸ διακωλύειν ἄρξαι πάλιν αὐτός.

ζ'. Οὐδὲν μέντοι δεῖ θαυμάζειν τούτων τῶν ἐπιψόγων αὐτοῖς γιγνομένων, ἐπειδὴ φανεροί εἰσιν ὅτε τῷ θεῷ πειθόμενοι, ὅτε τοῖς Λυκούργω νόμοις.

ΚΕΦ. ιε'.

Βούλομαι δὲ καὶ, ἃς βασιλεῖ πρὸς τὴν πόλιν συνθήκας ὁ Λυκοῦργος ἐποίησε, διηγήσασθαι. μόνη γὰρ δὴ αὕτη ἀρχὴ διατελεῖ εἴπερ ἐξ ἀρχῆς κατεστάθη· τὰς δὲ ἄλλας πολιτείας εὕροι ἄν τις μετακεκινημένας, καὶ ἔτι καὶ νῦν μετακινουμένας.

β'. Εθηκε γὰρ θύειν μὲν βασιλέα πρὸ τῆς πόλεως τὰ δημόσια ἅπαντα, ὡς ἀπὸ τοῦ θεοῦ ὄντα· καὶ στρατιὰν ὅποι ἂν ἡ πόλις ἐκπέμπῃ, ἡγεῖσθαι.

γ'. Εδωκε

daemonios rerum ſumma redeat.

7. Neque vero mirum videri debet, quod in has reprehenſiones incurrant; quando palam eſt, eos neque Apollini, neque Lycurgi legibus parere.

CAP. XV.

Lubet etiam commemorare, quae pacta Lycurgus inter regem et ciuitatem conſtituit. Nam ſolus hic principatus in eodem permanet ſtatu, quo fuit ab initio: caeteras adminiſtrationum publicarum formas vel immutatas, vel etiam nunc aliquis mutari comperiat.

2. Sanxit igitur, vt Rex pro ſalute ciuitatis rem diuinam in omnibus ſacris publicis faceret, veluti ortus a Deo: vt, quocunque ciuitas militum copias mitteret, ducis munere fungeretur.

γ'. Εδωκε δὲ καὶ γέρα ἀπὸ τῶν θυομένων λαμβάνειν, καὶ γῆν τε ἐν πολλαῖς τῶν περιοίκων πόλεων ἀπέδειξεν ἐξαίρετον τοσαύτην, ὥστε μήτε δεῖσθαι τῶν μετρίων, μήτε πλούτῳ ὑπερφέρειν.

δ'. Οπως δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἔξω σκηνοῖεν, σκηνὴν αὐτοῖς δημοσίαν ἀπέδειξε· καὶ δημοσίᾳ γε ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐτίμησεν, ὄχ ἵνα διπλάσια καταφάγοιεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀπὸ τοῦδε τιμῆσαι ἔχοιεν εἴ τινα βούλοιντο.

ε'. Εδωκε δ' αὖ καὶ συσκήνους δύω ἑκατέρῳ προσελέσθαι, οἳ δὴ καὶ Πύθιοι καλοῦνται. ἔδωκε δὲ καὶ πασῶν τῶν συῶν ἀπὸ τόκου χοῖρον λαμβάνειν, ὡς μήποτε ἀπορήσαι βασιλεὺς ἱερῶν, ἤν τι δεηθῇ θεοῖς συμβουλεύσασθαι.

ς'. Καὶ πρὸς τῇ οἰκίᾳ δὲ λίμνη ὕδατος ἀφθονίαν

3. Adtribuit hoc quoque, vt de victimis caesis honoris causa quaedam ipse caperet. Praeterea tantum agri eximii multis in vrbibus finitimis secreuit, vt mediocrium quidem illi facultatum copia non desit, non tamen opibus antecellat.

4. Atque vti reges etiam foris vti contubernio possent, ad hoc eis tabernaculum publicum ordinauit, eumque honorem illic addidit, vt in coena duplex ipsis portio cederet: non id quidem, vt duplo plus, quam alii, vorarent; sed vt aliquid inde honoris causa dare possent, cui libuisset.

5. Praeterea regi vtrique potestatem deligendi contubernales binos concessit, quos Pythios vocant. Permisit etiam, vt de omnium scrofarum partu porcum acciperet, ne vnquam Rex victimis careret, si qua in re Dii consulendi essent.

6. Propter domum regiam stagnum

ἀφθονίαν παρέχει. ὅτι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς πολλὰ χρήσιμον, οἱ μὴ ἔχοντες αὐτὸ μᾶλλον γιγνώσκουσι. καὶ ἕδρας δὲ πάντες ὑπανίσανται βασιλεῖ, πλὴν οὐκ Ἐφοροι ἀπὸ τῶν Ἐφορικῶν δίφρων.

ζ'. Καὶ ὅρκους δὲ ἀλλήλοις κατὰ μῆνα ποιοῦνται, Ἔφοροι μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως, βασιλεὺς δ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ. ὁ δὲ ὅρκος ἐστὶ τῷ μὲν βασιλεῖ, κατὰ τοὺς τῆς πόλεως κειμένους νόμους βασιλεύσειν· τῇ δὲ πόλει, ἐμπεδοῦντος ἐκείνου ἀσυφέλικτον τὴν βασιλείαν παρέξειν.

η'. Αὗται μὲν οὖν αἱ τιμαὶ οἴκοι ζῶντι βασιλεῖ δέδονται, οὐδέν τι πολὺ ὑπερφέρουσαι τῶν ἰδιωτικῶν. οὐ γὰρ ἐβουλήθη οὔτε τοῖς βασιλεῦσι τυραννικὸν φρόνημα παραζῆσαι, οὔτε τοῖς πολίταις φθόνον ἐμποιῆσαι τῆς δυνάμεως.

θ'. Αἱ δὲ τελευτήσαντι τιμαὶ βασιλεῖ δέδονται, τῇδε βούλονται δηλοῦν οἱ Λυκούργου νόμοι, ὅτι

gnum aquae copiam ſuppeditat. Quod quidem ad multa per eſſe vtile, magis intelligunt ii qui eo carent. Etiam de ſella regi adſurgunt omnes, praeterquam Ephori de ſellis Ephoricis.

7. Menſibus ſingulis iureiurando ſe inuicem adſtringunt, Ephori quidem nomine ciuitatis, Rex autem ſuo. Regis iusiurandum eſt, regnum ſe geſturum ex praeſcripto legum latarum; ciuitatis, conſeruaturam ſe regnum ipſius inconcuſſum, ſi quidem iusiurandum hoc ſancte ſeruaret.

8. Atque hi honores in patria regi, quamdiu viuit, conceſſi ſunt; non multum priuatorum honoribus potiores. Etenim neque regibus animos addere tyrannicos voluit, neque ciuibus eorum poteſtatem inuiſam reddere.

9. Qui autem regi mortuo conceſſi ſunt honores, iis Lycurgi leges indicare volunt,

ὅτι ἐχ ὡς ἀνθρώπους, ἀλλ' ὡς ἥρωας τὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς προτετιμήκασιν.

ΞΕΝΟ-

non ſe Lacedaemoniorum reges vt homines, ſed tanquam heroas honore eximio adfeciſſe.

ΧΕΝΟ-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ δὲ τῆς Αθηναίων πολιτείας, ὅτι μὲν εἵλοντο τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας, οὐκ ἐπαινῶ διὰ τόδε, ὅτι ταῦθ' ἑλόμενοι, εἵλοντο τοὺς πονηροὺς ἄμεινον πράττειν ἢ τοὺς χρηστούς. διὰ μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἐπαινῶ. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ὥτως ἔδοξεν αὐτοῖς, ὡς εὖ διασώζονται τὴν πολιτείαν, καὶ τἆλλα διαπράττονται, ἃ δοκοῦσιν ἁμαρτάνειν τοῖς ἄλλοις Ελλησι, τοῦτ' ἀποδείξω.

β'. Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο ἐρῶ, ὅτι δικαίως αὐτόθι καὶ οἱ πένητες καὶ ὁ δῆμος πλέον ἔχει τῶν γενναίων καὶ τῶν πλουσίων,

XENOPHONTIS

ATHENIENSIVM RESPVBLICA.

CAP. I.

Iam de Athenienſium republica, quod eam reipublicae formam ſecuti ſint, propterea non laudo; quia dum illam voluerunt, voluerunt improbos homines meliori eſſe conditione, quam probos. Hanc itaque ob cauſam non laudo. Quia vero ita eis viſum eſt, equidem oſtendam, rempublicam eos ſuam incolumem conſeruare, atque etiam alia perficere, in quibus aberrare Graecis caeteris exiſtimentur.

2. Primum igitur hoc dicam, merito pauperes ac plebem ibi plus poſſe, quam nobiles et diuites, idque ob hanc

πλωτίων, διὰ τόδε, ὅτι ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἐλαύνων τὰς ναῦς, καὶ ὁ τὴν δύναμιν περιτιθεὶς τῇ πόλει· καὶ οἱ κυβερνῆται, καὶ οἱ κελευσταὶ, καὶ οἱ πεντηκόνταρχοι, καὶ οἱ πρωρᾶται, καὶ οἱ ναυπηγοί· ὅτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει πολὺ μᾶλλον, ἢ οἱ πολῖται καὶ οἱ γενναῖοι καὶ οἱ χρηστοί. ἐπειδὴ ὧν ταῦτα ὅτως ἔχει, δοκεῖ δίκαιον εἶναι πᾶσι τῶν ἀρχῶν μετεῖναι, ἔν τε τῷ κλήρῳ, καὶ ἐν τῇ χειροτονίᾳ· καὶ λέγειν ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν.

γ'. Ἔπειτα ὁπόσαι μὲν σωτηρίαν φέρουσι τῶν ἀρχῶν, χρηταὶ ὅσαι καὶ μὴ χρηταὶ, ἢ κίνδυνον τῷ δήμῳ ἅπαντι, τούτων μὲν τῶν ἀρχῶν ὡδὲν δεῖται ὁ δῆμος μετεῖναι, ὅτε τῶν στρατηγικῶν κλήρων οἴονται σφίσι χρῆναι μετεῖναι, ὅτε τῶν ἱππαρχιῶν. γιγνώσκει γὰρ ὁ δῆμος, ὅτι πλείω ὠφελεῖται ἐν τῷ μὴ αὐτὸς ἄρχειν ταύτας τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἐᾶν τοὺς δυνατωτάτους ἄρχειν· ὁπόσαι δ' εἰσὶν ἀρχαὶ μισθοφορίας ἕνεκα καὶ ὠφελείας εἰς τὸν οἶκον, ταύτας ζητεῖ ὁ δῆμος ἄρχειν.

δ'. Ἔπειτα

causam, quod plebs et naues agat, et potentiam ciuitati conciliet: adeoque gubernatores, et incitatores nautarum, et quinquaginta remigibus praefecti, et proretae, et nauium fabricatores, hi sunt, qui multo magis reipublicae potentiam amplificant, quam ciues, quam nobiles, quam homines frugi. Haec quum ita se habeant, aequum esse videtur, vt omnes magistratuum participes fiant, siue per sortem, seu per suffragium; vtque cuivis ciuium dicere liceat, qui quidem velit.

3. Deinde quotquot magistratus, siue superiores seu inferiores, vniuerso populo vel salutis vel periculorum auctores sunt, eorum vti particeps sit vulgus, non est necesse: neque plebs sortes praetorias, neque praefecturas equitum ad se pertinere putat. Animaduertit enim, se plus emolumenti capere, dum magistratus hosce non obit, sed illis relinquit gerendos, qui plurimum possunt. Quotquot vero magistratus habent stipendia, reique familiari conducunt, hos etiam vulgus ambit.

4. Quod

δ'. Επειτα δὲ, ὃ ἔνιοι θαυμάζουσιν, ὅτι παντα χῆ πλέον νέμουσι τοῖς πονηροῖς, καὶ πένησι, καὶ δημοτικοῖς, ἢ τοῖς χρηστοῖς, ἐν αὐτῷ τούτῳ φανῆναι τὴν δημοκρατίαν διασώζοντες. οἱ μὲν γὰρ πένητες καὶ οἱ δημόται καὶ οἱ χείρους εὖ πράττοντες, καὶ πολλοὶ οἱ τοιοῦτοι γιγνόμενοι, τὴν δημοκρατίαν αὔξουσιν. ἐὰν δὲ εὖ πράττωσιν οἱ πλούσιοι καὶ οἱ χρηστοὶ, ἰσχυρὸν τὸ ἐναντίον σφίσιν αὐτοῖς καθιστᾶσιν οἱ δημοτικοί.

ε'. Εστι δὲ πάσῃ γῇ τὸ βέλτιστον ἐναντίον τῇ δημοκρατίᾳ. ἐν γὰρ τοῖς βελτίστοις ἔνι ἀκολασία τε ὀλιγίστη καὶ ἀδικία, ἀκρίβεια δὲ πλείστη εἰς τὰ χρηστά· ἐν δὲ τῷ δήμῳ ἀμαθία τε πλείστη καὶ ἀταξία καὶ πονηρία. ἥτε γὰρ πενία αὐτοὺς μᾶλλον ἄγει ἐπὶ τὰ αἰσχρὰ, καὶ ἡ ἀπαιδευσία καὶ ἡ ἀμαθία δι' ἔνδειαν χρημάτων *ἐνίοις τῶν ἀνθρώπων.

ς'. Εἴποι δ' ἄν τις, ὡς ἐχρῆν αὐτοὺς μὴ ἐᾶν λέγειν πάντας ἐξῆς, μηδὲ βουλεύειν, ἀλλὰ τοὺς δεξιωτάτους καὶ

4. Quod autem nonnulli mirantur, vbique plus eos hominibus nullius momenti, et pauperibus, et plebeiis, quam egregiis viris tribuere; in hoc ipso popularem ciuitatis ſtatum aperte conſeruant. Quippe dum pauperes, et plebeii, et nauci homines bene agunt, et ad aliquem numerum excreſcunt, ſtatum ciuitatis popularem augent. Sin diuitibus et egregiis hominibus bene ſit; tum vero plebeii contrariam ſibi partem corroborant.

5. Sunt autem vbique terrarum optimates dominatui plebeio contrarii. Nam in optimatibus petulantiae ac iniuſtitiae minimum eſt, ſtudium vero rerum honeſtarum accuratiſſimum: contra, in plebe plurimum inſcitiae, confuſionis, improbitatis. Etenim paupertas magis eos adducit ad turpia, et plerique mortalium propter penuriam neque liberaliter educari, neque recte inſtitui poſſunt.

6. Fortaſſe dixerit aliquis, non permittendum eſſe, vt omnes vel dicendi poteſtatem habeant, vel conſulendi: ſed peritiſſimos tantum et praeſtantiſſimos

* Deſideratur vocab. ἔνεστιν (aut aliquod tale) ante ἐνίοις.

καὶ ἄνδρας ἀρίστους. οἱ δὲ καὶ ἐν τούτῳ ἄριστα βουλεύονται, ἐῶντες καὶ τοὺς πονηροὺς λέγειν. εἰ μὲν γὰρ οἱ χρηστοὶ ἔλεγον καὶ ἐβουλεύοντο, τοῖς ὁμοίοις σφίσιν αὐτοῖς ἦν ἀγαθά, τοῖς δὲ δημοτικοῖς οὐκ ἀγαθά· νῦν δὲ λέγων ὁ βουλόμενος ἀνασὰς ἄνθρωπος πονηρὸς, ἐξευρίσκει τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ.

ζ'. Εἴποι τις ἄν, τί ἂν ἔν γνοίη ἀγαθὸν αὐτῷ ἢ τῷ δήμῳ τοιοῦτος ἄνθρωπος; οἱ δὲ γιγνώσκουσιν, ὅτι ἡ τούτου ἀμαθία καὶ πονηρία καὶ εὔνοια μᾶλλον λυσιτελεῖ, ἢ ἡ τοῦ χρηστοῦ ἀρετὴ καὶ σοφία καὶ κακόνοια.

η'. Εἴη μὲν οὖν ἂν πόλις οὐκ ἀπὸ τοιούτων διαιτημάτων ἡ βελτίστη, ἀλλ' ἡ δημοκρατία μάλιστ' ἂν σώζοιτο ὕτως. ὁ γὰρ δῆμος οὐ βούλεται εὐνομουμένης τῆς πόλεως αὐτὸς δουλεύειν, ἀλλ' ἐλεύθερος εἶναι, καὶ ἄρχειν· τῆς δὲ κακονομίας αὐτῷ ὀλίγον μέλει. ὃ γὰρ σὺ νομίζεις οὐκ εὐνομεῖσθαι, αὐτὸς ἀπὸ τούτου ἰσχύει ὁ δῆμος, καὶ ἐλεύθερός ἐστιν.

θ'. Εἰ

ſtantiſſimos viros. At illi in hoc quoque ſibi rectiſſime conſulunt, dum ſutilibus etiam dicendi poteſtatem faciunt. Nam ſi duntaxat egregii viri et orationes haberent, et ſententias dicerent, ſui ſimilibus prodeſſent, non autem plebeiis: nunc quum ſurgat [ad concionandum] aliquis nullius pretii, quicunque voluerit; facile tum ſibi, tum ſui ſimilibus quod expediat, inuenit.

7. At inquiet aliquis, ecquid huiuſmodi homo boni vel ſibi vel populo poſſit excogitare? Nimirum intelligunt illi, huius imperitiam ac futilitatem, cum beneuolentia, plus ſibi prodeſſe, quam viri egregii virtutem ac ſapientiam, cum maleuolentia.

8. Poteſt igitur fieri, vt his moribus ciuitas non efficiatur optima: ſed ſtatus tamen popularis hac ratione conſeruabitur. Populus enim non vult rempublicam bene conſtitutam, in qua ſibi ſit ſeruiendum; ſed liber eſſe vult, et imperio potiri, ac malum interim ciuitatis ſtatum flocci pendit. Nam quod tu non recte conſtitutum exiſtimas, id ipſum potentiam plebis libertatemque ſuſtinet.

9. Quod

θ'. Εἰ δ' εὐνομίαν ζητεῖς, πρῶτα μὲν ὄψει τὺς δεξιωτάτυς αὐτοῖς τὺς νόμυς τιθέντας· ἔπειτα κολάστυσιν οἱ χρηστοὶ τὺς πονηρύς, καὶ βυλεύστυσιν οἱ χρηστοὶ περὶ τῆς πόλεως, καὶ ὐκ ἐάστυσι μαινομένυς ἀνθρώπυς βυλεύειν, ὐδὲ λέγειν, ὐδὲ ἐκκλησιάζειν. ἀπὸ τύτων τοίνυν τῶν ἀγαθῶν τάχις' ἂν ὁ δῆμος εἰς δυλείαν καταπέστι. τῶν δύλων δ' αὖ καὶ τῶν μετοίκων πλείστη ἐστὶν Αθήνησιν ἀκολασία, καὶ ὅτε πατάξαι ἔξεστιν αὐτόθι, ὅτε ὑπεκστήσεταί σοι ὁ δῦλος. ὃ δ' ἕνεκέν ἐστι τῦτο ἐπιχείριον, ἐγὼ φράσω.

ί. Εἰ νόμος ἦν τὸν δῦλον ὑπὸ τῦ ἐλευθέρυ τύπτεσθαι, ἢ τὸν μέτοικον, ἢ τὸν ἀπελεύθερον, πολλάκις ἂν οἰηθεὶς εἶναι τὸν Αθηναῖον δῦλον, ἐπάταξεν ἄν. ἐσθῆτα τε γὰρ ὐδὲν βελτίων ὁ δῆμος αὐτόθι, ἢ οἱ δῦλοι καὶ οἱ μέτοικοι· καὶ τὰ εἴδη ὐδὲν βελτίυς εἰσίν.

ια'. Εἰ δέ τις καὶ τῦτο θαυμάζει, ὅτι ἐῶσι τὺς δύλυς τρυφᾶν αὐτόθι, καὶ μεγαλοπρεπῶς διαιτᾶσθαι ἐνίυς, καὶ τῦτο γνώμῃ φανεῖεν ἂν ποιῦντες. ὅπυ γὰρ ναυτικὴ δύναμίς ἐστιν ἀπὸ χρημάτων, ἀνάγκη τοῖς ἀνδραπόδοις δυλεύειν,

9. Quod ſi bonum reipublicae ſtatum requiris, primum videbis in eo peritiſſimos leges ferre; deinde boni malos punient, deque republica conſultabunt, et homines inſanos neque conſiliis adeſſe, neque orationem habere, neque concionari permittent. Quapropter ex his bonis celerrime plebs ad ſeruitutem reciderit. Seruorum autem et aduenarum maxima eſt Athenis petulantia, neque pulſandi eos cuiquam illic ius eſt, neque ſeruus tibi cedet. Cur autem hoc moribus illic ita receptum ſit, equidem exponam.

10. Si conſuetudo ferret ſeruum hominem ab ingenuo verberari, vel aduenam, vel libertum; ſaepe quis Athenienſem pulſaret, ſeruum eſſe ratus. Nam neque veſtitu, neque forma, quidquam iſtic plebs ſeruis aduenisue praeſtat.

11. Iam ſiquis etiam miratur, quod iſtic et delicate ſervos et ſplendide quidem nonnullos viuere patiantur, hoc quoque certo eos iudicio facere conſtat. Nam vbi potentia nauali ab opibus pendet, ibi poſthabitis hominibus liberis, ſeruire

δȣλεύειν, ἵνα * λαμβάνων μὲν πράτ]ῃ τὰς ἀποφορὰς, καὶ ἐλευθέρȣς ἀφιέναι. ὅπȣ δ' εἰσὶ πλȣσιοι δȣλοι, ȣ̓κέτι ἐνταῦθα λυσιτελεῖ τὸν ἐμὸν δȣλον σὲ δεδιέναι. ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι ὁ ἐμὸς δȣλος σὲ δέδοικεν. ἂν δὲ δεδίῃ ὁ σὸς δȣλος ἐμὲ, κινδυνεύσει καὶ τὰ χρήματα διδόναι τὰ ἑαυτȣ̃, ὥστε μὴ κινδυνεύειν περὶ ἑαυτȣ̃.

ιβ'. Διὰ τȣ̃τ' ȣ̓ν ἰσηγορίαν καὶ τοῖς δȣ́λοις πρὸς τὰς ἐλευθέρας ἐποιήσαμεν, καὶ τοῖς μετοίκοις πρὸς τὰς ἀστὰς, διότι δεῖται ἡ πόλις μετοίκων, διά τε τὸ πλῆθος τῶν τεχνῶν, καὶ διὰ τὸ ναυτικόν. διὰ τȣ̃το ȣ̓ν καὶ τοῖς μετοίκοις εἰκότως τὴν ἰσηγορίαν ἐποιήσαμεν.

ιγ'. Τὰς δὲ γυμναζομένας αὐτόθι, καὶ τὴν μȣσικὴν ἐπιτηδεύοντας καταλέλυκεν ὁ δῆμος, νομίζων τȣ̃το ** ȣ̓ καλὸν εἶναι, γνὰς ὅτι ȣ̓ δυνατὰ ταῦτά ἐστιν ἐπιτηδεύειν. ἐν ταῖς χορηγίαις αὖ καὶ γυμνασιαρχίαις καὶ τριηραρχίαις

ſeruire mancipiis oportet, vt, qui ea capit, quaeſtum faciat; vbi vero ſerui opulenti ſunt, ibi meus vt ſeruus te metuat, non expedit. Lacedaemone quidem meus ſeruus te metuit. Iam ſi me ſeruus tuus metuat, ſane verendum, vt res ſuas mihi det, ne quo ipſe ſit in periculo.

12. Quamobrem aequalitatem quandam ſeruis et liberis conceſſimus, itemque aduenis et ciuibus, quod aduenarum egeat opera ciuitas, cum propter opificiorum multitudinem, tum ob rem naualem. Igitur hac de cauſa merito quaedam aequalitas inter ciues et aduenas a nobis facta eſt.

13. Caeterum eos, qui corporum exercitiis ibi Muſicaeque dediti ſunt ſtudiis, plebs non ſuſtulit; quod exiſtimaret id expedire, ac ne poſſe quidem ab ſe his dari operam ſentiret. In chori vero principatu, ac gymnaſiorum triremiumque prae-

* Locum hunc ita legendum eſſe cenſet Leuncl. *Ἵνα λαμβάνωμεν ἃς πράττει* (ſcil. *τὰ ἀνδράποδα*) *ἀποφοράς.*

** Vocab. ȣ̓ deletum ante *καλὸν*, reponendum eſt ante *κατελέλυκεν*, quo minus ſibi contradicat Auctor, qui infra *κεφ. β'. ſ.* exercitia corporum etc. minime ſublata dicit ab Athenienſibus.

χίαις γιγνώσκουσιν, ὅτι *χορηγοῦσι μὲν οἱ πλούσιοι, χορηγεῖται δὲ ὁ δῆμος· καὶ τριηραρχοῦσι καὶ γυμνασιαρχοῦσιν οἱ πλούσιοι, ὁ δὲ δῆμος τριηραρχεῖται καὶ γυμνασιαρχεῖται. ἀξιοῖ δὲν ἀργύριον λαμβάνειν ὁ δῆμος, καὶ ᾄδων, καὶ τρέχων, καὶ ὀρχούμενος, καὶ πλέων ἐν ταῖς ναυσίν· ἵνα αὐτός τε ἔχῃ, καὶ οἱ πλούσιοι πενέστεροι γίγνωνται. ἔν τε τοῖς δικαστηρίοις ὠ τῷ δικαίῳ αὐτοῖς μέλει μᾶλλον, ἢ τῷ αὐτοῖς συμφέροντος.

ιδ'. Περὶ δὲ τῶν συμμάχων, ὅτι ἐκπλέοντες συκοφαντοῦσιν, ὡς δικοῦσι, καὶ μισοῦσι τοὺς χρηστούς, γιγνώσκοντες ὅτι μισεῖσθαι μὲν ἀνάγκη τὸν ἄρχοντα ὑπὸ τοῦ ἀρχομένου· εἰ δὲ ἰσχύσουσιν οἱ πλούσιοι καὶ οἱ ἰσχυροὶ ἐν ταῖς πόλεσιν, ὀλίγιστον χρόνον ἡ ἀρχὴ ἔσται τῷ δήμῳ τῷ Αθηναίων. διὰ ταῦτα δὲν τοὺς μὲν χρηστοὺς ἀτιμοῦσι, καὶ χρήματα ἀφαιροῦνται, καὶ ἐξελαύνουσι, καὶ ἀποκτείνουσι, τοὺς δὲ πονηροὺς αὔξουσιν. οἱ δὲ χρηστοὶ Αθηναίων τοὺς χρηστοὺς ἐν ταῖς συμμαχίσι πόλεσι σώζουσι, γιγνώσκοντες ὅτι σφίσιν

praefecturis, intelligunt penes opulentos esse chori principatum, vulgus vero in choris versari: eodemque modo locupletes triremibus et gymnasiis praeesse, vulgus autem in triremibus et gymnasiis parere. Vult igitur pecuniam accipere vulgus, atque ita canere, currere, saltare, nauigare; vt et ipsum habeat aliquid, et diuites reddantur tenuiores. Nec in iudiciis quidem magis eius quod iustum est, quam commodi sui rationem habent.

14. De sociis autem, quod nauigiis eos adeuntes, calumniari et odisse videntur egregios illic viros, ita sentiunt, fieri non posse, quin qui sub imperio est, oderit eum, qui est cum imperio: ac si maiores locupletum et potentium vires sint in ciuitatibus, imperium populi Athenienſis haud diu duraturum. Ob has inquam causas viris egregiis honores adimunt, facultates auferunt, exilia capitisque poenas irrogant, dum nihili homines euehunt. Contra qui Athenienses frugi sunt, ii salutem virorum egregiorum in ciuitatibus sociis tuentur, quod animaduertant sibi

*** Leuncl. male accipit act. χορηγεῖν in primaria sua significatione, et pass. χορηγεῖσθαι in secundaria; vtrumque enim eodem sensu hic loci accipiendum esse, ex Antithesi constat.

σιν ἀγαθόν ἐστι τὰς βελτίστας σώζειν ἀεὶ ἐν ταῖς πόλεσιν.

ιε'. Εἰποι δέ τις ἂν, ὅτι ἰσχύς ἐστιν αὕτη Ἀθηναίων, ἐὰν οἱ σύμμαχοι δυνατοὶ ὦσι χρήματα εἰσφέρειν. τοῖς δὲ δημοτικοῖς δοκεῖ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι, τὰ τῶν συμμάχων χρήματα ἕνα ἕκαστον ἔχειν Ἀθηναίων, ἐκείνους δὲ ὅσον ζῆν καὶ ἐργάζεσθαι, ἀδυνάτους ὄντας ἐπιβουλεύειν.

ις'. Δοκεῖ δὲ ὁ δῆμος Ἀθηναίων καὶ ἐν τῷδε καλῶς βουλεύεσθαι, ὅτι τοὺς συμμάχους ἀναγκάζουσι πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε. οἱ δὲ ἀντιλογίζονται ὅσα ἐν τούτῳ ἔνι ἀγαθὰ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων. πρῶτον μέν, ἀπὸ τῶν πρυτανείων τὸν μισθὸν δι' ἐνιαυτοῦ λαμβάνειν· εἶτ' οἶκοι καθήμενοι, ἄνευ νεῶν ἔκπλους, διοικοῦσι τὰς πόλεις τὰς συμμαχίδας, καὶ τοὺς μὲν τῷ δήμῳ σώζουσι, τοὺς δ' ἐναντίους ἀπολλύουσιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. εἰ δὲ οἶκοι εἶχον ἕκαστοι τὰς δίκας, ἅτε ἀχθόμενοι Ἀθηναίοις, τούτους ἂν σφῶν αὐτῶν ἀπώλλυσαν, οἵτινες φίλοι μάλιστα ἦσαν Ἀθηναίων τῷ δήμῳ.

ιζ'. Πρὸς

sibi ex vsu esse, conseruari semper in vrbibus optimates.

15. At dixerit aliquis, in eo potentiam Atheniensium esse sitam, si pecunias eorum socii conferre possint. At plebeiis hominibus magis expedire videtur, vt Atheniensium vnusquisque facultates sociorum obtineat; illi, quantum opus sit ad victum et opera, ne possint insidiari.

16. Hac etiam in parte populus Atheniensis vti consilio malo existimatur, quod socios Athenas nauigare ad petendum ius cogant. Verum illi contra ratiocinantur, quantum in hoc insit Atheniensium populo commodi. Primum est, quod e Prytaneis anno toto mercedem percipiant. Deinde, quod domi residentes, nullis emissis nauibus, ciuitates socias administrent; plebeioque statui addictos incolumes seruent, adversariis eorum in iudiciis oppressis. Quod si iudicia singuli exercerent in patria, nimirum Atheniensibus infensi, eos ipsos de numero suorum opprimerent, quicunque populo Atheniensium imprimis amici essent.

17. Praeterea

ιζ'. Πρὸς δὲ τούτοις, ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων τάδε κερδαίνει τῶν δικῶν Ἀθήνησιν ὧσῶν τοῖς συμμάχοις. πρῶτον μὲν γὰρ ἡ ἑκατοστὴ τῇ πόλει πλείων ἡ ἐν Πειραιεῖ· ἔπειτα εἴ τῳ συνοικία ἐστὶν, ἢ ἀνδράποδον μισθοφορᾷ· ἔπειτα οἱ κήρυκες ἄμεινον πρά[ξ]σι διὰ τὰς ἐπιδημίας τὰς τῶν συμμάχων.

ιη'. Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μὲν μὴ ἐπὶ δίκας ἦσαν οἱ σύμμαχοι, τοὺς ἐκπλέοντας Ἀθηναίων ἐτίμων ἂν μόνους, τούς τε στρατηγοὺς, καὶ τοὺς τριηράρχους, καὶ πρέσβεις. νῦν δ' ἠνάγκασαι τὸν δῆμον κολακεύειν τῶν Ἀθηναίων εἷς ἕκαστος τῶν συμμάχων, γιγνώσκων, ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν ἂν ἐν ἄλλοις τισὶν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ· ὃς ἐστὶ δὴ νόμος Ἀθήνησι. καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ εἰσιόντος τοῦ, ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. διὰ τοῦτο δὴ οἱ σύμμαχοι δοῦλοι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων καθεστᾶσι μᾶλλον.

ιθ'. Πρὸς δὲ τούτοις διὰ τὴν κτῆσιν τὴν ἐν τοῖς ὑπερορίοις, καὶ

17. Praeterea populus Athenienſis, dum ius Athenis ſocii petunt, haec lucratur. Primum e centeſima in Piraeo ciuitati prouentus maior accedit. Deinde [lucrum percipit,] cui vel coenaculis inſtructa domus eſt, vel iumentum meritorium. Itidem ſociorum aduentus emolumentum praeconibus adfert.

18. Praeterea ſi [Athenas] ſocii ius petitum non irent, ſolos ex Athenienſibus illos honoribus adficerent, qui ad ipſos nauigant; nimirum praetores, triremium praefectos, legatos. Nunc vero ſociorum vnuſquiſque populum Athenienſem blandiendo demereri cogitur: quippe qui intelligat, Athenas ſibi proficiſcendum, cauſamque agendam, non apud alios, quam apud populum: quae ſane lex Athenis eſt. Etiam in iudiciis ſupplicare cogitur, et ſi quis ingrediatur, manum eius prenſare. Quae cauſſa eſt, quamobrem ſocii multo magis populo Athenienſi ſerviant.

19. Praeterea propter id quod extra fines patriae poſſident, et

καὶ διὰ τὰς ἀρχὰς τὰς εἰς τὴν ὑπεροφίαν, λελήθασι μανθάνοντες ἐλαύνειν τῇ κώπῃ αὐτοί τε καὶ οἱ ἀκόλουθοι. ἀνάγκη γὰρ ἄνθρωπον πολλάκις πλέοντα κώπην λαβεῖν καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν οἰκέτην, καὶ ὀνόματα μαθεῖν τὰ ἐν τῇ ναυτικῇ.

κ'. Καὶ κυβερνῆται ἀγαθοὶ γίνονται, δι' ἐμπειρίαν τε τῶν πλοίων, καὶ διὰ μελέτην. ἐμελέτησαν δὲ οἱ μὲν, πλοῖον κυβερνῶντες, οἱ δὲ, ὁλκάδα. οἱ δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τριήρη κατέσησαν. οἱ δὲ πολλοὶ *ἐλαύνειν εὐθὺς ὡς οἷόν τε εἰσβάντες εἰς ναῦς, ἅτε ἐν παντὶ τῷ βίῳ προμεμελετηκότες.

ΚΕΦ. β'.

Τὸ δὲ ὁπλιτικὸν αὐτοῖς, ὃ ἥκιστα δοκεῖ εὖ ἔχειν Ἀθηναίοις, ὅτω καθέστηκε. καὶ τῶν μὲν πολεμίων ἥττους τε σφᾶς αὐτοὺς ἡγοῦνται εἶναι, καὶ μείζους. τῶν δὲ συμμάχων, οἳ φέρουσι τὸν φόρον, καὶ κατὰ γῆν κρατίστοί εἰσι, καὶ νομίζουσι

propter magiſtratus gerendos apud exteros, ſenſim remo navem agere, tum ipſi, tum comites, diſcunt. Eſt enim neceſſe, vt, qui ſaepius nauigat, remum in manus ſumat, tam ipſe, quam famulus, reique naualis adpellationes diſcat.

20. Etiam boni gubernatores fiunt, partim propter vſum nauigiorum, partim propter exercitationem. Exercent autem ſeſe alii nauigium minus gubernando, alii nauim onerariam: ac nonnulli ad triremes hinc tranſeunt. Complures ſtatim in ipſo ingreſſu in naves, remigare poſſunt, exercitati iam ita nimirum in hoc per omnem vitam.

CAP. II.

Caeterum terreſtris militiae, quae Athenis non ſatis bene comparata eſſe videtur, haec eſt ratio: Arbitrantur Athenienſes, hoſtibus ſe et inferiores, et ſuperiores eſſe: Sociis vero, qui tributum eis pendunt, longe etiam terra praeſtant, ac ſe

* Hunc locum ſic emendat Leuncl. ἐλαύνειν εὐθὺς οἷον εἰσβάντες; malim ego: ἐλαύνειν εὐθέως εἶσί τ' εἰσὶν εἰσβάντες.

νομίζυσι τὸ ὁπλιτικὸν ἄρχειν, εἰ τῶν συμμάχων κρείττονές εἰσι.

β'. Πρὸς δὲ καὶ κατὰ τύχην τι αὐτοῖς τοιῦτον καθέσηκε. τοῖς μὲν κατὰ γῆν ἀρχομένοις οἵόντ' ἐσὶν ἐκ μικρῶν πόλεων συνοικισθέντας, ἀθρόους μάχεσθαι· τοῖς δὲ κατὰ θάλατ]αν ἀρχομένοις, ὅσοι νησιῶται εἰσιν, ἀχ οἷόν τε συνάραθαι εἰς τὸ αὐτὸ τὰς πόλεις. ἡ γὰρ θάλατ]α ἐν τῷ μέσῳ, οἱ δὲ κρατοῦντες θαλασσοκράτορές εἰσιν. εἰ δὲ οἷόν τε καὶ λαθεῖν συνελθοῦσιν εἰς ταυτὸ τοῖς νησιώταις εἰς μίαν νῆσον, ἀπολοῦνται λιμῷ.

γ'. Ὁπόσαι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ εἰσὶ πόλεις ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἀρχόμεναι, αἱ μὲν μεγάλαι διὰ δέος ἄρχονται, αἱ δὲ μικραὶ πάνυ διὰ χρείαν. ἀ γάρ ἐσι πόλις ἀδεμία, ἥτις ἀ δεῖται εἰσάγεσθαί τι ἢ ἐξάγεσθαι. ταῦτα τοίνυν ἀκ ἔσαι αὐτῇ, ἐὰν μὴ ὑπήκοος ᾖ τῶν ἀρχόντων τῆς θαλάτ]ης.

δ'. Ἐπειτα δὲ τοῖς ἄρχυσι τῆς θαλάτ]ης οἵόντ' ἐσὶ ποιεῖν, ἅπερ ἀ τοῖς τῆς γῆς, ἐνίοτε τέμνειν τὴν γῆν τῶν κρειττόνων.

se terreſtribus copiis praecipue valere putant, ſi ſociis ſint ſuperiores.

2. Praeterea fortuna quadam talis ipſorum eſt conditio. Poſſunt ſubditi in continenti parvis ex oppidis coire, coniunctiſque copiis pugnare. At vero maritimorum ſubditorum, hominum videlicet inſularium, oppida coniungere vires non poſſunt. Eſt enim in medio mare, quique rerum potiuntur, etiam maris imperium obtinent. Quod ſi etiam fieri poſſit, vt inſulares clam in vnam conueniant inſulam, fame peribunt.

3. Quotquot autem ciuitates ſubiectae Athenienſium imperio, in continenti ſitae ſunt; earum quae maiuſculae ſunt, metus cauſſa parent: quae minores, propter penuriam. Nec enim oppidum vllum eſt, cui non opus ſit aliquid vel importari, vel exportari. Nequit autem haec conſequi, ſi non iis obtemperet, qui maris imperio potiuntur.

4. Deinde poſſunt ii, qui mare ſua in poteſtate habent, ea facere, quae rerum terra domini non poſſunt, nimirum nonnunquam vaſtare agrum etiam potentiorum. Poſſunt

κρειττόνων. παραπλεῖν γὰρ ἔξεσιν, ὅπου ἂν μηδεὶς ᾖ πολέμιος, ἢ ὅπου ἂν ὀλίγοι· ἐὰν δὲ πρόσίωσιν, ἀναβάντα ἀποπλεῖν. καὶ τοῦτο ποιῶν ἧττον ἀπορεῖ, ἢ ὁ πεζῇ παραβοηθῶν.

ε'. Ἔπειτα δὲ τοῖς μὲν κατὰ θάλατταν ἄρχουσιν οἷόν τ' ἀποπλεῦσαι ἀπὸ τῆς σφετέρας αὐτῶν, ὁπόσον βάλλει πλοῦν, τοῖς δὲ κατὰ γῆν οὐχ οἷόν τε ἀπὸ τῆς σφετέρας αὐτῶν ἀπελθεῖν πολλῶν ἡμερῶν ὁδόν. βραδεῖαί τε γὰρ αἱ πορεῖαι, καὶ σῖτον οὐχ οἷόν τε ἔχειν πολλοῦ χρόνου πεζῇ ἰόντα. καὶ τὸν μὲν πεζῇ ἰόντα δεῖ διὰ φιλίας ἰέναι, ἢ νικῶν μαχόμενον· τὸν δὲ πλέοντα, ὅ μὲν ἂν ᾖ κρείττων, ἔξεσιν ἀποβῆναι· * . . . . . ταύτης τῆς γῆς ἄλλα παραπλεῦσαι, ἕως ἂν ἐπὶ φιλίαν χώραν ἀφίκηται, ἢ ἐπὶ ἧττους αὐτοῦ.

ς'. Ἔπειτα νόσους τῶν καρπῶν, αἱ ἐκ Διός εἰσιν, οἱ μὲν κατὰ γῆν κρατοῦσι χαλεπῶς φέρουσι, οἱ δὲ κατὰ θάλατταν, ῥᾳδίως. ὁ γὰρ ἅμα πᾶσα

enim propter ea loca naues adpellere, vbi vel nullus sit hostis, vel pauci: at si hostes adcurrant, conscensis nauibus, discedere licet. Atque hoc qui facit, minori est in difficultate, quam qui terrestribus cum copiis expeditionem suscipit.

5. Deinde possunt ii, qui maris imperium tenent, suis a finibus quamlibet longo itinere nauigare: quum iis, quibus est potentia terrestris, non liceat multorum dierum itinere ab agro suo discedere. Sunt enim tardi progressus, et fieri non potest, vt is, qui terra facit iter, commeatum longo tempore sufficientem secum ferat. Itidem qui pedes incedit, necesse habet, vti vel per amicorum fines eat, vel pugnando vincat: qui autem nauigat, vbi superior est, de nauibus potest egredi; vbi inferior, praeterlegere licet mare proximum ei terrae, donec vel amicorum ad fines peruenerit, vel eorum qui sunt ipso inferiores.

6. Deinde frugum labes, quae a Ioue sunt, graues illis accidunt, qui terra rerum potiuntur: qui vero mari, facile has ferunt. Non enim omnes vna

* Locus hic ita cum Leuncl. in integrum restituendus est, ἀποβῆναι· ὃ δ' ἧττων ταύτης etc.

πᾶσα γῆ νοσεῖ· ὥστε ἐκ τῆς εὐθηνίας ἀφικνεῖται τοῖς τῆς θαλάσσης ἄρχουσιν.

ζ'. Εἰ δὲ δεῖ καὶ σμικροτέρων μνηθῆναι, διὰ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης πρῶτον μὲν τρόπους εὐωχιῶν ἐξεῦρον ἐπιμισγόμενοι ἀλλήλοις. ὅ, τι ἐν Σικελίᾳ ἡδύ, ἢ ἐν Ἰταλίᾳ, ἢ ἐν Κύπρῳ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἐν Λυδίᾳ, ἢ ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ἐν Πελοποννήσῳ, ἢ ἄλλοθί που, ταῦτα πάντα εἰς ἓν *ἠθροῖσθαι, διὰ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης.

η'. Ἔπειτα φωνὴν τὴν πᾶσαν ἀκούοντες, ἐξελέξαντο τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δ' ἐκ τῆς. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ, καὶ διαίτῃ, καὶ σχήματι χρῶνται· Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.

θ'. Θυσίας δὲ, καὶ ἱερὰ, καὶ ἑορτὰς, καὶ τεμένη, γνοὺς ὁ δῆμος ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν πενήτων θύειν, καὶ εὐωχεῖσθαι, καὶ κτᾶσθαι ἱερὰ, καὶ πόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, ἐξεῦρεν ὅτῳ τρόπῳ ἔσαι ταῦτα. θύσουσιν

ἂν

vna regiones iis laborant. Quo fit, vt ex ea, quae fructus vberes tulit, commeatus ad illos perueniat, quibus mare paret.

7. Quod si etiam leuiorum quorundam facienda est mentio, primum propter imperium maris Athenienses ex commerciis mutuis varios epulandi modos inuenerunt. Quidquid rei suauis vel in Sicilia, vel in Italia, vel Cypro, vel Aegypto, vel Lydia, vel Ponto, vel Peloponneso, vel alibi erat: haec omnia in vnum congesta sunt, propter maris imperium.

8. Deinde quum linguas omnes audiant, aliud ex alia delegerunt. Et Graeci quidem magis peculiari tum lingua, tum victus ratione, tum habitus, vtuntur: Athenienses vero mista quadam ex omnibus, tum Graecis, tum barbaris.

9. Iam sacrificia, fana, festa, lucos et delubra quod adtinet, quia populus intelligebat, non posse quemuis pauperem sacrificare, epulari, fana sua possidere, ciuitatem pulchram et amplam incolere: quo pacto haec quoque fierent, excogitauit. Itaque

* Rectius ἠθροίσθη.

ἐν δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἱερεῖα πολλά· ἔστι δὲ ὁ δῆμος ὁ εὐωχούμενος, καὶ διαλαγχάνων τὰ ἱερεῖα.

ί. Καὶ γυμνάσια, καὶ λυτρὰ, καὶ ἀποδυτήρια, τοῖς μὲν πλουσίοις ἐστὶν ἰδίᾳ ἐνίοις, ὁ δὲ δῆμος αὐτὸς αὑτῷ οἰκοδομεῖται ἰδίᾳ παλαίστρας πολλὰς, ἀποδυτήρια, λυτρῶνας· καὶ πλείω τούτων ἀπολαύει ὁ ὄχλος, ἢ οἱ ὀλίγοι, καὶ οἱ εὐδαίμονες.

ια'. Τὸν δὲ πλοῦτον μόνοι οἷοίτ' ἔχειν τῶν Ελλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. εἰ γάρ τις πόλις πλουτεῖ ξύλοις ναυπηγησίμοις, ποῖ διαθήσεται, ἐὰν μὴ πείσῃ τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάσσης; εἰ δέ τις σιδήρῳ, ἢ χαλκῷ, ἢ λίνῳ πλουτεῖ πόλις, ποῖ διαθήσεται, ἐὰν μὴ πείσῃ τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάττης; ἐξ αὐτῶν μέντοι τούτων καὶ δὴ νῆές μοι εἰσὶ, παρὰ μὲν τῶ, ξύλα· παρὰ δὲ τῶ, σίδηρος· παρὰ δὲ τῶ, χαλκός· παρὰ δὲ τῶ, λῖνον· παρὰ δὲ τῶ, κηρός.

ιβ'. Πρὸς δὲ τούτοις, ἄλλοσε ἄγειν οὐκ ἐάσουσιν οἵτινες ἀντίπαλοι ἡμῖν εἰσὶν, ἢ ὠ χρήσονται τῇ θαλάττῃ. καὶ ἐγὼ μὲν ὧδὲν ποιῶν ἐκ τῆς γῆς, πάντα ταῦτα ἔχω διὰ τὴν

ciuitatis ſumtu multae hoſtiae publice mactantur: et populus eſt is, qui epulatur, et ſorte victimas inter ſe partitur.

10. Gymnaſia, lauacra, apodyteria, priuatim homines quidam opulenti habent: at populus ſibi peculiariter multas palaeſtras, apodyteria, lauacra aedificat: eorumque pluribus fruitur vulgus, quam pauci ac beati.

11. Diuitias etiam ſoli ex Graecis ac barbaris Athenienſes habere poſſunt. Nam ſi qua ciuitas lignis abundat ad naues fabricandas, vbinam ea vendet, ſi non dominum maris prius ſibi conciliauerit? Rurſum ſi qua ciuitas ferri, vel aeris, vel lini copiam habeat, vbinam ea vendet, ſi non prius eum, qui mari potitur, ſibi conciliauerit? Atqui ab his ipſis naues mihi ſunt, et ab vno ligna, ferrum ab alio, ab alio aes, ab alio linum, ab alio cera.

12. Praeterea non patientur, qui aduerſarii nobis ſunt, haec exportari alio, vel mari non vtentur. Equidem qui nihil ex terra comparo, per mare omnia haec habeo. Nul-

la

τὴν θάλατταν· ἄλλη δ' ἡδεμία πόλις δύο τούτων ἔχει, οὐδ' ἔστι τῇ αὐτῇ ξύλα καὶ λῖνον. ἀλλ' ὅπου λῖνόν ἐστι πλεῖστον, λεία χώρα καὶ ἄξυλος, οὐδὲ χαλκὸς καὶ σίδηρος ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως, οὐδὲ τἄλλα δύο, ἢ τρία, μιᾷ πόλει· ἀλλὰ τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ.

ιγ'. Ετι δὲ πρὸς τούτοις παρὰ πᾶσαν ἤπειρόν ἐστιν ἡ ἀκτὴ προέχουσα, ἢ νῆσος προκειμένη, ἢ στενοπορόν τι· ὥστε ἔξεστιν ἐνταῦθα ἐφορμοῦσι τοῖς τῆς θαλάττης ἄρχουσι λωβᾶσθαι τοὺς τὴν ἤπειρον οἰκοῦντας.

ιδ'. Ενὸς δὲ ἐνδεεῖς εἰσιν· εἰ γὰρ νῆσον οἰκοῦντες θαλασσοκράτορες ἦσαν Αθηναῖοι, ὑπῆρχεν ἂν αὐτοῖς ποιεῖν μὲν κακῶς, εἰ ἠβούλοντο, πάσχειν δὲ μηδὲν, ἕως τῆς θαλάττης ἦρχον, μηδὲ τμηθῆναι τὴν ἑαυτῶν γῆν, μηδὲ προσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους. νῦν δὲ οἱ γεωργοῦντες καὶ οἱ πλούσιοι Αθηναίων ὑπέρχονται τοὺς πολεμίους μᾶλλον· ὁ δὲ δῆμος, ἅτε εὖ εἰδὼς, ὅτι οὐδὲν τῶν σφῶν ἐμπρήσουσιν, οὐδὲ τεμοῦσιν, ἀδεῶς ζῇ, καὶ οὐχ ὑπερχόμενος αὐτούς.

ιε'. Πρὸς

la vero ciuitas alia vtrumque horum habet, nec ſuppetunt eidem ligna et linum: ſed vbi maxima lini eſt copia, ibi regio laeuis eſt, et ſyluis caret. Ne quidem aes, ac ferrum, ex eadem eſt ciuitate; neque alterius generis duo, vel tria, oppido vni ſuppetunt; ſed hoc huic, illud iſti.

13. Praeterea iuxta quamuis continentem, vel littus eſt porrectum, vel adiacet inſula, vel fretum aliquod. Itaque domini maris iſtis in locis adpellere poſſunt, ac illos qui continentem incolunt, damno adficere.

14. Vnum tamen eis deeſt: Nam ſi Athenienſes inſulam incolerent, ſimulque maris imperio potirentur, facultatem haberent ex arbitratu ſuo laedendi alios, neque tamen detrimenti quidquam acciperent, quam quidem diu mari dominarentur, neque vaſtationem agri paterentur, neque hoſtis aduentum metuerent. Nunc vero cultores agrorum, et quotquot ex Athenienſibus locupletes ſunt, hoſtibus ſe ſummittunt; plebs autem, quod ſciat eos nihil rerum ſuarum, néque igni neque ferro vaſtaturos, ab omni metu libera viuit, nec hoſtibus ſe ſummittit.

ιέ. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ἑτέρᾳ δέᾳς ἀπηλλαγμένοι ἂν ἦσαν, εἰ νῆσον ᾤκων, μηδέποτε προδοθῆναι τὴν πόλιν ὑπ' ὀλίγων, μηδὲ πύλας ἀνοιχθῆναι, μηδὲ πολεμίους ἐπεισπεσεῖν. πῶς γὰρ νῆσον οἰκούντων ταῦτ' ἐγίγνετο; μηδ' αὖ ϛασιάσαι τῷ δήμῳ μηδὲν, εἰ νῆσον ᾤκων. νῦν μὲν γὰρ, εἰ ϛασιάσαιεν, ἐλπίδα ἂν ἔχοντες τοῖς πολεμίοις ϛασιάσειαν, ὡς κατὰ γῆν ἐπαξόμενοι. εἰ δὲ νῆσον ᾤκων, καὶ ταῦτα ἂν ἀδεῶς αὐτοῖς εἶχεν.

ις. Ἐπειδὴ δ' ἂν ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἔτυχον οἰκήσαντες νῆσον, νῦν τάδε ποιοῦσι· τὴν μὲν οὐσίαν ταῖς νήσοις παρατίθενται, πιϛεύοντες τῇ ἀρχῇ τῇ κατὰ θάλατ]αν, τὴν δὲ Ατ]ικὴν γῆν περιορῶσι τεμνομένην· γιγνώσκοντες, ὅτι εἰ αὐτὴν ἐλεήσουσιν, ἑτέρων ἀγαθῶν μειζόνων ϛερήσονται.

ιξ. Ἔτι δὲ συμμαχίας καὶ τοὺς ὅρκους ταῖς μὲν ὀλιγαρχουμέναις πόλεσιν ἀνάγκη ἐμπεδοῦν. ἢν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις, * ἢ ὑφ' ὅτου ἀδικεῖν ὀνόματα ἀπὸ τῶν

15. Praeterea ſi inſulam incolerent, ab alio etiam metu eſſent liberi: nimirum vt nunquam ciuitas a paucis proderetur, neque portae aperirentur, neque hoſtes vna irrumperent. Nam quo pacto haec inſulam incolentibus acciderent? Nec populus inter ſe diſſideret, ſi inſulam habitarent. Nunc enim, ſi exiſterent inter eos ſeditiones, hac ſpe tumultuarentur, quod terra hoſtes arceſſituri eſſent. At vero ſi incolerent inſulam, nihil eſſet cur illud metuerent.

16. Poſteaquam igitur ab initio inſulam non habitarunt, nunc id agunt, vt facultates ſuas committant inſulis, maris imperio freti; atque interim vaſtari agrum Atticum patiantur. Animaduertunt enim ſe, ſi eius miſereantur, alia quaedam maiora bona amiſſuros.

17. Praeterea neceſſe eſt, vt in ſocietatibus ac foederibus ciuitates eae conſtanter perſtent, quaecunque paucos rerum adminiſtrationi praeficiunt. Quod ſi pactis conuentis non ſteterint, a quonam profecta eſſe iniuria putari poſſit, quam ab illis paucis,

* Vitioſum hunc locum ita corrigas, ὑφ' ὅτου ἀδικεῖσθαι νομίσοι τις, ἢ ὑπὸ τῶν ὀλίγων etc.

τῶν ὀλίγων, οἳ συνέθεντο; ἄσσα δὲ ἂν ὁ δῆμος συνθῆται, ἔξεσιν αὖ τῷ* ἐνὶ ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι, καὶ τῷ ἐπιψηφίσαντι, ἀρνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ὅτι ὐ παρῆν, οὐδὲ ἀρέσκει, οἵ γε τὰ συγκείμενα συνθάνονται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ. καὶ εἰ μὴ δόξαι εἶναι ταῦτα, προφάσεις μυρίας ἐξεύρηκε τῷ μὴ ποιεῖν ὅσον ἂν μὴ βούλωνται. καὶ ἂν μέντοι** κακὸν ἀναβαίνῃ ἀπὸ ὧν ὁ δῆμος ἐβούλευσεν, αἰτιῶνται ὁ δῆμος, ὡς ὀλίγοι ἄνθρωποι αὐτῷ ἀντιπράττοντες διέφθειραν· ἐὰν δέ τι ἀγαθὸν, σφίσιν αὐτοῖς τὴν αἰτίαν ἀνατιθέασι.

ιή. Κωμῳδεῖν δ' αὖ, καὶ κακῶς λέγειν τὸν μὲν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς· ἰδίᾳ δὲ κελεύουσιν, εἴ τις τινὰ βούλεται, εὖ εἰδότες, ὅτι οὐχὶ τῷ δήμῳ ἐστὶν, οὐδὲ τῷ πλήθει ὁ κωμῳδούμενος ὡς ἐπιτοπολὺ, ἀλλ' ἢ πλούσιος, ἢ γενναῖος, ἢ δυνάμενος. ὀλίγοι δέ τινες τῶν πενήτων καὶ τῶν δημοτικῶν κωμῳδοῦνται· καὶ οὐδὲ ὅτοι, ἐὰν μὴ διὰ πολυπραγμοσύνην, καὶ διὰ τὸ ζητεῖν πλέον τι ἔχειν τῷ δήμῳ·

cis, qui pepigere? At quae populus pepigerit, in iis licet ei conferenti culpam in illum, qui vel ſuaſerit, vel decretum fecerit, negare ſe aliis adfuiſſe, neque ſententiam illorum probaſſe, qui de iis, de quibus convenerit, populum frequentem ſciſcitantur. Idem ſi aliter ſentiat, praetextus innumeros invenerit, quominus id faciat, quod nolint. Quod ſi mali quiddam acciderit ex eo quod populus ſciuit; queritur populus, paucos quoſdam homines, aduerſantes ſibi, rem totam corrupiſſe: ſin boni quid euenerit, eius cauſſam ad ſeipſum refert.

18. Salibus comicis in populum agi, eumque proſcindi conviciis non patiuntur, ne ipſimet male audiant, ſed priuatim praecipiunt, ſiquis aliquem velit. Norunt enim plerumque non e populo, neque de plebe illum eſſe, qui in comoediis exagitetur: ſed vel opulentum, vel nobilem, vel potentem. Nimirum pauci ex egentibus ac plebeiis exagitantur; ac ne illi quidem aliam ob cauſam, quam propter curioſitatem, et quod populo eſſe potiores quaerant.

* Alii αὐτῷ vno verbo. ** Al. μήν τι pro μέντοι.

μᾶ· ὥστε ἀδὲ τὰς τοιάτας ἄχθονται κομῳδυμένας.

ιθ'. Φημὶ μὲν ἔγωγε τὸν δῆμον τὸν Αθήνησι γιγνώσκειν, οἵτινες χρησοί εἰσι τῶν πολιτῶν, καὶ οἵτινες πονηροί. γιγνώσκοντες δὲ, τὰς μὲν σφίσιν αὐτοῖς ἐπιτηδείας καὶ συμφόρας φιλοῦσι, κἂν πονηροὶ ὦσι, τὰς δὲ χρησὰς μισοῦσι μᾶλλον. ἃ γὰρ νομίζουσι τὴν ἀρετὴν αὐτοῖς πρὸς τῷ σφετέρῳ ἀγαθῷ πεφυκέναι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κακῷ. καὶ τἀναντίον γε τούτου, ἔνιοι ὄντες ὡς ἀληθῶς τοῦ δήμου τὴν φύσιν, ἃ δημοτικοί εἰσι.

κ'. Δημοκρατίαν δ' ἐγὼ μὲν αὐτῷ τῷ δήμῳ συγγινώσκω· αὐτὸν μὲν γὰρ εὖ ποιεῖν παντὶ συγγνωμη ἐστίν. ὅστις δὲ μὴ ὢν τοῦ δήμου εἵλετο ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει οἰκεῖν μᾶλλον, ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ, ἀδικεῖν παρεσκευάσατο, καὶ ἔγνω, ὅτι μᾶλλον οἷόν τε διαλαθεῖν κακῷ ὄντι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει, ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ.

ΚΕΦ.

Quo fit vt homines huiusmodi exagitari moleſte non ferant.

19. Equidem dico, intelligere populum Athenienſem, qui ſint egregii ciues, qui nullius momenti. Quumque hoc intelligant, amant eos qui ſunt vtiles ipſis, et commodi, licet nullius pretii ſint: egregios autem potius odere. Non enim exiſtimant, virtutem multitudini vtilem eſſe, ſed damnoſam. Contra, quum nonnulli natura ſint ex plebe, idque reipſa; non tamen indole plebeia praediti ſunt.

20. Ac populi quidem dominatum ipſi populo condono. Nam cuiuis conceſſum eſt ſibi ipſi benefacere. Verum qui, quum ex populo non ſit, mauult habitare in vrbe populi dominatui ſubiecta, quam in ea quae a paucis regatur; is iniuſte agere conſtituit, et ſcit facilius latere ſe poſſe, ſi malus ſit, in republica populari, quam quae a paucis adminiſtretur.

CAP.

ΚΕΦ. ιγ'.

Καὶ περὶ τῆς Αθηναίων πολιτείας τὸν μὲν τρόπον οὐκ ἐπαινῶ· ἐπειδὴ δὲ παρέδοξεν αὐτοῖς δημοκρατεῖσθαι, εὖ μοι δοκοῦσι διασώζεσθαι τὴν δημοκρατίαν, τούτῳ τῷ τρόπῳ χρώμενοι, ᾧ ἐγὼ ἐπέδειξα. ἔτι δὲ καὶ τῶνδέ τινας ὁρῶ μεμφομένους Αθηναίους, ὅτι ἐνίοτε οὐκ ἔστιν αὐτόθι χρηματίσαι τῇ βουλῇ, οὐδὲ τῷ δήμῳ, ἐνιαυτὸν καθημένῳ ἀνθρώπῳ. καὶ τοῦτο Αθήνησι γίγνεται οὐδὲν δι' ἄλλο, ἢ ὅτι διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων οὐχ οἷοί τε πάντας ἀποπέμπειν εἰσὶ χρηματίσαντες.

β'. Πῶς γὰρ ἂν καὶ οἷοί τε εἶεν; ὅς τινας πρῶτον μὲν δεῖ ἑορτάσαι ἑορτὰς, ὅσας οὐδεμία τῶν Ελληνίδων πόλεων, ἐν δὲ ταύταις ἤτ[ι]ον τινα δυνατόν ἐστι διαπράτ[τ]εσθαι τῶν τῆς πόλεως. ἔπειτα δὲ δίκας, καὶ γραφὰς, καὶ εὐθύνας ἐκδικάζειν, ὅσας οὐδὲ οἱ σύμπαντες ἄνθρωποι ἐκδικάζουσι. τὴν δὲ βουλὴν βουλεύεσθαι πολλὰ μὲν περὶ τοῦ

CAP. III.

De Athenienſium republica inſtitutum quidem non probo: ſed quia ſic viſum eſt ipſis, vt imperio populi pareant, recte mihi ſtatum popularem ciuitatis incolumem ſeruare videntur, idque hoc pacto quo demonſtraui. Praeter hoc, video nonnullos eam ob cauſſam Athenienſes reprehendere, quod interdum illic reſponſum nec a ſenatu aliquis, nec a populo poſſit impetrare, qui totum iſtic annum haeret. Fitque hoc Athenis nullam aliam ob cauſſam, quam quod ob negotiorum multitudinem omnes, reſponſo dato, dimittere non poſſint.

2. Nam qui poſſint? quum eos neceſſe ſit primum tot dies feſtos celebrare, quot nulla Graeci nominis ciuitas celebrat; quibus occupati minus expedire reipublicae negotia poſſunt. Deinde de tot litibus, cauſſis publicis, actorum rationibus cognoſcere, de quot ne homines quidem vniuerſi cognoſcunt. Itidem ſenatus neceſſario multa de bello

τῷ πολέμῳ, πολλὰ δὲ περὶ πόρῳ χρημάτων, πολλὰ δὲ περὶ νόμων θέσεως, πολλὰ δὲ περὶ τῶν κατὰ πόλιν ἀεὶ γιγνομένων, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις, καὶ φόρον δέξασθαι, καὶ νεωρίων ἐπιμεληθῆναι, καὶ ἱερῶν. ἆρα δή τι θαυμαστόν ἐστιν, εἰ τοσούτων ὑπαρχόντων πραγμάτων μὴ οἷοί τ' εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χρηματίσαι;

γ'. Λέγουσι δέ τινες, ἤν τις ἀργύριον ἔχων προσίῃ πρὸς βουλὴν ἢ δῆμον, χρηματίσαι. ἐγὼ δὲ τούτοις ὁμολογήσαιμ' ἄν, ἀπὸ χρημάτων πολλὰ διαπράττεσθαι Ἀθήνησι, καὶ ἔτι ἂν πλείω διαπράττεσθαι, εἰ πλείους ἐπεδίδοσαν ἀργύριον. τοῦτο μέντοι εὖ οἶδα, διότι πᾶσι διαπράττεσθαι ἡ πόλις τῶν δεομένων οὐκ ἱκανή, οὐδ' εἰ ὁποσονοῦν χρυσίον καὶ ἀργύριον διδοίη τις αὐτοῖς.

δ'. Δεῖ δὲ καὶ τάδε διαδικάζειν, εἴ τις τὴν ναῦν μὴ ἐπισκευάζει, ἢ κατοικοδομεῖ τι τὸ δημόσιον. πρὸς δὲ τούτοις, χορηγοῖς διαδικάσαι εἰς Διονύσια, καὶ Θαργήλια, καὶ Παναθήναια, καὶ Προμήθεια, καὶ Ἡφαίστεια, ὅσα

bello deliberat, multa de ratione pecuniae conficiundae, multa de legum latione, multa de iis, quae in vrbe quouis tempore accidunt, multa ſociorum agit in negotiis, tributum exigit, naualium pariter et templorum curam gerit. An vero fuerit mirandum, ſi, quum tot ſint negotia, dare omnibus reſponſa nequeant?

3. Verum dicunt nonnulli, dari reſponſa, ſiquis cum pecunia vel ſenatum vel populum adeat. His ego fatebor, multa poſſe Athenis pecunia impetrari; atque etiam futurum, vt plura impetrentur, ſi plures pecuniam numerent. Sed ſcio tamen, ciuitatem non poſſe ſufficere ad hoc, vt omnibus ea conficiantur, quae requirunt: ne quidem ſi multo plus auri et argenti quis eis donet.

4. De his etiam cognoſci neceſſe eſt, ſi quis nauim non reficit, vel ſi publicum aliquid inaedificat. Praeterea danda iudicia choragis ad Bacchanalia, Thargelia, Panathenaea, Promethealia, Vulcanalia, idque

ὅσα ἔτη. καὶ τριήραρχοι καθίσανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ, καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη. πρὸς δὲ τούτοις ἀρχὰς δοκιμάσαι καὶ διαδικάσαι, καὶ ὀρφανοὺς δοκιμάσαι, καὶ φύλακας δεσμωτῶν καταστῆσαι.

ε'. Ταῦτα μὲν οὖν ὅσα ἔτη. διὰ δὲ χρόνου διαδικάσαι δεῖ στρατιὰς, καὶ ἐάν τι ἄλλο ἐξαπίνης ἀδίκημα γίγνηται, ἐάν τε ὑβρίζωσί τινες ἄηθες ὕβρισμα, ἐάν τε ἀσεβήσωσι. πολλὰ ἔτι πάνυ παραλείπω· τὸ δὲ μέγιστον εἴρηται, πλὴν αἱ τάξεις τοῦ φόρου. τοῦτο δὲ γίγνεται ὡς τὰ πολλὰ δι' ἔτους πέμπτου.

ς'. Φέρε δὴ τοίνυν, ταῦτα οὐκ οἴεσθαι χρὴ διαδικάζειν ἅπαντα; εἰπάτω γάρ τις, ὅτι οὐ χρὴν αὐτόθι διαδικάζεσθαι. εἰ δ' αὖ ὁμολογεῖν δεῖ ἅπαντα χρῆναι διαδικάζειν, ἀνάγκη δι' ἐνιαυτοῦ. ὡς νῦν δι' ἐνιαυτοῦ δικάζοντες *ὑπάρχουσιν, ὥστε παύειν τοὺς ἀδικοῦντας ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων.

ζ'. Φέρε

que quotannis. Et triremibus quadringenti ſingulis annis praeficiuntur, quibus petentibus iudicia quotannis danda ſunt. Praeterea in magiſtratus examina iudiciaque habenda ſunt, inquirendae cauſſae pupillares, cuſtodes captiuorum conſtituendi.

5. Et haec quidem ſingulis annis. Interdum et cauſſae militares diſceptandae ſunt, et ſi quod aliud iniuſtum facinus repente exſtiterit, et ſi nonnulli petulantiam inſolitam et impium facinus commiſerint. Praeter haec valde multa ſunt, quae ſilentio praetereo. Maxima vero pars commemorata eſt, exceptis tributorum indictionibus. Eae plerumque quinto quolibet anno fiunt.

6. Age igitur, nonne exiſtimandum eſt, de his omnibus cognoſci debere? Dicat aliquis, ibi non eſſe cognoſcendum. At ſi fateri oportet, omnino cognoſcendum eſſe de omnibus; neceſſe eſt, per annum id fieri. Sed nunc ne quidem ad hoc anno toto iudicando ſufficiunt, vt iniuſte agentes coërceant, idque prae hominum multitudine.

7. Age

* Lege ὑπαρκοῦσιν.

ζ'. Φέρε δὴ, ἀλλά φησί τις χρῆναι δικάζειν μὲν, ἐλάττους δὲ δικάζειν. ἀνάγκη τοίνυν, ἐὰν μὲν ὀλίγα ποιῶνται δικαστήρια, ὀλίγοι ἐν ἑκάστῳ ἔσονται τῷ δικαστηρίῳ, ὥστε καὶ διασκευάσασθαι ῥᾴδιον ἔσται πρὸς ὀλίγους δικαστὰς, καὶ συνδικάσαι *πολὺ ἧττον δικαίως δικάζειν.

η'. Πρὸς δὲ τούτοις οἴεσθαι χρὴ, καὶ ἑορτὰς ἄγειν χρῆναι Ἀθηναίους, ἐν αἷς οὐχ οἷόν τε δικάζειν. καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι· ἀλλ' ἐγὼ μὲν τίθημι ἴσας τῇ ὀλιγίστας ἀγούσῃ πόλει. τούτων τοίνυν τοιούτων ὄντων, ἃ φημι οἷόν τ' εἶναι ἄλλως ἔχειν τὰ πράγματα Ἀθηναίοις, ἢ ὥσπερ νῦν ἔχει· πλὴν εἰ κατὰ μικρόν τι οἷόν τε τὸ μὲν ἀφελεῖν, τὸ δὲ προσθεῖναι.

θ'. Πολὺ δ' οὐχ οἷόν τε μετακινεῖν, ὥστε μὴ οὐχὶ τῆς δημοκρατίας ἀφαιρεῖν τι. ὥστε μὲν γὰρ βέλτιον ἔχειν τὴν πολιτείαν, οἷόν τε πολλὰ ἐξευρεῖν· ὥστε μέντοι ὑπάρχειν, δημοκρατίαν μὲν εἶναι, ἀρχόντως δὲ τοῦτο ἐξευρεῖν· ὅπως δὴ βέλτιον πολιτεύσονται, οὐ ῥᾴδιον· πλὴν (ὅπερ ἄρτι εἶπον) κατὰ μικρόν τι προσθέντα, ἢ ἀφελόντα.

ί. Δοκοῦσι

7. Age vero, dixerit aliquis, iudicare quidem debent, ſed pauciores. Ergo neceſſe eſt, ſi tribunalia pauca inſtituant, vt quolibet in iudicio pauci ſint. Itaque facile fiet, vt ad paucos iudices machinatio quaedam inſtituatur, et per aduocationes ſententiae ferantur iniuſtiores.

8. Praeterea cogitandum eſt, neceſſarium eſſe Athenienſibus, vt feſtos dies agant, quibus exerceri iudicia non poſſint. Et agunt illi dies feſtos duplo plures, quam alii: quamquam ego pares ponam ciuitati, quae pauciſſimos agit. Quae quum ita ſe habeant, nego poſſe rerum Athenis alium eſſe ſtatum, quam qui modo ſit: niſi paullatim tolli hoc, illud addi queat.

9. Multum certe immutari non poteſt, vt non aliquid de populi poteſtate decedat. Nam vt reſpublica melius adfecta ſit, excogitari multa poſſunt: vt autem forma popularis maneat, et ſimul hoc idonee reperiatur: quo melius adminiſtretur, id facile non eſt: extraquam, ſi paullatim, vt modo aiebam, vel aliquid addatur, vel detrahatur.

10. In

* Forte εἰς τὸ πολύ.

ί. Δοκοῦσι δὲ Αθηναῖοι καὶ τοῦτό μοι οὐκ ὀρθῶς βουλεύεσθαι, ὅτι τοὺς χείρους αἱροῦνται ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς στασιαζούσαις. οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσιν. εἰ μὲν γὰρ ἥροῦντο τοὺς βελτίους, ἥροῦντ' ἂν οὐχὶ τοὺς ταυτὰ γιγνώσκοντας σφίσιν αὐτοῖς. ἐν ὁδεμιᾷ γὰρ πόλει τὸ βέλτιστον εὔνουν ἐστὶ τῷ δήμῳ, ἀλλὰ τὸ κάκιστον ἐν ἑκάστῃ ἐστὶ πόλει εὔνουν τῷ δήμῳ. οἱ γὰρ ὅμοιοι τοῖς ὁμοίοις εὖνοί εἰσι.

ια'. Διὰ ταῦτα οὖν Αθηναῖοι τὰ σφίσιν αὐτοῖς προσήκοντα αἱροῦνται. ὁποσάκις δ' ἐπεχείρησαν αἱρεῖσθαι τοὺς βελτίους, οὐ συνήνεγκεν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐντὸς ὀλίγου χρόνου ὁ δῆμος ἐδούλευσεν· τὸ μὲν Βοιωτοῖς· τοῦτο δὲ, ὅτε Μιλησίων εἵλοντο τοὺς βελτίους, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου ἀποσάντες τὸν δῆμον κατέκοψαν· τοῦτο δὲ, ὅτε εἵλοντο Λακεδαιμονίους ἀντὶ Μεσσηνίων, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου Λακεδαιμόνιοι καταστρεψάμενοι Μεσσηνίους, ἐπολέμουν Αθηναίοις.

ιβ'. Υπο-

10. In hoc quoque Athenienſes non rectum mihi ſequi conſilium videntur, quod in oppidis ſeditione agitatis deteriores aliis praeferant. Faciunt hoc autem certo iudicio. Nam ſi meliores anteferrent, anteferrent eos, qui non in eadem cum ipſis eſſent ſententia. Quippe nulla in ciuitate benevoli ſunt optimates vulgo, ſed deterrimi quique ſingulis in vrbibus vulgo bene volunt. Exiſtit enim in paribus erga pares beneuolentia.

11. Quapropter etiam Athenienſes ſibi congruentia praeferunt. Quoties autem partes optimatum ſequi conſtituerunt, nequaquam hoc eis profuit, ſed breui plebs in ſeruitutem redacta fuit. Id a Boeotis contigit. Rurſus vbi Mileſiorum optimates amplexi fuiſſent, intra modicum tempus illi defecerunt, et plebem trucidarunt. Itidem quum Lacedaemonios Meſſeniis praetuliſſent, non multo poſt ſubactis Lacedaemonii Meſſeniis, bellum aduerſus Athenienſes ſuſceperunt.

12. For-

ιβ'. Τπολάβοι δέ τις ἂν, ὡς ἀδεὶς ἄρα ἀδίκως ἠτίμωται Αθηναίων. ἐγὼ δέ φημι τινὰς εἶναι οἳ ἀδίκως ἠτίμωνται, ὀλίγοι μέντοι τινές. ἀλλ' οὐκ ὀλίγων δεῖ τῶν ἐπιθησομένων τῇ δημοκρατίᾳ τῇ Αθηναίων. ἐπεί τοι καὶ ὅτως ἔχει, ἀδὲν ἐνθυμεῖσθαι ἀνθρώπους, οἵτινες δικαίως ἀτιμῶνται, ἀλλ' οἵτινες ἀδίκως.

ιγ'. Πῶς ἂν ἄν ἀδίκως οἴοιτό τις ἂν τὰς πολλὰς ἠτιμῶσθαι Αθηναίων, ὅπου ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἄρχων τὰς ἀρχάς; ἐκ δὲ τοῦ μὴ δικαίως ἄρχειν, μηδὲ λέγειν τὰ δίκαια, ἢ πράττειν, ἐκ τοιούτων ἄτιμοί εἰσιν Αθηναῖοι. ταῦτα χρὴ λογιζόμενον μὴ νομίζειν εἶναί τι δεινὸν ἀπὸ τῶν ἀτίμων Αθηναίων.

ΞΕΝΟ-

12. Fortaſſis autem ſuſpicetur aliquis, neminem Athenis iniuſte ſuis honoribus ſpoliari. Ego vero quoſdam eſſe dico, qui per iniuriam ab honoribus remoti fuerint, ſed paucos. At paucos eſſe non oportet, qui popularem Athenis ſtatum adgredi velint. Quippe ſic ſe res habet, vt nihil animis ii concipiant, quibus iure honores ademti ſunt, ſed quibus iniuria.

13. Quonam autem modo putare poſſit aliquis, multos Athenis infamia notari, quum illic vulgus hominum magiſtratus gerat? Ex eo vero quod non iuſte gerant imperia, neque iuſta dicant aut faciant, ex his, inquam, cauſis Athenis ſint inhonorati. Haec qui ſecum expendit, non eſt quod cogitet; Athenis quidquam eſſe periculi ab inhonoratis.

XENO-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΠΟΡΟΙ,

Η ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΟΔΩΝ.

ΚΕΦ. α'.

Ἐγὼ τοῦτο μὲν ἀεί ποτε νομίζω, ὁποῖοί τινες οἱ προστάται ὦσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι. ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθήνησι προεστηκότων ἐλέγοντό τινες, ὡς γιγνώσκουσι μὲν τὸ δίκαιον ἧττον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, διὰ δὲ τὴν τοῦ πλήθους πενίαν ἀναγκάζεσθαι ἔφησαν ἀδικώτεροι εἶναι περὶ τὰς πόλεις· ἐκ τούτου ἐπεχείρησα σκοπεῖν, εἴ πη δύναιντ' ἂν οἱ πολῖται διὰ-

XENOPHONTIS

RATIONES REDITVVM,

SEV DE PROVENTIBVS.

CAP. I.

Equidem in hac ſententia ſum perpetuo, quales ſint praeſides, tales et reſpublicas eſſe. Quia vero nonnulli ex iis qui hactenus Athenienſium reipublicae praeſunt, ſcire quidem illi, quid iuſtum ſit, non minus quam homines caeteri, perhibentur, ac propter inopiam plebis cogi, vt paulo ſe gerant erga ciuitates ſuas iniquius: conſiderare mecum ipſe adgreſſus ſum, an aliqua ratione ciues ſuis ex

διατρέφεσθαι ἐκ τῆς ἑαυτῶν, ὅθεν περ καὶ δικαιότατον νομίζων, εἰ τοῦτο γένοιτο, ἅμα τῇ τε πενίᾳ αὐτῶν ἐπικεκρῆσθαι ἄν, καὶ τὸ ἀνυπόπτους τοῖς Ἕλλησιν εἶναι.

β'. Σκοποῦντι δέ μοι ἃ ἐπενόησα, τοῦτο μὲν εὐθὺς ἀνεφαίνετο, ὅτι ἡ χώρα πέφυκεν οἵα πλείστας προσόδους παρέχεσθαι. ὅπως δὲ γνωσθῇ, ὅτι ἀληθὲς τοῦτο λέγω, πρῶτον διηγήσομαι τὴν φύσιν τῆς Ἀττικῆς.

γ'. Οὐκοῦν τὸ μὲν τὰς ὥρας ἐνθάδε πρᾳοτάτας εἶναι, καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα μαρτυρεῖ. ἃ γοῦν πολλαχοῦ ἀδὲ βλαστάνειν δύναιτ' ἄν, ἐνθάδε καρποφορεῖ. ὥσπερ δὲ ἡ γῆ, ὕτω καὶ ἡ περὶ τὴν χώραν θάλαττα παμφορωτάτη ἐστί. καὶ μὴν ὅσα περ οἱ θεοὶ ἐν ταῖς ὥραις ἀγαθὰ παρέχουσι, καὶ ταῦτα πάντα ἐνταῦθα πρωϊαίτατα μὲν ἄρχεται, ὀψιαίτατα δὲ λήγει.

δ'. Οὐ μόνον δὲ κρατεῖ τοῖς ἐπ' ἐνιαυτὸν θάλλουσί τε καὶ

ex finibus ali poſſint: quae quidem ratio eſſet iuſtiſſima. Exiſtimabam enim, ſi id accideret, eadem opera conſultum inopiae ipſorum eſſe; ipſosque Graecis aliis minime ſuſpectos euadere.

2. Conſideranti vero mihi ea, quae cogitaram, primum viſa eſt ipſa regio eſſe talis a natura, quae maximam proventuum vim ſuppeditare poſſit. Atque vt intelligatur, hoc vere me dicere; primum, quae Atticae natura ſit, commemoraho.

3. Anni ergo tempora heic admodum eſſe mitia, fructus ipſi, qui proueniunt, teſtantur. Etenim multa, quae alibi ne pullulare quidem poſſent, heic fructus ſuos proferunt. Atque vt ſolum ipſum, ita etiam mare, quod regionem ambit, omnium rerum feraciſſimum eſt. Quinetiam quaecunque bona Dei ſingulis anni temporibus ſuppeditant, ea bona omnia heic et tempeſtiue admodum incipiunt, et tardiſſime deficiunt.

4. Neque tantum potior eſt iis, quae in annos ſingulos et florent,

καὶ γηράσκουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀΐδια ἀγαθὰ ἔχει ἡ χώρα. πέφυκε μὲν γὰρ † λίθος ἐν αὐτῇ ἄφθονος, ἐξ οὗ κάλλιστοι μὲν ναοὶ, κάλλιστοι δὲ βωμοὶ γίγνονται, εὐπρεπέστατα δὲ θεοῖς ἀγάλματα· πολλοὶ δ' αὐτοῦ καὶ Ελληνες καὶ βάρβαροι προσδέονται.

ε'. Εστι δὲ καὶ γῆ, ἣ σπειρομένη μὲν φέρει καρπὸν, ὀρυσσομένη δὲ πολλαπλασίως τρέφει, ἢ εἰ σῖτον ἔφερε. καὶ μὴν ὑπάργυρός ἐστι σαφῶς θεία μοῖρα. πολλῶν γοῦν πόλεων παροικουσῶν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰς ὀδεμίαν τούτων ὀδὲ μικρὰ φλὲψ ἀργυρίτιδος διήκει.

ς'. Οὐκ ἂν ἀλόγως δέ τις οἰηθείη τῆς Ελλάδος καὶ πάσης δὲ τῆς οἰκουμένης ἀμφὶ τὰ μέσα ᾠκῆσθαι τὴν πόλιν. ὅσῳ γὰρ ἄν τινες πλεῖον ἀπέχωσιν αὐτῆς, τοσούτῳ χαλεπωτέροις ἢ ψύχεσιν ἢ θάλπεσιν ἐντυγχάνουσιν· ὁπόσοι τ' ἂν ἄν βουληθῶσιν ἀπ' ἐσχάτων τῆς Ελλάδος ἐπ' ἔσχατα ἀφικέσθαι, πάντες ἤτοι ὥσπερ κύκλῳ τόρνον τὰς Αθήνας ἢ παραπλέουσιν, ἢ παρέρχονται.

ζ'. Καὶ

rent, et ſeneſcunt: ſed habet etiam haec regio perpetua quaedam bona. Nam ſaxi natiui perennis eſt in ea copia, de quo fana pulcherrima, pulcherrimae arae, ſigna Deorum maxime decora fiunt: quod quidem ſaxum complures et Graeci et barbari deſiderant.

5. Praeterea ſolum quoddam eſt, quod aratum non ferret fructum: at ſi fodiatur, multo plures alit, quam ſi frumenti ferax eſſet. Etenim diuino quodam munere haud dubie ſub eo eſt argentum. Quumque multae ſint vrbes tum terra tum mari finitimae, ne quidem in vllam earum vel exigua terrae argentiferae vena pertinet.

6. Neque vero abſque ratione quis exiſtimet, vrbem hanc Graeciae, immo vero totius terrarum orbis in medio ſitam eſſe. Quanto ſcilicet longius abſunt aliqui ab ea, tanto moleſtiora vel frigora vel aeſtus experiuntur. Quotquot item ab extremis Graeciae finibus ad alios itidem extremos pergere voluerint, omnes tanquam circuli vmbilicum Athenas vel praeternauigant, vel praetereunt.

† Marmor Hymetti montis in Attica.

ζ'. Καὶ μὴν ἡ περίῤῥυτός γε ἅσα, ὅμως (ὥσπερ νῆσος) πᾶσιν ἀνέμοις προσάγεταί τε ὧν δεῖται, καὶ ἀποπέμπεται ἃ βούλεται· ἀμφιθάλασσος γάρ ἐστι. καὶ κατὰ γῆν δὲ πολλὰ δέχεται ἐμπόρια· ἤπειρος γάρ ἐστι.

η'. Ἔτι δὲ ταῖς μὲν πλείσαις πόλεσι βάρβαροι προσοικοῦντες πράγματα παρέχουσιν, Ἀθηναίοις δὲ γειτονεύουσιν αἱ καὶ αὐταὶ πλεῖστον ἀπέχουσι τῶν βαρβάρων.

ΚΕΦ. β'.

Τούτων μὲν οὖν ἁπάντων (ὥσπερ εἶπον) νομίζω αὐτὴν τὴν χώραν αἰτίαν εἶναι. εἰ δὲ * πρὸς τοῖς αὐτοφυέσιν ἀγαθοῖς πρῶτον μὲν τῶν μετοίκων ἐπιμέλεια γένοιτο. αὕτη γὰρ ἡ πρόσοδος τῶν καλλίστων ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ἐπείπερ αὐτοὺς τρέφοντες, καὶ πολλὰ ὠφελοῦντες τὰς πόλεις, οὐ λαμβάνουσι μισθὸν, ἀλλὰ μετοίκιον προσφέρουσιν.

β'. Ἐπιμέλεια γεμὴν ἥδ' ἂν ἀρκεῖν μοι δοκεῖ,

7. Ac tametsi aquis non circumfusa est, nihilominus (tanquam insula) quouis vento, quae necessaria sunt, adfert; et quae vult, exportat; quippe quae a mari vtrinque ambiatur. Etiam terra mercatus multos admittit, quod terra sit continens.

8. Praeterea quum barbari plurimis vrbibus vicini negotia facessant, Athenienses vicinas illas habent ciuitates, quae maximo a barbaris interuallo distant.

CAP. II.

Horum igitur omnium caussam (vt dixi) positam in ipso esse solo arbitror. Quod si ad natiua bona, primum accedat aduenarum cura. Nam hic mihi prouentus ex optimis esse videtur. Quippe quum illi seipsos alant, et multis commodis ciuitates adficiant; non tamen vllam mercedem accipiunt, sed potius etiam pensionem aduenis impositam offerunt.

2. Existimo autem curam eam

suffecturam,

* Stephanus malit ἔτι δὲ etc. Camerarius vertit: *quid vero, si accedat etc.*

κεῖ, εἰ ἀφέλοιμεν μὲν ὅσα μηδὲν ὠφελοῦντα τὴν πόλιν ἀτιμίας δοκεῖ τοῖς μετοίκοις παρέχειν, ἀφέλοιμεν δὲ καὶ τὸ συστρατεύεσθαι ὁπλίτας μετοίκους τοῖς ἀστοῖς. μέγα μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος ἀπὼν, μέγα δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν τέκνων καὶ τῶν οἰκιῶν ἀπιέναι.

γ'. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ πόλις γ' ἂν ὠφεληθείη, εἰ οἱ πολῖται μετ' ἀλλήλων στρατεύοιντο μᾶλλον, ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς (ὥσπερ νῦν) Λυδοὶ, καὶ Φρύγες, καὶ Σύροι, καὶ ἄλλοι παντοδαποὶ βάρβαροι. πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι τῶν μετοίκων.

δ'. Πρὸς δὲ τῷ ἀγαθῷ τῷ τούτους ἐκ τοῦ συντάττεσθαι ἀφεθῆναι, καὶ κόσμος ἂν τῇ πόλει εἴη, εἰ δοκοῖεν Ἀθηναῖοι εἰς τὰς μάχας αὐτοῖς μᾶλλον πιστεύειν, ἢ ἀλλοδαποῖς.

ε'. Καὶ μεταδιδόντες δ' ἄν μοι δοκοῦμεν τοῖς μετοίκοις τῶν ἄλλων, ὧν καλὸν μεταδιδόναι, καὶ τοῦ ἱππικοῦ, εὐνοστέρους ἂν ποιεῖσθαι, καὶ ἅμα ἰσχυροτέραν ἂν καὶ μείζω τὴν πόλιν ἐπιδεικνύναι.

ς'. Εἶτα,

ſuffecturam, ſi adimamus illa, quaecunque reipublicae nulli ſunt vſui, ac potius aduenis infamiae notam inurere videntur: itemque ſi adimamus id, quod aduenae vna cum ciuibus armati pedites militatum eant. Etenim magnum quiddam eſt, ſi periculum ab eis abſit; magnum, liberis et domo quemque ſua diſcedere.

3. Quinetiam vtile ciuitati fuerit, ſi potius ciues vna militatum eant, quam ſi (quod modo fit) eorum ordinibus adiungantur Lydi, Phryges, Syri, aliique diuerſi generis barbari, cuiuſmodi plerique ſunt aduenae.

4. Praeter hoc vero bonum, quod, his ordinum militarium ſocietate liberatis, exiſteret; etiam ornamento eſſet ciuitati, ſi viderentur Athenienſes in proeliis ſibimet ipſis potius fidere, quam exteris.

5. Quod ſi cum aduenis communicemus praeter alia, quae communicari conuenit, etiam rei equeſtris vſum: arbitror nos id effecturos, vt magis benenolo ſint animo, et ciuitas viribus augeatur maiorque reddatur.

ς'. Εἶτα, ἐπειδὴ καὶ πολλὰ οἰκιῶν ἔρημά ἐστιν ἐντὸς τῶν τειχῶν, καὶ οἰκόπεδα, εἰ καὶ ἡ πόλις διδοίη οἰκοδομησαμένοις ἐγκεκτῆσθαι, οἳ ἂν αἰτούμενοι ἄξιοι δοκῶσιν εἶναι, πολὺ ἂν οἶμαι καὶ διὰ ταῦτα πλείους τε καὶ βελτίους ἐρέγεσθαι τῆς Αθήνησιν οἰκήσεως.

ζ'. Καὶ εἰ μετοικοφύλακάς γε, ὥσπερ ὀρφανοφύλακας, ἀρχὴν καθίσαῖμεν, καὶ τούτοις τιμή τις ἐπείη, οἵτινες πλείους μετοίκους ἀποδείξειαν, καὶ τοῦτο εὐνοϊκωτέρους ἂν τοὺς μετοίκους ποιοίη, καὶ (ὡς τὸ εἰκὸς) πάντες ἂν οἱ ἀπόλιδες τῆς Αθήνηθεν μετοικίας ἐρέγοιντο, καὶ τὰς προσόδους ἂν αὔξοιεν.

ΚΕΦ. γ'.

Ὡς γεμὴν ἐμπορεύεσθαι ἡδίστη τε καὶ κερδαλεωτάτη ἡ πόλις, νῦν ταῦτα λέξω. πρῶτον μὲν γὰρ

6. Deinde quum magna pars vrbis intra muros, et areae domorum vacuae ſint, ſi decreto ciuitatis concederetur, vt domos exſtructas poſſiderent, quicunque hoc petentes digni eſſe viderentur: multo plures ac praeſtantiores etiam ob has cauſſas arbitror expetituros, vt Athenis habitent.

7. Quod ſi etiam magiſtratum inſtitueremus, qui, vt pupillorum ſunt cuſtodes, ita et ipſe inquilinorum cuſtos diceretur, atque illis praemium quoddam proponeretur, quorum opera plures inquilini exiſterent: hoc quoque inquilinos efficeret magis beneuolos: et omnes (vti quidem conſentaneum eſt) quotquot alibi ciues non eſſent, Athenis conſequi ius inquilinorum cuperent, et prouentus augerent.

CAP. III.

Vrbem vero hanc noſtram ad exercendam mercaturam tum optatiſſimam eſſe, tum maxime quaeſtuoſam, nunc exponam. Primum enim nauis

γὰρ δήπου ναῦς καλλίστας καὶ ἀσφαλεστάτας ὑποδοχὰς ἔχει, ὅπου γ' ἐστὶν εἰσορμισθέντας ἡδέως ἕνεκα χειμῶνος ἀναπαύεσθαι.

β'. Αλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἐμπόροις ἐν μὲν ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἀντιφορτίζεσθαί τι ἀνάγκη· νομίσμασι γὰρ ὡς χρησίμοις ἔξω χρῶνται. ἐν δὲ ταῖς Αθήναις πλεῖστα μέν ἐστιν ἀντεξάγειν, ὧν ἂν δέωνται ἄνθρωποι· ἢν δὲ μὴ βάλωνται ἀντιφορτίζεσθαι, καὶ οἱ ἀργύριον ἐξάγοντες καλὴν ἐμπορίαν ἐξάγουσιν. ὅπου γὰρ ἂν πωλῶσιν αὐτό, πανταχοῦ πλεῖον τοῦ ἀρχαίου λαμβάνουσιν.

γ'. Εἰ δὲ καὶ τῇ τοῦ ἐμπορίου ἀρχῇ ἆθλα προτιθείη τις, ὅσις δικαιότατα καὶ τάχιστα διαιροίη τὰ ἀμφίλογα, ὡς μὴ ἀποκωλύεσθαι ἀποπλεῖν τὸν βάλλόμενον, πολὺ ἂν καὶ διὰ ταῦτα πλείους τε καὶ ἥδιον ἐμπορεύοιντο.

δ'. Αγαθὸν δὲ καὶ καλὸν καὶ προεδρίαις τιμᾶσθαι ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους, καὶ ἐπὶ ξενίᾳ γ' ἔστιν ὅτε καλεῖσθαι,

nauis quaelibet heic pulcherrimos ac tutiſſimos receptus habet, vbi licet adpulſis tempeſtatis cauſſa ſuauiter quieſcere.

2. Praeterea mercatores plurimis in ciuitatibus commutare oneribus onera neceſſe eſt; quod nummis illae foris inutilibus vtantur. Athenis vero maxima rerum eſt ad exportandum copia, quibus homines egent: ſin onerare nauem mercibus permutatis nolint, egregias auehunt merces, quicunque argentum auehunt. Nam vbicunque tandem illud vendiderint, vbique plus recipiunt, quam prius habebant.

3. Quod ſi quis mercaturae praefecto praemia proponat, qui aequiſſime celerrimeque diiudicet ea, de quibus controvertitur, vt non impediantur ii, qui nauigiis diſcedere volunt: etiam has ob cauſſas, longe plures, et quidem libentius heic negotiarentur.

4. Eſſet etiam tum vtile, tum honeſtum, mercatores et naucleros loco magis honorato in conſeſſibus ornari; atque illos etiam ad hoſpitii neceſſitudinem inuitari,

θαι, οἳ ἂν δοκῶσιν ἀξιολόγοις καὶ πλοίοις καὶ ἐμπορεύμασιν ὠφελεῖν τὴν πόλιν. ταῦτα γὰρ τιμώμενοι, ὐ μόνον τῷ κέρδει ἀλλὰ καὶ τῆς τιμῆς ἕνεκεν πρὸς φίλους ἐπιστρεύδοιεν ἄν.

ε'. Οτῳ γεμὴν πλείονες εἰσοικίζοιντό τε, καὶ ἀφικνοῖντο, δῆλον ὅτι τοσούτῳ ἂν πλεῖον καὶ εἰσάγοιτο, καὶ ἐξάγοιτο, καὶ ἐκπέμποιτο, καὶ πωλοῖτο, καὶ μισθοφοροῖτο, καὶ τελεσφοροίη.

ς'. Εἰς μὲν ὧν τὰς τοιαύτας αὐξήσεις τῶν προσόδων ὐδέ πως δαπανῆσαι δεῖ ὐδὲν, ἀλλὰ ψηφίσματά τε φιλάνθρωπα καὶ ἐπιμελείας. ὅσαι δ' ἂν ἄλλαι δοκῶσί μοι πρόσοδοι γίγνεσθαι, γιγνώσκω ὅτι ἀφορμῆς δεήσει εἰς αὐτάς.

ζ'. Οὐ μέντοι δύσελπίς εἰμι, τὸ μὴ ὐχὶ προθύμως ἂν τὺς πολίτας εἰς τὰ τοιαῦτα εἰσφέρειν, ἐνθυμούμενος ὡς πολλὰ μὲν εἰσήνεγκεν ἡ πόλις, ὅτε Αρκάσιν ἐβοήθει ἐπὶ Λυσιστράτυ ἡγεμόνυ, πολλὰ δὲ ἐπὶ Ηγησίλεω.

η'. Επίσαμαι δὲ καὶ τριήρεις πολλάκις ἐκπεμπομένας σὺν πολλῇ δαπάνῃ, καὶ ταύτας γενομένας, τύτυ μὲν ἀδήλυ

qui nauibus ac mercibus egregiis ciuitati prodeſſe viderentur. Hoc enim honore adfecti, non tam quaeſtus, quam honoris cauſſa redire ad amicos properarent.

5. Enimuero quo plures in vrbem admitterentur, Athenasque venirent, eo plus mercium importaretur, exportaretur, emitteretur, venderetur, tributi acciperetur.

6. Nec ad haec prouentuum incrementa ſumtus vlli requirerentur, praeter decreta humanitatis plena, et ipſam diligentiam. Quotquot autem proventus alios nobis accedere poſſe puto, ad eos impenſis opus fore animaduerto.

7. Neque tamen deſpero, quin ciues perlubenter ad has collaturi ſint, quum mecum cogito, ciuitatem hanc multa contuliſſe, quum Lyſiſtrato duce opem Arcadibus ferret: multa item, duce Hegeſilao.

8. Scio item, ſaepenumero triremes magno ſumtu emiſſas eſſe, quum quidem, illis effectis, eſſet obſcurum, vtrum id

profuturum

ἀδήλου ὄντος, εἴτε βέλτιον εἴτε κάκιον ἔσαι· ἐκείνου δὲ δῆλον, ὅτι οὐδέποτε ἀπολήψονται ἃ ἂν εἰσενέγκωσιν, οὐδὲ μεθέξουσιν ὧν ἂν εἰσενέγκωσιν.

θ'. Κτῆσιν δὲ ἀπ' οὐδενὸς ἂν ὕτω καλὴν κτήσαιντο, ὥσπερ ἀφ' ὧν ἂν προτελέσωσιν εἰς τὴν ἀφορμήν. ᾧ μὲν γὰρ ἂν δέκα μναῖ εἰσφορὰ γένηται, ὥσπερ ναυτικὸν σχεδὸν ἐπίπεμπτον αὐτῷ γίγνεται τριώβολον τῆς ἡμέρας λαμβάνοντι· ᾧ δέ γ' ἂν πέντε μναῖ, πλεῖον ἢ ἐπίτριτον.

ί. Οἱ δέ γε πλεῖστοι Ἀθηναίων πλείονα λήψονται κατ' ἐνιαυτὸν, ἢ ὅσα ἂν εἰσενέγκωσιν. οἱ γὰρ μνᾶν προτελέσαντες, ἐγγὺς δυοῖν μναῖν πρόσοδον ἕξουσι, καὶ ταῦτα ἐν πόλει· ὃ δοκεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἀσφαλέστατόν τε καὶ πολυχρονιώτατον εἶναι.

ια'. Οἶμαι δὲ ἔγωγε, εἰ μέλλοιεν ἀναγραφήσεσθαι εὐεργέται εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ξένους ἂν πολλοὺς εἰσενεγκεῖν· ἔστι δὲ οὓς ἂν καὶ πόλεις, τῆς ἀναγραφῆς ὀρεγομένας. ἐλπίζω δὲ καὶ βασιλέας ἄν τινας, καὶ

profuturum potius, quam obfuturum eſſet: minime autem dubitaretur, nunquam recepturos quae contuliſſent, nec participes futuros eorum, quae contribuiſſent.

9. Neque vero tam egregium aliunde lucrum parauerint, quam ex illis ipſis, in quae factae prius impenſae fuerint. Etenim qui decem minas contribueret, is ſingulos in dies ſeſquiquintum velut triobolum nauticum reciperet: qui vero quinque minas, amplius ſeſquitertio.

10. Plurimi autem Athenienſes quotannis plura recepturi eſſent, quam contribuerent. Nam qui minam prius expenderint, prope duarum minarum prouentum habituri ſunt, et eum quidem in vrbe; quod humanis in rebus tutiſſimum eſſe, maximeque durabile videtur.

11. Atque arbitror equidem, ſi litteris mandaturi ſimus eorum nomina, qui beneficium reipublicae praeſtituri ſint, ad omnem poſteritatem: etiam multos hoſpites contributuros, et quidem vrbes quoque nonnullas id expetituras, vt monumentis litterarum inſerantur. Quinetiam reges quos-

καὶ τυράννους, καὶ σατράπας ἐπιθυμῆσαι μετασχεῖν ταύτης τῆς χάριτος.

ιβ'. Ὁπότε γε μὴν ἀφορμὴ ὑπάρχοι, καλὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι, καλὸν δὲ καὶ ἐμπόροις ἐπὶ προσήκοντας τόπους ὠνῆ τε καὶ πράσει, καὶ τοῖς εἰσαφικνουμένοις δὲ δημόσια καταγώγια.

ιγ'. Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἀγοραίοις οἰκήσεις τε, καὶ πωλητήρια κατασκευασθείη, καὶ ἐν Πειραιεῖ, καὶ ἐν τῷ ἄστει, ἅμα τ' ἂν κόσμος εἴη τῇ πόλει, καὶ πολλαὶ ἂν ἀπὸ τούτων πρόσοδοι γίγνοιντο.

ιδ'. Ἀγαθὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι πειραθῆναι, εἰ καὶ, ὥσπερ τριήρεις δημοσίας ἡ πόλις κέκτηται, ὕτω καὶ ὁλκάδας δημοσίας δυνατὸν ἂν γένοιτο κτήσασθαι, καὶ ταύτας ἐκμισθῶν ἐπ' ἐγγυητῶν, ὥσπερ καὶ τἆλλα δημόσια. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο οἷόν τε ὂν φανείη, πολλὴ ἂν καὶ ἀπὸ τούτων πρόσοδος γίγνοιτο.

ΚΕΦ.

dam, et tyrannos, et ſatrapas fore ſpero, qui deſideraturi ſint, vt huius beneficii participes fiant.

12. Caeterum, vbi iam ſubſidium comparatum erit, bonum atque vtile fuerit, naucleris diuerſoria quaedam, praeter illa, quae iam facta ſunt, exſtrui propter ipſos portus: bonum item mercatoribus, ad loca emtioni ac venditioni opportuna: denique publica diuerſoria venientibus [Athenas] adſignari.

13. Quod ſi etiam nundinatoribus habitationes et tabernae, vendendis mercibus idoneae, tum in Piraeeo tum in vrbe parentur; ſimul id et ciuitati ornamento foret, et multi prouentus inde perciperentur.

14. Videtur etiam mihi conducere, vt periculum fiat, num, quemadmodum triremes publicas habet ciuitas, ita et onerarias naues publicas parare poſſit, vt eas, acceptis fideiuſſoribus, locet, velut alia quoque publica. Nam ſi hoc fieri poſſe videretur, magnus etiam hinc prouentus accederet.

CAP.

ΚΕΦ. δ'.

Τὰ γεμὴν ἀργυρεῖα εἰ κατασκευαθείη ὡς δεῖ, πάμπολλα ἂν νομίζω χρήματα ἐξ αὐτῶν καὶ ἄνευ τῶν ἄλλων προσόδων πρισιέναι. βούλομαι δὲ καὶ τοῖς μὴ εἰδόσι τὴν τούτων δύναμιν δηλῶσαι. ταύτην γὰρ γνόντες, καὶ ὅπως χρῆσθαι δεῖ αὐτοῖς, ἄμεινον ἂν βουλεύοισθε.

β'. Οὐκοῦν ὅτι μὲν παλαιὰ ἐνεργά ἐστι, πᾶσι σαφές. ὑδεὶς γοῦν ὑδὲ πειρᾶται λέγειν, ἀπὸ ποίου χρόνου ἐπεχειρήθη. ὕτω δὲ πάλαι ὀρυσσομένης τε καὶ ἐκφορουμένης τῆς ἀργυρίτιδος, κατανοήσατε τί μέρος οἱ ἐκβεβλημένοι σωροὶ τῶν αὐτοφυῶν τε καὶ ὑπαργύρων λόφων.

γ'. Οὐδὲ μὴν ὁ ἀργυρώδης τόπος εἰς μεῖόν τι συσελλόμενος, ἀλλ' ἀεὶ ἐπὶ πλεῖον ἐκτεινόμενος φανερός ἐστιν. ἐν ᾧ γεμὴν χρόνῳ οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐν αὐτοῖς, ὑδεὶς πώποτε ἔργον ἠπόρησεν, ἀλλ'

CAP. IV.

Praeterea ſi argenti fodinae inſtruerentur, ita vt debebant, exiſtimarem ex iis inſignem pecuniae vim, praeter fructus caeteros, prouenturam. Lubet autem ignaris, quae potiſſimum vis atque commoditas earum ſit, exponere; qua cognita, rectius etiam iniri a vobis ratio poterit, quo pacto ſit eis vtendum.

2. Ignotum autem nemini eſt, et veteres illas eſſe, et operas in eis fieri: ac ne conatur quidem indicare quisquam a quo tempore coeptae ſint. Quum autem hoc modo iam ab antiquo argentifera terra fodiatur, et egeratur; velim conſideretis, quantula pars ſint eiecti hactenus acerui collium ſponte naſcentium, quique ſubargentei ſunt.

3. Neque locum illum argento abundantem diminui conſtat, ſed amplius ſemper extendi. Quo etiam tempore maxima hominum in eis copia fuit, nemini vnquam defuit, quod ageret: ſed

ἀλλ' ἀεὶ τὰ ἔργα τῶν ἐργαζομένων περιῆν.

δ'. Καὶ νῦν δὲ οἱ κεκτημένοι ἐν τοῖς μετάλλοις ἀνδράποδα, ὐδεὶς τῷ πλήθει ἀφαιρεῖ, ἀλλ' ἀεὶ προσκτᾶται, ὁπόσα ἂν πλεῖστα δύνηται. καὶ γὰρ δὴ, ὅταν μὲν ὀλίγοι ὀρύσσωσι καὶ ζητῶσιν, ὀλίγα (οἶμαι) καὶ τὰ χρήματα εὑρίσκεται· ὅταν δὲ πολλοὶ, πολλαπλασία ἡ ἀργυρίτις ἀναφαίνεται· ὥστε ἐν μόνῳ τούτῳ ᾧ * ἐγὼ οἶδα ἔργων ὐδὲ φθονεῖ ὐδεὶς τοῖς ἐπισκευαζομένοις.

ε'. Ετι δὲ οἱ μὲν ἀγρὸς κεκτημένοι πάντες ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, ὁπόσα ζεύγη ἀρκεῖ εἰς τὸ χωρίον, καὶ ὁπόσοι ἐργάται· ἢν δ' ἐπὶ πλεῖον τῶν ἱκανῶν ἐμβάλλη τις, ζημίαν λογίζονται. ἐν δὲ τοῖς ἀργυρείοις ἔργοις πάντας δή φασιν ἐνδεῖσθαι ἐργατῶν.

ς'. Καὶ γὰρ ὐδὲ ὥσπερ, ὅταν πολλοὶ χαλκοτύποι γένωνται, ἀξίων γενομένων τῶν χαλκευτικῶν ἔργων, καταλύονται οἱ χαλκοτύποι, καὶ οἱ σιδηρεῖς γε ὡσαύτως· καὶ ὅταν γε πολὺς σῖτος καὶ οἶνος γένηται, ἀξίων

sed semper ea, quae agenda erant, operarum numerum superabant.

4. Et nunc quoque illorum, qui in metallis habent mancipia, nemo diminuere numerum cupit: sed plura potius, quantum potest, adquirit. Etenim quum pauci fodiunt et quaerunt, etiam paucae (vt equidem arbitror) opes reperiuntur: sin multi, multis partibus copiosior argenti materies prodit. Quo fit, vt hoc solo in opere, quod quidem sciam, nemo fabricas nouas instituentibus inuideat.

5. Praeterea qui agros possident, norunt omnes dicere, quot iumentorum iuga, quot operarii ad fundum colendum satis sint: ac si plures, quam sufficiant, adhibeantur, hoc ipsum in damno ponunt. At in his eruendi argenti operibus omnes operariis egere dicunt.

6. Nec enim heic idem accidit, quod in artificum aerariorum copia, vbi quum facta ex aere opera vili venduntur, euerti fortunae horum solent, et ferrariorum similiter: itemque vbi magna frumenti vinique copia prouenit, fructibus

* Steph. leg. ὧν.

ἀξίων ὄντων τῶν καρπῶν, ἀλυσιτελεῖς αἱ γεωργίαι γίγνονται· ὥστε πολλοὶ ἀφιέμενοι τὰ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι, ἐπ' ἐμπορίας καὶ καπηλείας καὶ τοκισμὰς τρέπονται.

ζ'. Ἀργυρίτις δὲ ὅσῳ ἂν πλείων φαίνηται, καὶ ἀργύριον πλεῖον γίγνηται, τοσούτῳ πλείονες ἐπὶ τὸ ἔργον τοῦτο ἔρχονται. καὶ γὰρ δὴ ἔπιπλα μὲν ἐπειδὰν ἱκανά τις κτήσηται τῇ οἰκίᾳ, ὀλίγα μάλα ἔτι προσωνοῦνται· ἀργύριον δὲ οὐδείς πω ὅτῳ πολὺ ἐκτήσατο, ὥστε μὴ ἔτι προσδεῖσθαι· ἀλλ' ἤν τισι γένηται παμπληθὲς, τὸ περιττεῦον κατορύττουσι, οὐδὲν ἧττον ἥδονται ἢ χρώμενοι αὐτῷ.

η'. Καὶ μὴν ὅταν γε εὖ πράττωσιν αἱ πόλεις, ἰσχυρῶς οἱ ἄνθρωποι ἀργυρίου δέονται. οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες ἀμφὶ ὅπλα τε καλὰ, καὶ ἵππους ἀγαθούς τε, καὶ οἰκίας, καὶ κατασκευὰς μεγαλοπρεπεῖς βάλλονται δαπανᾶν· αἱ δὲ γυναῖκες εἰς ἐσθῆτα πολυτελῆ, καὶ χρυσοῦν κόσμον τρέπονται.

θ'. Ὅταν τε αὖ νοσήσωσι πόλεις ἢ ἀφορίαις καρπῶν ἢ πολέμῳ, ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἀργὰ τῆς γῆς γιγνε-

fructibus vili vaeneuntibus, agrorum culturae ſunt inutiles; adeo quidem, vt multi, relicta ſoli cultione, ad mercaturam, ad cauponariam, ad vſuras ſe conuertant.

7. Nimirum argenti materies quanto copioſior extiterit, et argenti plus fuerit, tanto plures ad illud opus ſe conferre ſolent. Etenim ſupellectili faniliae neceſſaria comparata, non multum vlterius coëmi ſolet: at argenti nemo adhuc tam multum habuit, vt nihil amplius requireret: ſed ſi qui permultum nacti fuerint, quod redundat, defodiunt: quo quidem non minus delectantur, quam ſi eo vterentur.

8. Quinetiam quum ciuitates ſecunda vtuntur fortuna, tum ciuibus maxime argento eſt opus. Viri enim in arma elegantia, et generoſos equos, in aedes et ſtructuras magnificas pecuniam impendere volunt: mulieres vero ad cultum ſumtuoſum, et mundum aureum animos adiiciunt.

9. Rurſus quum ciuitates caritate annonae laborant, aut bello, quia terra nullo cultu adhibito

γιγνομένης, καὶ εἰς ἐπιτήδεια καὶ εἰς ἐπικούρους νομίσμα-τος δέονται.

ί. Εἰ δέ τις φήσειε καὶ χρυσίον μηδὲν ἧσσον χρήσι-μον εἶναι ἢ ἀργύριον, τοῦτο μὲν οὐκ ἀντιλέγω· ἐκεῖνο μέντοι οἶδα, ὅτι καὶ χρυσίον, ὅταν πολὺ παραφαίνῃ, αὐτὸ μὲν ἀτιμότερον γίγνεται, τὸ δὲ ἀργύριον τιμιώτερον ποιεῖ.

ιά. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήλωται τούτου ἕνεκα, ὅπως θαρ-σοῦντες μὲν ὠτιπλείους ἀνθρώπους ἐπὶ τὰ ἀργυρεῖα ἄγω-μεν, θαρσοῦντες δὲ κατασκευαζώμεθα ἐν αὐτοῖς, ὡς ὅτε ἐπιλειψούσης ποτὲ ἀργυρίτιδος, ὅτε τοῦ ἀργυρίου ἀτίμου ποτὲ ἐσομένου.

ιβ'. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἡ πόλις προτέρα ἐμοῦ ταῦτα ἐγνωκέναι. παρέχει γοῦν ἐπὶ ἰσοτελείᾳ καὶ τῶν ξένων τῷ βουλομένῳ ἐργάζεσθαι ἐν τοῖς μετάλλοις.

ιγ'. Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον περὶ τῆς τροφῆς εἴπω, νῦν διηγήσομαι ὡς κατασκευασθέντα τὰ ἀργυρεῖα ὠφελιμώτατ' ἂν εἴη τῇ πόλει. ἀπ' αὐτῶν μὲν οὖν ἔγωγε, ἀφ' ὧν μέλλω λέγειν, οὐδέν τι ἀξιῶ θαυμά-ζεσθαι,

hibito otiosa est, tum ad commeatum, tum ad auxiliares copias nummos requirunt.

10. Quod si quis dixerit, aurum nihilo esse minus vtile quam argentum; huic non repugnabo. Illud tamen scio, quod etiam aurum, si magna eius esse copia videatur, minoris esse soleat aestimationis, et argentum reddat pretiosius.

11. Atque haec a me idcirco explicata sunt, vt fidenter quamplurimos homines in argenti fodinas mittamus, atque illic substruamus haud dubitanter; quum neque argentifera terra defectura, neque futurum sit, vt argentum vllo vnquam tempore vilescat.

12. Videtur autem mihi ciuitas ipsa haec ante me perspexisse. Nam peregrinis etiam, si qui velint, excolendi metalla potestatem facit aequali pensione.

13. Vt autem etiam apertius de adquirendo victu loquar, nunc exponam, qua ratione instauratae argenti fodinae ciuitati possint esse vtilissimae. Nec ex iis, quae dicturus sum, vllam quaero mei admirationem,

ζεσθαι, ὡς δυσεύρετόν τι ἐξευρηκώς. τὰ μὲν γὰρ ὧν λέξω, καὶ νῦν ἔτι πάντες ὁρῶμεν, τὰ δὲ παρειχόμενα τῶν πραγμάτων κατὰ ταῦτα ἂν ἀκούσαιμεν.

ιδ'. Τῆς μέντοι πόλεως πάνυ ἄξιον θαυμάσαι, τὸ αἰσθανομένην πολλὰς πλουτιζομένους ἐξ αὐτῆς ἰδιώτας, μὴ μιμεῖσθαι τούτους. πάλαι μὲν γὰρ δήπου οἷς μεμέληκεν, ἀκηκόαμεν, ὅτι Νικίας ποτὲ ὁ Νικηράτου ἐκτήσατο ἐν τοῖς ἀργυρείοις χιλίους ἀνθρώπους, οὓς ἐκεῖνος Σωσίᾳ τῷ Θρᾳκὶ ἐξεμίσθωσεν, ἐφ' ᾧ ὀβολὸν μὲν ἀτελῆ ἑκάστου τῆς ἡμέρας ἀποδιδόναι, τὸν δ' ἀριθμὸν ἴσως ἀεὶ παρέχειν.

ιε'. Ἐγένετο δὲ καὶ Ἱππονίκῳ ἑξακόσια ἀνδράποδα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἐκδεδομένα, ἃ προσέφερε μνᾶν ἀτελῆ τῆς ἡμέρας· Φιλημονίδῃ δὲ τριακόσια ἡμιμναῖον, ἄλλοις δέ γε, ὡς (οἶμαι) δύναμις ἑκάστοις ὑπῆρχεν.

ις'. Ἀτὰρ τί τὰ παλαιὰ δεῖ λέγειν; καὶ γὰρ νῦν πολλοί εἰσιν ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἄνθρωποι οὕτως ἐκδεδομένοι.

ιζ'. Περαι-

tionem, quasi aliquid difficile repertu inuenerim. Nam quae dicturus sum, partim etiam nunc omnes cernimus, partim vero eadem ratione se habere praeterita, licet audiendo cognoscere.

14. Illud admodum admiratione dignum est, quod quum sentiat ciuitas multos priuatos ex se locupletatos esse, tales non imitetur. Iampridem enim de iis, quibus ea res curae fuit, audiuimus; Niciam, Nicerati filium, in argenti fodinis mille homines habuisse, quos Sosiae Thraci locarit, qui vltra impensas obolum pro singulis quotidie persolueret, numerumque semper parem exhiberet.

15. Fuerunt et Hipponico sexcenta mancipia, eodem isto modo elocata, quae quotidie minam ferebant vltra impensas: et Philemonidi mancipia trecenta minae semissem; aliis, vt cuique facultates suppetebant.

16. Sed quid necesse est vetera commemorare? quum et hoc tempore multi sint homines in argenti fodinis ista ratione locati.

17. Et

ιζ'. Περαινομένων γεμὴν ὧν λέγω, τῶτ' ἂν μόνον καινὸν γένοιτ', εἰ, ὥσπερ οἱ ἰδιῶται κτησάμενοι ἀνδράποδα, πρόσοδον ἀέννaον κατεσκευασμένοι εἰσὶν, ὕτω καὶ ἡ πόλις κτῷτο δημοσίᾳ ἀνδράποδα, ἕως γίγνοιτο τρία ἑκάστῳ Αθηναίων.

ιη'. Εἰ δὲ δυνατὰ λέγομεν, καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν σκοπῶν ὁ βυλόμενος κρινέτω. ἀκῶν τιμὴν μὲν ἀνθρώπων εὔδηλον ὅτι μᾶλλον ἂν τὸ δημόσιον δύναιτο, ἢ οἱ ἰδιῶται παρασκευάσαθαι· τῇ γεμὴν βυλῇ ῥᾴδιον καὶ κηρύξαι, ἄγειν τὸν βυλόμενον ἀνδράποδα, καὶ τὰ προσαχθέντα ρίαθαι.

ιθ'. Επειδὰν δὲ ὠνηθῇ, τί ἂν ἧττον μισθοῖτό τις παρὰ τῦ δημοσίυ, ἢ παρὰ τῦ ἰδιώτυ, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μέλλων ἔξειν; μισθῶνται γῶν καὶ τεμένη, καὶ ἱερὰ, καὶ οἰκίας, καὶ τέλη ὠνῶνται παρὰ τῆς πόλεως.

κ'. Οπως γεμὴν τὰ ὠνηθέντα σώζηται, τῷ δημοσίῳ ἐξὶ λαμβάνειν ἐγγύας παρὰ τῶν μισθυμένων, ὥσπερ καὶ

17. Et haec quidem, quae a me dicuntur, si peragantur; illud tantum noui fit, vt, quemadmodum priuati, comparatis mancipiis, prouentum sibi perennem adquisiuerunt; ita coëmat et ipsa ciuitas mancipia publica, donec vnicuique Athenienſium tria contigerint.

18. An haec autem, quae dicimus, fieri possint; secum de singulis cogitans, qui volet, iudicet. Hoc quidem plane perspicuum est, posse fiscum facilius, quam priuatos, pretium mancipiorum cogere. Senatui quidem certe facile est, per praeconem edicere, vt qui volet, adducat sua mancipia; atque ita quae oblata fuerint, pretio redimere.

19. Posteaquam autem coëmta fuerint, cur aliquis minus velit a republica conducere, quam a priuato, quum iisdem conditionibus obtenturus sit? Conducunt enim a republica lucos, sacra, domos; et ab eadem vectigalia redimunt.

20. Vt autem redemtae res saluae sint, licet fisco fideiussores a conductoribus accipere, quemadmodum

καὶ παρὰ τῶν ὠνουμένων τὰ τέλη. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀδικῆσαί γε ῥᾷον τῷ τέλος πριαμένῳ, ἢ τῷ ἀνδράποδα μισθουμένῳ.

κα'. Ἀργύριον μὲν γὰρ πῶς καὶ φωράσειεν ἄν τις τὸ δημόσιον ἐξαγόμενον, ὁμοίου τοῦ ἰδίου ὄντος αὐτῷ; ἀνδράποδα δὲ σεσημασμένα τῷ δημοσίῳ σημάντρῳ, καὶ προσκειμένης ζημίας τῷ τε πωλοῦντι καὶ τῷ ἐξάγοντι, πῶς ἄν τις ταῦτα κλέψειεν; ὑκοῦν μέχρι μὲν τούτου δυνατὸν ἐφάνη τῇ πόλει εἶναι, τὸ ἀνθρώπους καὶ κτήσασθαι καὶ φυλάξαι.

κβ'. Εἰ δ' αὖ τις τοῦτ' ἐνθυμεῖται, ὡς ἐπειδὰν πολλοὶ ἐργάται γένωνται, πολλοὶ φανῶνται καὶ οἱ μισθωσόμενοι, ἐκεῖνο κατανοήσας θαῤῥείτω, ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν κατεσκευασμένων προσμισθώσονται τὰς δημοσίας (πολλὰ γάρ ἐστι τὰ ὑπάρχοντα,) πολλοὶ δ' εἰσὶ καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις γηρασκόντων, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι Ἀθηναῖοί τε καὶ ξένοι, οἳ τῷ σώματι μὲν οὔτε βούλοιντ' ἂν, οὔτε δύναιντ' ἂν ἐργάζεσθαι, τῇ δὲ γνώμῃ ἐπιμελούμενοι ἡδέως ἂν τὰ ἐπιτήδεια πορίζοιντο.

κγ'. Ην

admodum etiam ab iis qui vectigalia redimunt. Immo vero facilius eſt emtori vectigalis fraudare, quam conductori mancipiorum.

21. Nam quo pacto deprehendere quis poſſit, argentum publicum auerti, quum ſit huic ſimile priuatum? Mancipia vero ſigno publico notata, ſi poena conſtituta ſit et vendenti et exportanti, quomodo ſubduci furto poſſint? Atque hactenus ciuitatem et comparare huiusmodi homines, et conſeruare poſſe patuit.

22. Si quis rurſus cogitet, exiſtentibus multis operariis, extituros etiam multos, qui mancipia locare velint; illud animadvertat et confidat fore vt multi, iam a mancipiis inſtructi, alios inſuper homines publicos conducant (nam magnae ſunt opum facultates) et in ipſis operibus multi ſeneſcunt, et multi quoque alii tum Athenienſes, tum peregrini, corpore quidem illi nec velint nec poſſint opus facere; ſed animi tamen adhibita cura, libenter neceſſaria ſibi adquiſiuerint.

κγ'. Ην γε μέντοι τὸ πρῶτον συςῇ διακόσια καὶ χίλια ἀνδράποδα, εἰκὸς ἤδη ἀπ' αὐτῆς τῆς προσόδου ἐν ἔτεσι πέντε ἢ ἐξ μὴ μεῖον αὐτῇ ἑξακισχιλίων γενέσθαι· ἀπὸ γεμὴν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, ἢν ὀβολὸν ἕκαστος ἀτελῆ τῆς ἡμέρας φέρῃ, ἡ μὲν πρόσοδος ἑξήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ.

κδ'. Ἀπὸ δὲ τούτων ἢν εἰς ἄλλα ἀνδράποδα τίθεται εἴκοσι, τοῖς τεσσαράκοντα ἤδη ἐξέσαι τῇ πόλει χρῆσθαι εἰς ἄλλ' ὅ, τι ἂν δέῃ· ὅταν δέ γε μύρια ἀναπληρωθῇ, ἑκατὸν τάλαντα ἡ πρόσοδος ἔσαι.

κε'. Οτι δὲ δέξεται πολλαπλάσια τούτων, μαρτυρήσαιεν ἄν μοι εἴ τινες ἔτι εἰσὶ τῶν μεμνημένων, ὅσον τὸ τέλος εὕρισκε τῶν ἀνδραπόδων πρὸ τῶν ἐν Δεκελείᾳ. μαρτυρεῖ δὲ κἀκεῖνο, ὅτι εἰργασμένων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ἀναριθμήτων, νῦν ὀδὲν διαφέρει τὰ ἀργυρεῖα, ἢ ἃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὄντα ἐμνημόνευον αὐτά.

κς'. Καὶ

23. Itaque ſi primum cogantur mille ducenta mancipia, coniici poteſt, intra quinque annos, aut ſex, de hoc ipſo prouentu ciuitatem non pauciora ſex millibus habituram. Iam ex hoc numero, ſi obolum vnuſquiſque diebus ſingulis immunem adferat, ſexaginta talentorum prouentus annuus erit.

24. Ex iis autem ſi viginti talenta in alia mancipia impendantur, reliqua quadraginta, prout res poſtulabit, in alium aliquem vſum conferre ciuitati licebit. Quumque numerus ad decem millia excreverit, iam centum talentorum prouentus exiſtet.

25. Verum longe plus accepturam rempublicam, teſtes mihi eſſe poſſunt, ſi qui ſunt adhuc, qui meminere, quantum vectigal ex mancipiis ciuitas ante res ad Deceleam geſtas perceperit. Illud quoque teſtimonio eſt, quod quum innumerabiles omni tempore in argentifodinis opus fecerint, nihil hae tamen ab illis hoc tempore differant, quarum mentionem maiores noſtri fecerunt.

26. Et

κς'. Καὶ τὰ νῦν δὲ γιγνόμενα πάντα μαρτυρεῖ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε πλείω ἀνδράποδα ἐκεῖ γένοιτο, ἢ ὅσων ἂν τὰ ἔργα δεῖται. οὔτε γὰρ βάθους πέρας, οὔτε ὑπόνομον* οἱ ὀρύσσοντες εὑρίσκουσι.

κζ'. Καὶ μὴν καινοτομεῖν γε οὐδὲν ἧττον ἔξεστι νῦν, ἢ πρότερον. οὐ τοίνυν οὐδ' εἰπεῖν ἂν ἔχοι εἰδὼς οὐδείς, πότερον ἐν τοῖς κατατετμημένοις πλείων ἀργυρῖτις, ἢ ἐν τοῖς ἀτμήτοις ἐστί.

κη'. Τί δῆτα, φαίη ἄν τις, οὐ καὶ νῦν, ὥσπερ ἔμπροσθεν, πολλοὶ καινοτομοῦσιν; ὅτι πενέστεροι μέν εἰσιν οἱ περὶ τὰ μέταλλα· νεωστὶ γὰρ πάλιν κατασκευάζονται.

κθ'. Κίνδυνος δὲ μέγας τῷ καινοτομοῦντι. ὁ μὲν γὰρ εὑρὼν ἀγαθὴν ἐργασίαν, πλούσιος γίγνεται· ὁ δὲ μὴ εὑρών, πάντα ἀπόλλυσιν, ὅσα ἂν δαπανήσῃ. εἰς τοῦτον οὖν τὸν κίνδυνον οὐ μάλα πως ἐθέλουσιν οἱ νῦν ἰέναι.

λ'. Ἐγὼ μέντοι ἔχειν μοι δοκῶ καὶ περὶ τούτου συμβα-

26. Et ea quidem, quae nunc fiunt, omnia teſtantur; nunquam plura mancipia illic eſſe poſſe, quam ipſa requirant opera. Nec enim illi, qui fodiunt, vel profunditatis vel cuniculorum finem inueniunt.

27. Atqui licet hoc tempore nihilo minus nouum opus facere, quam prius. Neque quiſquam certo ſe ſcire poſſit dicere, num in locis hactenus exciſis plus argenteae materiei ſit, an necdum apertis.

28. Cur igitur, dicat aliquis, non nunc etiam, ſicut antea, multi nouum opus faciunt? Quia pauperiores ſunt, qui res metallicas faciunt, non ita pridem inſtaurari coeptas.

29. Operis etiam noui adgreſſio periculoſa eſt. Nam qui fructuoſum opus excolendum inuenit, copioſus et diues efficitur: qui vero non inuenit, ei ſumptus impenſi pereunt. Itaque periculum illud non admodum adire huius aetatis homines volunt.

30. Mihi tamen habere videor, quod dem, conſilium in hoc

* Leuncl. coniicit ὑπονόμων ſcil. πέρας.

κγ'. Ην γε μέντοι τὸ πρῶτον συςῇ διακόσια καὶ χίλια ἀνδράποδα, εἰκὸς ἤδη ἀπ' αὐτῆς τῆς προσόδου ἐν ἔτεσι πέντε ἢ ἐξ μὴ μεῖον αὐτῇ ἑξακισχιλίων γενέσθαι· ἀπὸ γεμὴν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, ἢν ὀβολὸν ἕκαστος ἀτελῆ τῆς ἡμέρας φέρῃ, ἡ μὲν πρόσοδος ἑξήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ.

κδ'. Ἀπὸ δὲ τούτων ἢν εἰς ἄλλα ἀνδράποδα τίθεται εἴκοσι, τοῖς τεσσαράκοντα ἤδη ἐξέσαι τῇ πόλει χρῆσθαι εἰς ἄλλ' ὅ, τι ἂν δέῃ· ὅταν δέ γε μύρια ἀναπληρωθῇ, ἑκατὸν τάλαντα ἡ πρόσοδος ἔσαι.

κε'. Οτι δὲ δέξεται πολλαπλάσια τούτων, μαρτυρήσαιεν ἄν μοι εἴ τινες ἔτι εἰσὶ τῶν μεμνημένων, ὅσον τὸ τέλος εὕρισκε τῶν ἀνδραπόδων πρὸ τῶν ἐν Δεκελείᾳ. μαρτυρεῖ δὲ καὶκεῖνο, ὅτι εἰργασμένων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ἀναριθμήτων, νῦν ὐδὲν διαφέρει τὰ ἀργυρεῖα, ἢ ἃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὄντα ἐμνημόνευον αὐτά.

κς'. Καὶ

23. Itaque ſi primum cogantur mille ducenta mancipia, coniici poteſt, intra quinque annos, aut ſex, de hoc ipſo prouentu ciuitatem non pauciora ſex millibus habituram. Iam ex hoc numero, ſi obolum vnuſquiſque diebus ſingulis immunem adferat, ſexaginta talentorum prouentus annuus erit.

24. Ex iis autem ſi viginti talenta in alia mancipia impendantur, reliqua quadraginta, prout res poſtulabit, in alium aliquem vſum conferre ciuitati licebit. Quumque numerus ad decem millia excreverit, iam centum talentorum prouentus exiſtet.

25. Verum longe plus accepturam rempublicam, teſtes mihi eſſe poſſunt, ſi qui ſunt adhuc, qui meminere, quantum vectigal ex mancipiis ciuitas ante res ad Deceleam geſtas perceperit. Illud quoque teſtimonio eſt, quod quum innumerabiles omni tempore in argentifodinis opus fecerint, nihil hae tamen ab illis hoc tempore differant, quarum mentionem maiores noſtri fecerunt.

26. Et

κς'. Καὶ τὰ νῦν δὲ γιγνόμενα πάντα μαρτυρεῖ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε πλείω ἀνδράποδα ἐκεῖ γένοιτο, ἢ ὅσων ἂν τὰ ἔργα δεῖται. οὔτε γὰρ βάθους πέρας, οὔτε ὑπόνομον* οἱ ὀρύσσοντες εὑρίσκουσι.

κζ'. Καὶ μὴν καινοτομεῖν γε οὐδὲν ἧττον ἔξεστι νῦν, ἢ πρότερον. οὐ τοίνυν οὐδ' εἰπεῖν ἂν ἔχοι εἰδὼς οὐδείς, πότερον ἐν τοῖς κατατετμημένοις πλείων ἀργυρῖτις, ἢ ἐν τοῖς ἀτμήτοις ἐστί.

κη'. Τί δῆτα, φαίη ἄν τις, οὐ καὶ νῦν, ὥσπερ ἔμπροσθεν, πολλοὶ καινοτομοῦσιν; ὅτι πενέστεροι μέν εἰσιν οἱ περὶ τὰ μέταλλα· νεωστὶ γὰρ πάλιν κατασκευάζονται.

κθ'. Κίνδυνος δὲ μέγας τῷ καινοτομοῦντι. ὁ μὲν γὰρ εὑρὼν ἀγαθὴν ἐργασίαν, πλούσιος γίγνεται· ὁ δὲ μὴ εὑρών, πάντα ἀπόλλυσιν, ὅσα ἂν δαπανήσῃ. εἰς τοῦτον οὖν τὸν κίνδυνον οὐ μάλα πως ἐθέλουσιν οἱ νῦν ἰέναι.

λ'. Ἐγὼ μέντοι ἔχειν μοι δοκῶ καὶ περὶ τούτου συμβου-

26. Et ea quidem, quae nunc fiunt, omnia teſtantur; nunquam plura mancipia illic eſſe poſſe, quam ipſa requirant opera. Nec enim illi, qui fodiunt, vel profunditatis vel cuniculorum finem inueniunt.

27. Atqui licet hoc tempore nihilo minus nouum opus facere, quam prius. Neque quiſquam certo ſe ſcire poſſit dicere, num in locis hactenus exciſis plus argenteae materiei ſit, an necdum apertis.

28. Cur igitur, dicat aliquis, non nunc etiam, ſicut antea, multi nouum opus faciunt? Quia pauperiores ſunt, qui res metallicas faciunt, non ita pridem inſtaurari coeptas.

29. Operis etiam noui adgreſſio periculoſa eſt. Nam qui fructuoſum opus excolendum inuenit, copioſus et diues efficitur: qui vero non inuenit, ei ſumptus impenſi pereunt. Itaque periculum illud non admodum adire huius aetatis homines volunt.

30. Mihi tamen habere videor, quod dem, conſilium in hoc quoque

* Leuncl. coniicit ὑπονόμων ſcil. πέρας.

συμβουλεῦσαι, ὡς ἂν ἀσφαλέστατα καινοτομοῖτο. εἰσὶ μὲν γὰρ δήπου Ἀθηναίων δέκα φυλαί· εἰ δὲ ἡ πόλις δοίη ἑκάστῃ αὐτῶν ἴσα ἀνδράποδα, αἱ δὲ κοινωσάμεναι τὴν τύχην καινοτομοῖεν, ὅτως ἂν, εἰ μία εὕροι, πάσαις ἂν λυσιτελὲς ἀποδείξειεν.

λά. Εἰ δὲ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ τέτταρες, ἢ αἱ ἡμίσειαι εὕροιεν, δῆλον ὅτι λυσιτελέστερα ἂν τὰ ἔργα ταῦτα γίγνοιτο. τὸ γεμὴν πάσας ἀποτυχεῖν, οὐδενὶ τῶν παρεληλυθότων ἐοικός.

λβ'. Οἷόν τε δὲ ὅτως καὶ ἰδιώτας συνισαμένους καὶ κοινωμένους τὴν τύχην ἀσφαλέστερον κινδυνεύειν. μηδὲν μέντοι τοῦτο φοβεῖσθαι, ὡς ἢ τὸ δημόσιον ὅτω κατασκευαζόμενον παραλυπήσῃ τοὺς ἰδιώτας, ἢ οἱ ἰδιῶται τὸ δημόσιον· ἀλλ' ὥσπερ σύμμαχοι, ὅσῳ ἂν πλείους συνιῶσιν, ἰσχυροτέρους ἀλλήλους ποιοῦσιν, ὅτω καὶ ἐν τοῖς ἀργυρείοις ὅσῳ περ ἂν πλείους ἐργάζωνται, τόσῳ πλεῖον ταγαθὰ εὑρήσουσί τε καὶ φορήσουσι.

λγ'. Καὶ ἐμοὶ μὲν δὴ εἴρηται, ὡς ἂν ἡγοῦμαι κατασκευα-

σθείτης

quoque negotio, quomodo novum opus tutiſſime inſtituatur. Athenis enim decem ſunt tribus; quarum cuique ſi ciuitas parem mancipiorum numerum concederet, ipſae vero fortuna communi nouum opus adgrederentur; ita fieret, vt inuentum ab vna quidpiam, vniuerſis vtilitatem exhiberet.

31. Sin duae, aut tres, aut quatuor, aut etiam dimidia pars tribuum inueniret, haud dubie maiores ex eiuſmodi operibus vtilitates caperentur. Omnes enim ſpe ſua fruſtrari, praeteritorum exemplo caret.

32. Poſſent etiam priuati eadem ratione ſe coniungendo et conſociando, fortunam tutius periclitari. Neque vero metuendum eſt, ne vel fiſcus ita conſtitutus priuatos laedat, vel priuati fiſcum: ſed vt armorum ac belli ſocii, quo plures coniuncti fuerint, hoc ſe mutuo firmiores reddunt, ſic in argenti fodinis, quo plures erunt, qui faciant opus, eo plus bonorum et reperient et reportabunt.

33. Expoſitum, qua ratione conſtituta republica, vniuerſis

Athe-

θείσης τῆς πόλεως ἱκανὴν ἂν πᾶσιν Αθηναίοις τροφὴν ἀπὸ κοινῦ γενέσθαι.

λδ'. Εἰ δέ τινες, λογιζόμενοι παμπόλλης ἂν δεῖν ἀφορμῆς εἰς ταῦτα πάντα, οὐχ ἡγῶνται ἱκανὰ ἄν ποτε χρήματα εἰσενεχθῆναι, μηδὲ ὅτως ἀθυμοῦντων.

λε'. Οὐ γὰρ ὅτως ἔχει, ὡς ἀνάγκη ἅμα πάντα ταῦτα γίγνεσθαι, ἢ μηδὲν ὄφελος αὐτῶν εἶναι· ἀλλ' ὁπόσα ἂν ἢ οἰκοδομηθῇ, ἢ ναυπηγηθῇ, ἢ ἀνδράποδα ὠνηθῇ, εὐθὺς ταῦτα ἐν ὠφελείᾳ ἔσαι.

λς'. Αλλὰ μὴν καὶ τῇ γε* συμφορώτερον τὸ κατὰ μέρος, ἢ τὸ ἅμα πάντα πράττεσθαι. οἰκοδομοῦντές τε γὰρ ἄθρόοι, πολυτελέστερον ἂν καὶ ἀκάλλιον, ἢ κατὰ μέρος ἀποτελοῖμεν. ἀνδράποδα δὲ παμπληθῆ ζητοῦντες ἀναγκαζοίμεθ' ἂν καὶ χείρω καὶ τιμιώτερα ὠνεῖσθαι.

λζ'. Κατὰ γεμὴν τὸ δυνατὸν περαίνοντες, τὰ μὲν καλῶς γνωσθέντα καὶ αὖθις ἄν μιμοίμεθα.

εἰ

Athenienſibus de publico ad victum neceſſaria ſuppeditari poſſe arbitrer.

34. Quod ſi qui exiſtiment, ad haec conficienda permagnis impenſis opus eſſe, nec vnquam ſatis magnam pecuniam conferri poſſe; ne ſic quidem animum deſpondere debent.

35. Non enim ita comparata res eſt, vt aut ſimul omnia fieri, aut ex eis vtilitatem nullam capi neceſſe ſit; ſed vbi quaeque primum aedificata fuerint, vel domus, vel naues, vel emta fuerint mancipia, ſtatim haec vtilitatem adlatura ſunt.

36. Quin etiam vel ob hanc cauſſam vtilius erit haec particulatim, quam ſimul omnia fieri. Nam ſi ſubito aedificemus multi, maiori cum ſumtu, et peius abſoluemus, quam ſi res particulatim fiat. Mancipiorum autem permagnum quaerentes numerum, et deteriora, et carius emere cogemur.

37. Sin vero pro ratione facultatum rem conficiemus, quae erunt recte inſtituta, rurſus imi-

* Stephanus legit τῇδέ γε.

εἰ δέ τι ἁμαρτηθείη, ἀπεχοίμεθα ἂν αὐτῶ.

λή. Ετι δὲ, πάντων ἅμα γιγνομένων, ἡμᾶς ἂν ἅπαντα δέοι ἐμποριζεσθαι*. εἰ δὲ τὰ μὲν περαίνοιτο, τὰ δὲ μέλλοι, ἡ ὑπάρξασα πρόσοδος τὸ ἐπιτήδειον συγκατασκευάζοι ἄν.

λθ. Ο δὲ ἴσως φοβερώτατον δοκεῖ πᾶσιν εἶναι, μὴ, εἰ ἄγαν πολλὰ κτήσαιτο ἡ πόλις ἀνδράποδα, ὑπερεγεμισθῆ ἂν τὰ ἔργα, καὶ τούτω τῶ φόβω ἀπηλλαγμένοι εἴημεν, εἰ μὴ πλείονας ἀνθρώπους, ἢ ὅσους αὐτὰ τὰ ἔργα προσαιτοίη, κατ' ἐνιαυτὸν ἐμβάλοιμεν.

μ. Οὕτως ἔμοιγε δοκεῖ ἥπερ ῥᾷον, ταύτη καὶ ἄριστον εἶναι ταῦτα πράσσειν. εἰ δ' αὖ διὰ τὰς ἐν τῶ νῦν πολέμω γεγενημένας εἰσφορὰς νομίζετ' ἂν μηδ' ὁτιῶν δύνασθαι εἰσενεγκεῖν, ὑμεῖς δὲ, ὅσα μὲν πρὸ τῆς εἰρήνης χρήματα εὗρισκε τὰ τέλη, ἀπὸ τοσούτων καὶ τὸ ἐπιὸν ἔτος διοικεῖτε τὴν πόλιν· ὅσα δ' ἂν ἐφευρίσκη διὰ τὸ εἰρήνην τε εἶναι, καὶ διὰ τὸ θεραπεύεσθαι μετοίκους καὶ ἐμπόρους, καὶ διὰ τὸ πλειόνων συναγειρομένων

tari licebit: ſin autem in aliquo peccatum fuerit, ab eo abſtinebimus.

38. Praeterea ſi omnia ſimul fierent, paranda quoque nobis eſſet omnium copia. Sin alia perficiantur, alia differantur; adquiſitus iam ante prouentus neceſſaria ſuppeditabit.

39. Illud fortaſſe videri poſſit ſummopere metuendum, ne, ſi ciuitas valde multa mancipia compararit, etiam opera nimis magna copia onerentur. Verum hoc quoque metu liberati erimus, ſi non plures, quam ipſa requirunt opera, ſingulis annis immittemus.

40. Ita mihi quidem videtur in his rebus eam ſequi rationem optimum eſſe, quae ſit facillima. Quod ſi rurſus exiſtimaris, ob tributa, hoc bello exacta, ne tantulum quidem poſſe contribui: ſane quantum ante factam pacem vectigalia reddebant, tantum in adminiſtratione reipublicae anno proximo impendite: quae vero amplius illa reddent, tum propterea quia pax eſt, tum quia inquilinorum et mercatorum ratio habebitur, ac pluribus huc confluentibus

* Stephanus legit ἐκπόριζεσθαι.

μένων ἀνθρώπων πλείω εἰσάγεσθαι καὶ ἐξάγεσθαι, καὶ διὰ τὸ ἐν λιμένι καὶ τὰς ἀγορὰς αὐξάνεσθαι, ταῦτα λαμβάνοντες κατασκευάσθαι, ὡς ἂν πλεῖσται πρόσοδοι γίγνοιντο.

μά. Εἰ δέ τινες αὖ φοβοῦνται, μὴ ματαία ἂν γένοιτο αὕτη ἡ κατασκευὴ, εἰ πόλεμος ἐγερθείη, ἐννοησάτω ὅτι τούτων γιγνομένων πολὺ φοβερώτερος ὁ πόλεμος τοῖς ἐπιφέρουσιν, ἢ τῇ πόλει.

μβ. Τί γὰρ δὴ εἰς πόλεμον κτῆμα χρησιμώτερον ἀνθρώπων; πολλὰς μὲν γὰρ ναῦς πληροῦν ἱκανοὶ ἂν εἶεν δημοσίᾳ, πολλοὶ δ' ἂν καὶ πεζοὶ δημοσίᾳ δύναιντ' ἂν βαρεῖς εἶναι τοῖς πολεμίοις, εἴ τις αὐτοὺς θεραπεύοι.

μγ. Λογίζομαι δ' ἔγωγε καὶ πολέμου γιγνομένου οἷόν τ' εἶναι μὴ ἐκλείπεσθαι τὰ ἀργυρεῖα. ἔστι μὲν γὰρ δήπου περὶ τὰ μέταλλα ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν θαλάττῃ τεῖχος ἐν * Ἀναφαύσῳ, ἔστι δ' ἐν τῇ πρὸς ἄρκτον τεῖχος ἐν Θορικῷ, ἀπέχει δὲ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα στάδια.

μδ. Εἰ δ' ἂν καὶ ἐν μέσῳ τούτων γένοιτο ἐπὶ τῷ ὑψηλοτάτῳ

tibus et importabuntur, et exportabuntur plurima, et ad portum mercatus erunt frequentiores; haec, inquam, recipientes, vt quam maximi fint proventus, efficere debetis.

41. At ſi quis eſt, qui vereatur, ne, ſi bellum ingruat, hoc ſit inane inſtitutum: is cogitare debebit, ſiquidem haec efficiantur, bellum fore formidoloſius iis ipſis, qui inferent, quam ciuitati noſtrae.

42. Quid enim ad belli vſum hominum multitudine vtilius? Nimirum hi multis reipublicae nauibus explendis idonei fuerint, multi terra graues hoſtibus eſſe pro republica poſſint, modo quis eorum curam ſuſcipiat.

43. Mea quoque fert ratio, belli etiam tempore fieri poſſe, vt argentifodinae non deſerantur; quum non procul a metallis ad mare, quod meridiem verſus extenditur, vna ſit munitio in Anaphauſto, altera vero in Thorico, verſus mare aquilonale: quorum locorum alter ab altero ſtadiis circiter LX diſtat.

44. Si igitur inter haec duo tertium

* Leuncl. mallet legere Ἀναφλύστῳ.

τάτω· βήσσης τρίτον ἔρυμα, συνήκοιτ' ἂν τὰ ἔργα εἰς ἓν ἐξ ἁπάντων τῶν τειχῶν· καὶ εἴ τι αἰσθάνοιτο πολεμικὸν, βραχὺ ἂν εἴη ἑκάστῳ εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρῆσαι.

με'. Εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν πλείους πολέμιοι, δηλονότι εἰ μὲν σῖτον ἢ οἶνον ἢ πρόβατα ἔξω εὕροιεν, ἀφέλοιντ' ἂν ταῦτα. ἀργυρίτιδος δὲ κρατήσαντες, τί ἂν μᾶλλον, ἢ λίθοις ἔχοιεν χρῆσθαι;

μς'. Πῶς δὲ καὶ ὁρμήσειάν ποτε πολέμιοι πρὸς τὰ μέταλλα; ἀπέχει μὲν γὰρ δήπου τῶν ἀργυρείων ἐγγύτατα πόλις Μέγαρα πολὺ πλεῖον τῶν πεντακοσίων σταδίων· ἀπέχει δὲ ἡ μετὰ ταῦτα πλησιαίτατα Θῆβαι πολὺ πλεῖον τῶν ἑξακοσίων.

μζ'. Ην δ' πορεύωνται ἐντεῦθέν ποθεν ἐπὶ τὰ ἀργυρεῖα, παριέναι αὐτοὺς δεήσει τὴν πόλιν· κἂν μὲν ὦσιν ὀλίγοι, εἰκὸς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι καὶ ὑπὸ ἱππέων καὶ ὑπὸ περιπόλων. πολλῇ γε μὴν δυνά-

tertium aliquod caſtellum in editiſſimo ſaltus loco excitetur, in vnum locum ex omnibus his caſtellis operas conuenire licebit; ac ſi quid hoſtile ſenſerint, breue ſpatium quilibet ad tutum receptum habebit.

45. Quod ſi maiores hoſtium copiae irruerint, ac frumentum, aut vinum, aut pecudes inuenerint extra munitiones; ea nimirum ſecum auferent. Si maxime argenti metallis potiti fuerint, quid aliud habituri ſunt, quo vtantur, niſi ſaxa?

46. Et quo tandem modo in metalla hoſtes irruptionem facere poſſint? Abeſt enim a metallis ex interuallo proximo vrbs Megara multo longius quingentis ſtadiis: abſunt deinde proximo ex interuallo Thebae multo amplius ſexcentis.

47. Itaque ſi ad argenti fodinas illinc alicunde venerint, vt ipſam vrbem praetereant, neceſſe eſt: ac ſi pauci fuerint, ab equitibus, et illis, qui praeſidii cauſſa regionem circumeunt, eos interemtum iri conſentaneum eſt. Vt vero, deſerta

δυνάμει πορεύεσθαι ἐξερημώντας τὰ ἑαυτῶν χαλεπόν. πολὺ γὰρ ἐγγύτερον ἂν εἴη ταῖς πόλεσιν αὐτῶν τὸ τῶν Αθηναίων ἄστυ, ἢ αὐτοὶ οἱ πρὸς τοῖς μετάλλοις ὄντες.

μή. Εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν, πῶς ἂν καὶ δύναιντο μένειν, μὴ ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια; ἐπισιτίζεσθαι γεμὴν μέρει μὲν κίνδυνος καὶ περὶ τῶν μετιόντων καὶ περὶ ὧν ἀγωνίζονται· πάντες δὲ ἀεὶ μετιόντες πολιορκοῖντ' ἂν μᾶλλον, ἢ πολιορκοῖεν.

μθ. Οὐ τοίνυν μόνον ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδραπόδων εἰσφορὰ τὴν διατροφὴν τῇ πόλει αὔξοι ἂν, ἀλλὰ πολυανθρωπίας περὶ τὰ μέταλλα ἀθροιζομένης, καὶ ἀπ' ἀγορᾶς τῆς ἐκεῖ ὅσης, καὶ ἀπ' οἰκιῶν περὶ τὰργυρεῖα δημοσίων, καὶ ἀπὸ καμίνων, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων πρόσοδοι ἂν πολλαὶ γίγνοιντο.

ν. Ισχυρῶς γὰρ καὶ αὕτη πολυάνθρωπος γένοιτο πόλις, εἰ ὕτω κατασκευασθείη. καὶ οἵ γε χῶροι ὁδὲν ἂν εἶεν

ſerta regione ſua, cum magnis copiis e finibus ſuis exeant, non facile fuerit; propterea quod vrbs Athenienſis ita longe propior eſſet futura ciuitatibus eorum, quam illi ipſi, qui ad metalla ſe conferrent.

48. Si tamen accedant, quonam modo illic manere poſſint, a commeatu deſtituti? Quod ſi copiarum aliqua cum parte pabulando neceſſaria parare velint, erunt in periculo tum pabulatores, tum res ipſae, de quibus contendendum: ſin exeant ſemper omnes, non tam oppugnabunt alios, quam ipſi oppugnabuntur.

49. Non igitur illa tantum de mancipiis penſio ciuitati ad alendos ſuos incrementum adferet, verum etiam vbi magnus hominum ad metalla concurſus erit, plures et ex foro, quod illic inſtituetur, et ex publicis ad argenti fodinas aedificiis, et ex fornacibus, et omnibus aliis, prouentus accedent.

50. Fiet enim et illic ciuitas admodum populoſa, ſi ad hunc modum inſtructa fuerit: nec fundi minoris erunt iſtic domi-

εἶεν μείονος ἄξιοι τοῖς κεκτημένοις ἐνταῦθα, ἢ τοῖς περὶ τὸ ἄστυ.

να'. Πραχθέντων γε μὴν ὧν εἴρηκα, ξύμφημι ἐγὼ οὐ μόνον ἂν χρήμασιν εὐπορωτέραν τὴν πόλιν εἶναι, ἀλλὰ καὶ εὐπειθεστέραν, καὶ εὐτακτοτέραν, καὶ εὐπολεμωτέραν γενέσθαι.

νβ'. Οἵ τε γὰρ ταχθέντες γυμνάζεσθαι, πολὺ ἂν ἐπιμελέστερον πράττοιεν τὰ ἐν τοῖς γυμνασίοις, τὴν τροφὴν ἀπολαμβάνοντες πλείω ἢ ἐν ταῖς λαμπάσι γυμνασιαρχούμενοι· οἵ τε φρουρεῖν ἐν τοῖς φρουρίοις, οἵ τε πελτάζειν, καὶ περιπολεῖν τὴν χώραν, πάντα ταῦτα μᾶλλον ἂν πράσσοιεν, ἐφ' ἑκάστοις τῶν ἔργων τῆς τροφῆς ἀποδιδομένης.

ΚΕΦ. ε'.

Εἰ δὲ σαφὲς δοκεῖ εἶναι, ὡς εἰ μέλλοισι πᾶσαι αἱ πρόσοδοι ἐκ πόλεως προσιέναι, ὅτι εἰρήνην δεῖ ὑπάρχειν, ἆρ' οὐκ ἄξιον καὶ εἰρηνοφύλακας καθιστάναι; πολὺ γὰρ ἂν καὶ αὐτὴ αἱρεθεῖσα ἡ ἀρχὴ προσφιλεστέραν καὶ πυκνοτέραν εἰσαφικνεῖσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσειε τὴν πόλιν.

β'. Εἰ

nis ſuis, quam heic ad vrbem fundos poſſidentibus.

51. Itaque, ſi quae dixi, facta fuerint, non ſolum pecuniis copioſiorem, verum etiam magis obedientem, magiſque ſtudioſam ordinis, et bellicoſiorem fore ciuitatem noſtram confirmo.

52. Nam qui ſe iuſſi fuerint exercere, multo diligentius obibunt in exercitiis peragenda, ſi victus eis copioſior ſupperet, quam qui gymnaſiarchae parent in decurſione cum facibus: itidemque conſtituti ad praeſidia caſtellorum, et geſtare parmas, et regionem obire iuſſi, haec omnia maiore ſtudio facient, ſi victus cuique pro laboribus ſuis tribuatur.

CAP. V.

Quod ſi euidens eſſe videtur, pace ad hoc opus fore, ſi prouentibus hiſce potiri ciuitas velit: an non par fuerit, etiam pacis cuſtodes quoſdam conſtitui? Nam delectus hic magiſtratus efficiet, vt omnes mortales et lubentius et frequentius hanc vrbem adeant.

2. Si

β'. Εἰ δέ τινες ὕτω γιγνώσκουσιν, ὡς ἐὰν ἡ πόλις εἰρήνην ἄγουσα διατελῇ, ἀδυνατωτέρα τε, καὶ ἀδοξοτέρα, καὶ ἧττον ὀνομαστὴ ἐν τῇ Ελλάδι ἔσαι, καὶ ὅτοί γε, ὡς ἐμῇ δόξῃ παραλόγως σκοπῶσιν. εὐδαιμονέσαται μὲν γὰρ δήπου πόλεις λέγονται, αἳ ἂν πλεῖσον χρόνον ἐν εἰρήνῃ διατελῶσι. πασῶν δὲ πόλεων Αθῆναι μάλισα πεφύκασιν ἐν εἰρήνῃ αὔξεσθαι.

γ'. Τίνες γὰρ, ἡσυχίαν ἀγούσης τῆς πόλεως, ἂ προσδέονται ἂν αὐτῆς; ἀρξάμενοι ἀπὸ ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων, ἆρ οἱ πολύσιτοι, ἆρ οἱ πολύοινοι, ἆρ οἱ ἡδύοινοι; τί δὲ οἱ πολυέλαιοι; τί δὲ οἱ πολυπρόβατοι; οἱ δὲ γνώμῃ καὶ ἀργυρίῳ δυνάμενοι χρηματίζεσθαι;

δ'. Καὶ μὴν χειροτέχναι γε, καὶ σοφισαὶ, καὶ φιλόσοφοι, οἱ δὲ ποιηταὶ, οἱ δὲ τὰ τούτων μεταχειριζόμενοι, οἱ δὲ ἀξιοθεάτων ἢ ἀξιακούστων, ἱερῶν ἢ *ὁσίων ἐπιθυμοῦντες· ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ δεόμενοι πολλὰ ταχὺ ἀποδίδοσθαι ἢ πρίασθαι, ἢ ἂ τούτων μᾶλλον ἂν τύχοιεν Αθήνησιν;

ε'. Εἰ

2. Si qui vero iudicant, eandem ciuitatem in pace perpetua minus potentiae, gloriae, celebritatis habituram in Graecia: hi ſane rem opinione mea non rite conſiderant. Nam beatiſſimae dicuntur respublicae, quae longiſſimo tempore in pace permanſerint. Et Athenarum ea ratio eſt, vt in pace ſupra ciuitates alias omnes incrementum ſumant.

3. Quis eſt enim omnium, qui huius vrbis, ſi quieta ſit, adiumento non indigeat? Atque vt a naucleris et mercatoribus ordiamur, annon qui frumento, vino, eoque ſuaui, oleo, pecudibus abundant, item qui et conſilio, et re quaeſtum facere poſſunt?

4. His addantur opifices, ſapientiae profeſſores, philoſophi, poëtae, quique iſtorum opera tractant, et qui rerum ſpectatu, qui auditu dignarum, qui ſacrarum et religioſarum ſtudio tenentur. Praeterea ſi qui multa cito vendere vel emere velint, vbi facilius, quod cupiunt, adſequentur, quam Athenis?

5. Quod

* Forte δημοσίων.

ε'. Εἰ δὲ πρὸς ταῦτα μὲν ἡδεῖς ἀντιλέγει, τὴν δὲ ἡγεμονίαν βυλόμενοί τινες ἀναλαβεῖν τῇ πόλει, ταύτην διὰ πολέμου μᾶλλον, ἢ δι' εἰρήνης ἡγῶνται ἂν καταπραχθῆναι, ἐννοησάτωσαν πρῶτον μὲν τὰ Μηδικά, πότερον βιαζόμενοι ἢ εὐεργετοῦντες τοὺς Ελληνας ἡγεμονίας τε τῆ ναυτικῆ καὶ Ελληνοταμίας ἐτύχομεν.

ς'. Ετι δ', ἐπεὶ ὡμῶς ἄγαν δόξασα, προσατεύειν ἡ πόλις ἐστερήθη τῆς ἀρχῆς, ἀ καὶ τότ', ἐπεὶ τῆ ἀδικεῖν ἀπεχόμεθα, πάλιν ὑπὸ τῶν νησιωτῶν ἑκόντων προσάται τῆ ναυτικῆ ἐγενόμεθα;

ζ'. Οὐκοῦν καὶ Θηβαῖοι εὐεργετούμενοι, ἡγεμονεύειν αὐτῶν ἔδωκαν Αθηναίοις; ἀλλὰ μὴν καὶ Λακεδαιμόνιοι ἀ βιαθέντες ὑφ' ἡμῶν, ἀλλ' εὖ πάσχοντες, ἐπέτρεψαν Αθηναίοις περὶ τῆς ἡγεμονίας θέσθαι ὅπως βούλοιντο.

η'. Νῦν δέ γε διὰ τὴν ἐν τῇ Ελλάδι ταραχὴν παραπεπλωκέναι μοι δοκεῖ τῇ πόλει, ὥστε καὶ ἄνευ πόνων, καὶ ἄνευ κινδύνων, καὶ ἄνευ δαπάνης ἀναπτᾶσθαι τὰς

5. Quod si nemo his contradicit, sed nonnulli dum ciuitati principatum recuperare cupiunt, hello magis, quam pace, id effici posse arbitrantur: ii velim primum Medica mihi bella considerent, vtrum vi potius, an nostris erga Graecos beneficiis et maris principatum, et Graeciae quaesturam adepti simus.

6. Praeterea quum saevius vti hac praefectura visa ciuitas, imperium amisisset; annon tum quoque ab iniuriis abstinentes, rursus ab insulanis, ad hoc sponte sua permotis, naualem praefecturam consequuti sumus?

7. Quid? an non Thebani quoque prouocati beneficiis imperii summam Athenienſibus conceſſerunt? Quin et Lacedaemonii non vi coacti a nobis, sed beneficiis adsecti, Athenienſibus, vt quod vellent de principatu constituerent, permiserunt.

8. Nunc vero propter hanc rerum in Graecia perturbationem hoc accidisse ciuitati nostrae videtur, vt nullo negotio, sine periculo, sine sumtu, Graecos sibi rursus adiungere

τὰς Ελληνας. ἔστι μὲν γὰρ πειρᾶσθαι διαλλάττειν τὰς πολεμούσας πρὸς ἀλλήλας πόλεις, ἔστι δὲ συναλλάττειν εἴ τινες ἐν αὐταῖς στασιάζουσιν.

θ'. Εἰ καὶ ὅπως τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν αὐτόνομον (ὥσπερ πρόσθεν) γένοιτο, φανεροὶ εἴητε ἐπιμελούμενοι, μὴ συμπολεμοῦντες, ἀλλὰ πρεσβεύοντες ἀνὰ τὴν Ελλάδα, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν οἶμαι θαυμαστὸν εἶναι, εἰ καὶ πάντας τὰς Ελληνας ὁμογνώμονάς τε, καὶ συνόρκους, καὶ συμμάχους λάβοιτε ἐπ' ἐκείνους, οἵτινες ἐκλιπόντων Φωκέων τὸ ἱερὸν καταλαμβάνειν ἐπειρῶντο.

ι'. Εἰ δὲ καὶ, ὅπως ἀνὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν εἰρήνη ἔσται, φανεροὶ εἴητε ἐπιμελόμενοι, ἐγὼ μὲν οἶμαι πάντας ἂν εὔχεσθαι, μετὰ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, Αθήνας μάλιστα σώζεσθαι.

ια'. Εἰ δέ τις αὖ εἰς χρήματα κερδαλεώτερον νομίζει εἶναι τῇ πόλει πόλεμον, ἢ εἰρήνην, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, πῶς ἂν ἄμεινον ταῦτα κριθείη, ἢ εἴ τις τὰ προγεγενημένα ἔτι ἀνασκοποίη τῇ πόλει πῶς ἀποβέβηκεν.

ιβ'. Εὐρή-

adiungere poſſit. Ciuitates enim, quae inter ſe bella gerunt, niti licet vt reconciliemus: licet etiam, ſi qui in illis diſſideant, in gratiam vt redeant, efficere.

9. Si declaretis vobis eſſe curae, vt templo Delphico libertas priſtina reſtituatur, idque efficiatis non belli cum aliis ſocietate, ſed mittendis per Graeciam legatis: nihil erit mirum, ſi Graecos omnes vobiſcum vnanimes, confoederatos, ſocios habebitis aduerſus illos, qui templum Delphicum a Phocenſibus deſertum occupare conati ſunt.

10. Quod ſi etiam aperte detis operam, vt terra marique omnia pacata ſint: equidem cunctos exiſtimo votis expetituros, vt Athenae, ſecundum patriam cuiuſque ſuam, maxime ſaluae ſint.

11. Si rurſus quiſquam eſt, qui exiſtimet, bellum, quam pacem, eſſe reipublicae noſtrae magis fructuoſum ad pecuniam conficiundam; non video, qua ratione haec melius diiudicari poſſint, quam ſi quis res ante geſtas conſideret, qui fuerint earum euentus ciuitati noſtrae.

12. Re-

ιβ'. Εὑρήσει γὰρ τό, τε παλαιὸν ἐν εἰρήνῃ μὲν πάνυ πολλὰ χρήματα εἰς τὴν πόλιν ἀνενεχθέντα, ἐν πολέμῳ δὲ ταῦτα πάντα καταδαπανηθέντα· γνώσεται δὲ, ἢν σκοπῇ, καὶ ἐν τῷ νῦν χρόνῳ διὰ μὲν τὸν πόλεμον καὶ τῶν προσόδων πολλὰς ἐκλειπούσας, καὶ τὰς εἰσελθούσας εἰς παντοδαπὰ [πολλὰ] καταδαπανηθείσας. ἐπεὶ δὲ εἰρήνη κατὰ θάλατταν γεγένηται, ηὐξημένας τε προσόδους, καὶ ταύταις ἐξὸν τοῖς πολίταις χρῆσθαι ὅ, τι βούλοιντο.

ιγ'. Εἰ δέ τίς με ἐπερωτῴη, εἰ καὶ, ἄν τις ἀδικοίη τὴν πόλιν, λέγεις ὡς χρὴ καὶ πρὸς τοῦτον εἰρήνην ἄγειν; οὐκ ἂν φαίην· ἀλλὰ μᾶλλον λέγω, ὅτι πολὺ θᾶττον ἂν τιμωροίμεθα αὐτούς, εἰ μηδένα παρέχοιμεν ἀδικοῦντα· οὐδένα γὰρ ἂν ἔχοιεν σύμμαχον.

ΚΕΦ. ς'.

Ἀλλ' εἰ γέμην τῶν εἰρημένων ἀδύνατον μὲν μηδέν ἐστι, μηδὲ χαλεπὸν, πραττομένων δὲ αὐτῶν προσφιλέστεροι μὲν τοῖς Ἕλλησι γενησόμεθα, ἀσφαλέστερον δὲ οἰκήσομεν, εὐκλεέστεροι

12. Reperiet enim, quondam in pace permultum pecuniae in vrbem inuectum, quae omnis bello abſumta fuerit. Intelliget etiam, ſi conſiderare volet, hoc quoque tempore multos prouentus bello defeciſſe; et eos, qui percepti ſint, in omnis generis vſus exhauſtos eſſe. Iam vero pacato mari, eoſdem et auctos eſſe, et iis vti licere ciuibus arbitratu ſuo.

13. Si quis autem me roget, an etiam, aliquo iniuria ciuitatem hanc adficiente, cenſeam cum eo pacem colendam? equidem id dicere nolim; ſed hoc potius adfirmo, nos hoſtes facilius vlciſci poſſe, ſiquidem a nobis auctor iniuriae nullus exiſtat. Quippe ſic adverſarii nullos habebunt belli ſocios.

CAP. VI.

Sed enim ſi nihil eſt eorum, quae a me dicta ſunt, quod fieri non poſſit, et quidem facile; ac iſtaec agendo ſi Graecis amiciores et gratiores erimus, vrbem tutius incolemus, gloria

εὐκλεέστεροι δὲ ἐσόμεθα, καὶ ὁ μὲν δῆμος τροφῆς εὐπορήσει, οἱ δὲ πλούσιοι τῆς εἰς τὸν πόλεμον δαπάνης ἀπαλλαγήσονται· περιουσίας δὲ πολλῆς γενομένης, μεγαλοπρεπέστερον μὲν ἔτι ἢ νῦν ἑορτὰς ἄξομεν, ἱερὰ δὲ ἐπισκευάσομεν, τείχη δὲ καὶ νεώρια ἀνορθώσομεν, ἱερεῦσι δὲ καὶ βουλῇ, καὶ ἀρχαῖς, καὶ ἱππεῦσι τὰ πάτρια ἀποδώσομεν· πῶς οὐκ ἄξιον ὡς τάχιστα τούτοις ἐγχειρεῖν, ἵνα ἔτι ἐφ' ἡμῶν ἐπίδωμεν τὴν πόλιν μετ' ἀσφαλείας εὐδαιμονοῦσαν;

β'. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα δόξειεν ὑμῖν πράττειν, συμβουλεύσαιμ' ἂν ἔγωγε πέμψαντας καὶ εἰς Δωδώνην καὶ εἰς Δελφοὺς, ἐπέρεσθαι τοὺς θεούς, εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη ἂν τῇ πόλει οὕτω κατασκευαζομένῃ, καὶ αὐτίκα καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον.

γ'. Εἰ δὲ ταῦτα συναινοῖεν, τότ' ἂν αὖ φαίην χρῆναι ἐπερωτᾶν, τίνας θεῶν προσποιούμενοι, ταῦτα κάλλιστα καὶ ἄριστα πράττοιμεν ἄν. οὓς δ' ἂν ἕλοιεν θεοὺς,

gloria maiore fruemur, plebs rebus omnibus ad victum neceſſariis abundabit, locupletes impenſis bellicis liberabuntur: quumque futura ſit maior omnium rerum copia, magnificentius etiam quam nunc dies feſtos celebrabimus, et templa inſtaurabimus, itemque muros et naualia reficiemus; ſacerdotibus, ſenatui, magiſtratibus, equitibus more patrio praeberi ſolita reſtituemus: quo pacto non fuerit operae pretium, nos haec quam primum adgredi, vt etiam nobis adhuc ſuperſtitibus rempublicam in tuto collocatam felicemque videamus?

2. Quod ſi vobis haec agenda placuerit, equidem id conſilii dederim, vt, aliquibus Dodonam Delphoſque miſſis, deos illos conſulatis: an ſatius meliuſue ſit huic ciuitati, tam in praeſentia, quam in poſterum, hanc eius formam inſtitui.

3. Si adnuerint, cenſerem rurſus interrogandos, quosnam deos nobis conciliando, quam rectiſſime atque optime ſimus haec effecturi. Quoscunque vero deos illi ſelegerint,

θεὺς, τούτοις εἰκὸς καλλιερήσαντας ἄρχεσθαι τοῦ ἔργου. σὺν γὰρ θεῷ πρατ[ομένων εἰκὸς καὶ τὰς πράξεις προϊέναι ἐπὶ τῷ λῷον καὶ ἄμεινον ἀεὶ τῇ πόλει.

rint, iis litando placatis, rem ordiri par erit. Nam quae res numine propitio ſuſcipiuntur, eas ſemper reipublicae melius feliciuſque ceſſuras, conſentaneum eſt.

GIUSEPPE GIANNI
LEGATORE DI LIBR
Piazza Pitti N: 2
FIRENZE

00565265 2